



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A


1157/A

N.IV.e
16

329

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

63559

APOLOGIA FRATRIS ARCHANGELI DE BVRGONOVO AGRI Placentini Ordinis Minorum pro defensione doctrinæ Cabalæ contra Reuerendum D. Petrum Garziam Episcopum Vssellensem Mirandulam impugnantem sed minime lædentem.

&

CONCLVSIONES CABALIlisticæ numero lxxi. secundum opinionem propriam eiusdem Mirandulæ ex ipsius Hebræorum sapientum fundamentis Christianam religionem maxime declarantes per eundem fratrem Archangelum acutissime declaratæ & elucidatæ.



BONONIAE,
Per Alexandrum Benaccium.
1564.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

SIT CVM NEGOTIO OTIVM
SIT CVM OTIO NEGOTIVM.



IOAN. BAPT. CAMPEGIVS EPISCOPVS MAIORICEN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ILLVSTR. AC REVEREND.MO IOANNI Baptistæ campegio Episcopo Maioricensium. Frater Archangelus de Burgonouo Franciscanus Minorita S. P. D.





QVIS ignorat quot, ac quantis tabifici liuoris ictibus, quotque mordacis iniuriæ seuissimis procellis sit obnoxia preceps sors, & misera scriptorum omnium conditio? quorum nemo à conditis literarum monumentis vsq; ad hanc diem maleuolorum hominum difficilem nasum effugere ualuit? germinant inuidorum vepreta, atque hamati obtrectatorum rubi: emer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

gunt vbique scioli, quibus amurca melius olet quam alabaster vnguenti plenus, qui librato vestigio, ac demorsis labiis cũcta cauillantur, atq; incessunt: qui alienæ scientiæ obtrectatione famam sibi aucupantes, subdunt interim affanias, ac suos fætores, quibus & subuertunt omnia, atque fædant. hæc inter rethia, hasque inter tricas incidit eruditorum nobilissimus, nobilium eruditissimus unicns phænix sui æui picus Mirandula, qui priscis sapientibus eloquentior, clarior, sanctior, & in omni vitæ, doctrinæq; genere tersior, multiplicis eruditionis libellos potius gemmeos, quam aureos in lucem edidit, in medium protulit ad disciplinæ propagationẽ, & ad communem studiorum vtilitatem de doctrina cabalistica de cælesti arca-

na

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

na illa hrierachia, atque abditiſsimis cæli adytis: Quæ omnia admiratus in raptu vas electionis Paulus, ea audiuit, atque ea vidit, quæ non licet homini loqui: iis in libellis patet ubique quanta fuerit in eo viro prope omnium doctiſsimo liberalitas naturæ; ſapientia animi, magnitudo conſilij, excellentia doctrinæ, ſcientia rerum, innocentia vitæ, & religionis obſeruantia, hoc igitur vnicum, tam ſacrum, & tam diuinum arcanarum literarum Oraculum, ſtupidi ingeníj, impolitique ac indecori animi impudentiſſima temeritate maleuoli cuiuſdam hominis violatum; tantis ab iniurijs extrahere; uindicare, tueri ſum conatus: Laborauique pro virili, vt hæ præclariſsimæ dotes cœlitus communicatæ claritudine ſua ful-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

gerent, gloria corufcarent, virtute rutilarent, fapientia aurefcerent: & profpiciens quantum vtilitatis ad res magnas, atque arduas intelligendas afferret diligens horum librorum lectio, omnem aciem eo direxi, ne præclara ingenia obfcuris blatteronum ambagibus, atque inuolucris, & vt verius dicam deliramentis inflexuofos Meandros, inque tenebras cimmerias deducerentur. Has meas lucubratiunculas. fuccifiuis temporibus excogitatas (quæcunque hæ fint) felix, ac fapientifsime præful, nomini, ac numini tuo confecrandas curauimus. nam quibus in ramis tutius nidulari poterant? aut quo patrocinio aduerfus cauillantes (fi qui forte funt; protegi? Tu inter omnes alios literarium ftudium vnus amplecteris, atque foues;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

foues; namque siue id fato, siue diuina prouidētia, fiat; multis ab hinc annis tuo Ilustr. ac nobiliss. sanguini proprium fuit, & quodammodo peculiare, atque hæreditarium bonarum literarum suscipere patrocinium, atque igeniis fauere, necesse est autem idē semper esse quod semper idē fuit, quo circa æqui boniq; facias Reuerend. præsul munusculum nostrum, à candida puri animi scinceritate oblatum perlegitoq́; frontis serenitate: interim Vale, & viue ter beatus, & supra nestorem senesce. Datum Ferrariæ ad IIII. Idus Iunij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ADMODVM REVERENDO AC celebri Theologo Archangelo Franciſcano. à Burgonouo Hieronimus Pallanterius Franciſcanus conuentualis à caſtello Bon. Theologorum minimns.

S. P. D.



Elebratiſsimis in vnaquaque facultate uiris æquari poſſe clariſsimum quidem eſt, eiſdem tamen preſtare, ac præferri longẽ clarius, ac celebrius exiſtimatur, nam, cum tria ſint hominum genera quorum alij ne quantum quidem debuerunt ſcire procurauerunt, alij tantum optime norunt, alii quid amplius ſunt ingenio aſſecuti, quemadmodum primum genus

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cum brutis, alterum cum homini-
bus, ita tertiū cūcœlitibus ipſis eſt
connumerãdum, quapropter, cum
tu non ſolum in diuina illa ſapientia
circa quam paſsim Theologi ver-
ſantur ſed in ſublimiori, ac ſecretio
tiori (quæ Cabala dicitur) tantum
profeceris, quantum noſtra ætate
alius nemo, maximos, qui poſsint
mortalibus exhiberi honores meri-
tus es; nam ſi tantopere commen-
dandi erant ij, quibus in ora tan-
quã nutricum præmanſa à Deo opt.
Max. vel Moſe, vel ſucceſſoribus,
(vnde etiam nomen Cabala ſortita
eſt) ſine vllo ſui ipſorum ſudore ſtu
dio, aut labore huiuſmodi ſcientia
ſubminiſtrata fuiſſet, quanto magis
laudandus, extollendus, ac celebran
dus, is eſt, qui poſtquam ſublimis
ille communicandi modus deſiit,

hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

hanc eandem diurnis, nocturnisq; vigiliis ſit aſſecutus? Primos quidē Dei ipſius amiciſsimos exiſtimabamus, eo ꝙ archana cæleſtia ſolis Deo cariſsimis cōſueuerint patefieri, hunc verò, & Deo gratiſsimum, & ſtudioſi laboris amantiſsimū con iicere poſſumus; quo duplici nomine mirificis laudibus ipſe afficiēdus es, præterquāquòd enim ſi maliuola præditus eſſes anima huiuſmodi ſapientia non eſſes imbutus, ni etiā ſtrenue inſudaſſes adeo in ea nō profeciſſes, cuius profectus, cū tam munificus ac liberalis fueris propallator, omnes noſtræ tempeſtatis ſtudioſi tibi, ſe mirum immodum debere fatentur, ac monſtrum illud, vel potius miraculum naturæ Ioan. Fran. Picum Mirand. bonum fatum ſortitum prædicant, quippe cui du-

dum

dũ vita functo tuo ſtudio induſtria, ac opa per doctorũ virorũ manus magis quã antea copioſo ac facõdo vagari cõtingat; de tuo hoc ingenio, ac doctrina plerũq; fratri tuo Aloyſio nũq̃ ſatis laudato viro, & mei amãtiſsimo gratulatus ſũ, audacterq; rettuli, me nõ adeò lætari, dũ penes ipſum ſummã Reip. veſtræ in vniuerſa Italia eſſe ſentio, quã cum ꝙ te talẽ, ac tantum fratrem, qui in omni virtutũ genere eũ referas nactus ſit recordor; Et quã quam ei optimũ locũ, ac honeſtiſsimũ in Rep. Chriſtiana optarí nunc tamẽ, vt in ſacrarũ literarũ quo ſolebat otio, & ſtudio degeret magis vellem ſed quoniã oĩum vota, ac ſuffragia in hoc cõſenſerũt ipſum ad id muneris Dei opt. Max. nutu vocatũ cenſebo: cui acquieſcẽs, vt veſtrũ vtriq; diu ſeruet incolumẽ ſupplices ferre voces nõ deſinã. Vale Bon. Oct. Id. Ianu: 1564.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

CONCLVSIONES CABALISTICAE NVMERO LXXI. secundum opinionem Mirandulæ ex fundamentis Hebræorum sapientũ Christianam religionem maxime confirmantes, per fratrem Archangelum de Burgonouo agri Placentini, Ord. Minorum exposite ad solatium legentium.

Qvicquid dicant cæteri Cabalistæ ego prima diuisione scientiá Cabalæ in scientiá Sephirot et Semot, tanquam in practicam et speculatiuam distinguerem, pagina 18:

Quicuid alij Cabalistæ, ego partem speculatiuam Cabalæ quadruplicem diuiderem, correspõdentem quadruplici partitioni philosophiæ, quam ego solitus sum afferre. Prima est scientia, quam ego uoco Alphabetariæ reuolutionis, correspondentem parti philosophiæ quam ego philosophiam cathocam uoco. Secunda, tertia, & quarta pars est triplex. Merchaua, correspõdentes triplici philosophiæ particularis. de diuinis, de medijs, & sensibilibus naturis. pag. 29.

Scientia quæ est practica Cabalæ practicat totam. metaphisicam formalem & theologiam inferiorem. pag. 31.

En-

Ensoph non est aliis numerationibus connumerãda, quia est illarum numerationum unitas abstracta & communicata. non unitas coordinata. pag.32.

Quilibet Hebræus Cabalista secundum principia, & dicta scientiæ Cabalæ, cogitur ineuitabiliter cõcedere de trinitate, et qualibet persona diuina patre, filio, & spiritu sancto, illud præcise sine additione, diminutione, aut uariatione quod ponit fides catholica christianorum.

Correlarium. Non solum qui negant trinitatem. sed qui alio modo eam ponunt, quam ponat catholica ecclesia. sicut Ariani. Sabellani et similes redargui possunt manifeste si admittantur principia Cabalæ. Pag.33.

Tria magna Dei nomina quaternarij, quæ sunt in secretis Cabalistarum per mirabilem appropriationem tribus personis trinitatis ita debere attribui ut nomen אהיה sit patris, nomen יהוה sit filij, ארני nomen sit spiritussancti, intelligere potest, qui in sciẽtia Cabalæ fuerit profundus p.35

Nullus Hebræus Cabalista potest negare, quod nomen Iesu, si eum secundum modum & principia Cabalæ interpretemur, hoc totum præcise & nihil aliud significat, id est, Deum Dei filium patrisque sapientiam per tertiam diuinitatis personam, quæ est ardentissimus amoris ignis, naturæ humanæ in unitate suppositi unitum: pa.37.

Ex præcedenti conclusione intelligi potest, cur dixerit

xerit Paulus. datum esse Iesu nomen quod est super omne nomē, et cur in nomine Iesu dictum sit, omne genu flecti, cælestium. terrestrium, & infernorum, quod etiam est maxime Cabalisticum & potest ex se intelligere, qui est profundus in Cabala. pag. 39.

Si quæ est de nouissimis temporibus humana coniectura, inuestigare possumus per secretissimā uiā, Cabalæ. futuram esse consumationem sæculi. hinc ad annos quingentos & quattuordecim & dies uigintiquinque. pag. 41.

Illud quod apud Cabalistas dicitur חכמה illud est sine dubio, quod ab Orpheo Pallas, à Zoroastre paterna mens, à Mercurio Dei filius. à Pithagora sapientia, à Parmenide sphera intelligibilis nominatur pag. 44.

Modus quo rationales animæ per Archangelum Deo sacrificantur, quià Cabalistis nō exprimitur. non est nisi per separationē animæ à corpore. non corporis ab anima nisi per accidens, ut contigit in morte osculi de qua scribitur. Preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. pag. 45.

Non potest operari per puram Cabalam, qui non est rationaliter intellectualis. pag. 51.

Qui operatur in Cabala sine admixtione extranei, si diu erit in opere, morietur ex Binsica. & si errabit in opere, aut non Purificatus accesserit, deuorabitur ab Azazele per proprietatem iuditij. pag. 53.

Per

Ensoph non est aliis numerationibus connumerãda, quia est illarum numerationum unitas abstracta & communicata. non unitas coordinata. pag. 32.

Quilibet Hebræus Cabalista secundum principia, & dicta scientiæ Cabalæ, cogitur ineuitabiliter cõcedere de trinitate, et qualibet persona diuina patre, filio, & spiritu sancto, illud præcise sine additione, diminutione, aut uariatione quod ponit fides catholica christianorum.

Correlarium. Non solum qui negant trinitatem. sed qui alio modo eam ponunt, quam ponat catholica ecclesia. sicut Ariani. Sabellani et similes redargui possunt manifeste si admittantur principia Cabalæ. Pag. 33.

Tria magna Dei nomina quaternarij, quæ sunt in secretis Cabalistarum per mirabilem appropriationem tribus personis trinitatis ita debere attribui ut nomen אהיה *sit patris, nomen* הוה *sit filij,* ארני *nomen sit spiritussancti, intelligere potest, qui in sciẽtia Cabalæ fuerit profundus p. 35*

Nullus Hebræus Cabalista potest negare, quod nomen Iesu, si eum secundum modum & principia Cabalæ interpretemur, hoc totum præcise & nihil aliud significat, id est, Deum Dei filium patrisque sapientiam per tertiam diuinitatis personam, quæ est ardentissimus amoris ignis, naturæ humanæ in unitate suppositi unitum: pa. 37.

Ex præcedenti conclusione intelligi potest, cur dixerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

xerit Paulus. datum esse Iesu nomen quod est super omne nomē, et cur in nomine Iesu dictum sit, omne genu flecti, cælestium. terrestrium, & infernorum, quod etiam est maxime Cabalisticum & potest ex se intelligere, qui est profundus in Cabala. pag. 39.

Si quæ est de nouissimis temporibus humana coniectura, inuestigare possumus per secretissimā uiā, Cabalæ. futuram esse consumationem sæculi. hinc ad annos quingentos & quattuordecim & dies uigintiquinque. pag. 41.

Illud quod apud Cabalistas dicitur חכמה illud est sine dubio, quod ab Orpheo Pallas, à Zoroastre paterna mens, à Mercurio Dei filius. à Pithagora sapientia, à Parmenide sphera intelligibilis nominatur pag. 44.

Modus quo rationales animæ per Archangelum Deo sacrificantur, quià Cabalistis nō exprimitur. non est nisi per separationē animæ à corpore. non corporis ab anima nisi per accidens, ut contigit in morte osculi de qua scribitur. Preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. pag. 45.

Non potest operari per puram Cabalam, qui non est rationaliter intellectualis. pag. 51.

Qui operatur in Cabala sine admixtione extranei, si diu erit in opere, morietur ex Binsica. & si errabit in opere, aut non Purificatus accesserit, deuorabitur ab Azazele per proprietatem iuditij. pag. 53.

Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Per literam Scin, quæ mediat in nomine Iesu significatur nobis Cabalisticæ, quod tunc perfecte quieuit tanquam in sua perfectione mundus cum Iod coniunctus est cum Vau, quod factum est in Christo, qui fuit uerus Dei filius, & homo. pag. 57.

Per nomen Iod, he, uau, he, quod est nomen ineffabile, quod dicunt Cabalistæ futurũ esse nomen Mesiæ, euidẽter cognoscitur futurum eum Deũ Dei filium per Spiritum sanctum homine factũ, & post eum ad perfectionem humani generis super homines paracletum descensurum. pag. 61.

Ex mysterio trium literarum, quæ sunt in dictione Sabat, id est, שבת possumus interpretari Cabalisticæ tunc sabatizare mundum cum Dei filius sit homo, & ultimo futurum sabbatum cum homines in Dei filium regenerabuntur. pag. 64.

Qui sciuerit quid est uinum purissimum apud Cabalistas, sciet cur dixerit David. inebriabor ab ubertate domus tuæ, & quam ebrietatem dixerit antiquus uates Museus esse felicitatem, et quid significent tot Bacchi apud Orpheum. pag. 67.

Qui coniunxerit Astrologiam, Cabalæ, uidebit quod sabatizare & quiescere conuenientius fit post Christum die dominico quam die sabati. pa. 72.

Si dictum illud prophetæ. Vendiderunt iustum argento, Cabalisticæ exponamus, nihil aliud nobis significat quam hoc scilicet, ut Deus redemptor uenditus fuit argento. pag. 76.

Si interpretationẽ suã aduerterint Cabalistæ sup. hac di-

diction, אחו, quæ significat ipsum quod est de trinitatis mysterio, multũ illuminabuntur: p. 78.

Qui coniunxerit dictum Cabalistarum dicentium, quod illa numeratio, quæ dicitur iustus & redemptor, dicitur etiam ze cum dicto Thalmutistarũ dicentium, quod Isaac ibat sicut ze. portans crucem suã, uidebit quod illud quod fuit in Isaac præfiguratum, fuit adimpletum in Christo, qui fui uerus Deus uenditus argento. pag. 88.

Per dicta Cabalistarum, de rubedine Esau & dictum illud quod est in libro Beresit Rhaba, quod Esau fuit rubeus, & rubeus enim ulciscetur, de quo dicitur. quare rubeum est uestimẽtum tuum, habetur expresse, quod Christus de quo nostri doctores eundem textum exponunt, ille erit, qui ultionem faciet de uirtutibus immundis. pag. 95.

Per illud dictum Hieremie, lacerauit uerbũ suum secundũ expositionem Cabalistarum habemus intelligere, quod Deum sanctum & benedictum lacerauit Deus pro peccatoribus. pag. 88.

Per responsionem Cabalistarum ad quæstionem quare in libro Numerorum coniuncta est particula mortis Maria, particula uitulæ rufæ, & per expositionem eorum super eo passu, ubi Moyses in peccato uituli dixit dele me, & per dicta in libro Zoar super eo textu: Et eius liuore sanati sumus, redarguuntur ineuitabiliter Hebræi dicentes non fuisse conueniens ut mors Christi satisfaceret pro peccata humani generis. pag. 90

Quilibet Cabalista habet concedere, quod Messias eos

† à ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

à captiuitate diabolica, & non temporali erat li berаturus. pag. 97.

Quilibet Cabalista habet concedere ex dictis doctorum huius scientiæ hoc manifeste dicentium, quod peccatum originale in aduentu Messiæ expiabitur. pag. 100.

Ex principiis cabalistarum euidenter elicitur quod per aduentum Messiæ tolletur circuncisionis necessitas. pag. 103.

Per dictionem את quæ bis ponitur in illo textu. In principio creauit Deus cælum & terram, ego credo significari à Moyse creationem naturæ intellectualis, & naturæ animalis quæ naturali ordine præcessit creationem cæli & terræ.

Quod dicitur à Cabalistis· quod linea uiridis girat uniuersum conuenientissime dicitur ad conclusioné ultimam quam diximus ex mente Porphirii.

Necessario habent concedere Cabalistæ secundum sua principia, quod uerus Messias futurus est talis ut de eo uere dicant, quòd est Deus, & Dei filius. pag. 107.

Cum audis Cabalistas ponere in Thesua informitatem, intellige informitatem per accidentiam ad formalitatem non per priuationem. pag. 111.

Si duplex aleph quod est in textu nó auferetur sceptrú et cóiunxerimus ad duplex aleph quod est in textu Deus possedit me ab initio, & duplex aleph quod est in textu. Tera autem erat inanis per uiam Cabalæ intelligimus ibi Iacob de illo uero Messia locutum qui fuit Iesus Nazarenus. pag. 113.

Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

conuincere quemlibet Cabalistam quod Iesus Nazarenus fuit uerus Messias. pag. 135.

Ex hac conclusione & trigesima superius posita sequitur quod quilibet Cabalista habet concedere, quod interrogatus Iesus quis esset, rectissime respondit dicens. ego sum principium qui loquor uobis. pag. 139.

Hoc habēt ineuitabiliter concedere Cabalistæ. quod uerus Messias per aquā homines purgabit p. 143

Sciri potest in Cabala per mysteriū Mem clausi, cur post se Christus miserit paracletum. pag. 147.

Scitur per fundamēta Cabalæ qui recte dixerit Iesu antequam nasceretur Abraam, ego sum. pa. 151

Per mysteriū duarum literarum, Vau, & Iod, scitur quomodo ipse Mesias ut Deus fuit principiū sui ipsius ut homo. Pag. 154.

Scitur ex cabala per mysterium partis septentrionalis, cur iudicabit Deus seculum per ignē. pa. 156

Scitur in Cabala aptissime, cur Dei filius cū aqua baptismi uenerit, et spiritus sāctus cū igne. 160

Per eclipsationē solis, quæ accidit in morte Christi sciri potest secūdum fundamēta Cabalæ, quod tunc passus est filius Dei & uerus Messias pag. 165.

Qui sciet proprietatē Aquilonis in Cabala, sciet cur sathan Christo promisit regna mūdi. si cadēs eum adorasset. pag. 171.

Quicquid dicant cæteri Cabalisticæ, ego decem spheras sic decem numerationibus correspōdere dico, ut ab ædificio incipiēdo, iupiter sit quartæ, mars quintæ, sol sextæ saturnus septimæ uenus octauæ

Mer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Mercurins nonæ, luna decimæ, tum supra ædificium firmamētum tertiæ, primum mobile secundæ, cælum empireum primæ pag. 176.

Qui sciuerit correspondentiam decem præceptorum ad prohibentia per coniunctionē ueritatis Astrologicæ cum ueritate theologica uidebit ex fundamento nostro præcedentis conclusionis, quicquid alij dicant Cabalistæ primum præceptum primæ numerationi correspondere, secundum secundæ, tertium tertiæ, quartum septimæ, quintum quartæ, sextum quintæ, septimum nouæ, octauum octauæ, nonum Sextæ decimum decimæ. pa. 184

Cum dicunt Cabalistæ, a septima & octaua petēdos filios, ita dicas in Merchaua inferiori accipi ut ab una petatur ut det ab altera ne prohibeat etq; det etq; prohibeat potest intelligere ex præcedentibus cōclusionibus quæ fuerit intelligēs in Astrologia & Cabala. pag. 190.

Sicut fuit Luna plena in Salomone, ita fuit plenus sol in uero Messia, qui fuit Iesus, & de correspondentia ad diminutionem in Sedechia potest quis coniectare si profundat in Cabala. pag. 193.

Ex præcedenti conclusione intelligi potest cur Euangelista Matthæus in quatuordecim illis generationibus ante Christū quasdam dimiserit p. 197.

Cum fieri lucē nihil sit aliud quā participare lucem conueniēs est ualde illa Cabalistarū expositio, ut in li, fiat lux per lucē speculū lucēs intelligamus, & in li, facta est lux, speculū non lucēs. p. 200

Quod dicunt Cabalistæ beatificandos nos in speculo

lucen-

lucente reposito sanctis in futuro saeculo, idem est praecise sequendo fundamenta eorũ cũ eo quod nos dicimus beatificãdos sanctos in filio. pag. 204.

Quod dicunt Cabalistae lumen repositum in septuplo lucere plusquam lumen relictum, mirabiliter conuenit Arithmetice Pithagorice. pag. 209

Qui sciuerit explicare quaternarium in denarium, habebit modum si sit peritus Cabalae deducendi ex nomine ineffabili nomen lxxij. literarũ. p 214

Per precedentẽ conclusionem potest intelligens in Arithmetica formali intelligere, quod operari per Semaphoras est propriũ rationalis naturae. 214.

Rectius foret illud Becadmin, quod ponit glosa Caldaica super dictionẽ Bresit exponere de sapiẽtialibus ideis quã de triginta duabus uiis ut dicũt alij Cabalistae utrũq; tamẽ est rectũ in Cabala pa. 217

Qui profunde considerauerit quadruplicẽ rerum statum, primo unionis & stabilitae mansionis, secundo processionis, tertio reuersionis, quarto beatificae reunionis, uidebit litteram beth cum prima litera primum cum media, medium cum ultimis, ultima operari. pag. 221.

Ex praecedẽti conclusione potest contẽplatiuus homo intelligere cur lex Dei à Beth litera incipit, de qua scribitur. quod est immaculata quod erat cum eo conta cõponens, quod est conuertens amimas quod facit dare fructum in tempore suo. pa. 226

Per eãdem conclusionẽ, sciri potest, quod idem filius, qui est Sapiẽtia patris, est qui omnia unit in patre, & per quẽ omnia facta sunt, et a quo omnia

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cõutũtur, & in quo demũ ſabatizant omnia. 231

Qui profunde cõſiderauerit nouenariũ beatitudinũ numerũ de quo apud Matheũ in euãgelio, uidebit illas mirabiliter conuenire nouenario nouem numerationum, quæ ſunt infra primam quæ eſt inaccesſabilis diuinitatis abiſſus. pag. 234.

Sicut Ariſtoteles diuiniorem philoſophiam, quã philophi antiqui ſub fabulis & apologis uelarunt, ipſe ſub philoſophicæ ſpeculationis facie diſsimulauit et uerborum breuitate obſcurauit, ita Rabi Moyſes Aegiptius in libro, qui à latinis dicitur dux neutrorũ dum per ſuperficialem uerborũ corticem uidetur cum philoſophis ambulare per latentes profundi ſenſus intelligẽtias myſteria complectitur Cabalæ pag. 242

In textu audi Iſrael dominus Deus noſter dominus unus rectius eſt ut intelligatur ibi collectio ab inferiori ad ſuperius & a ſuperiori ad inferius quã ab inferiori ad ſuperius bis. pag. 245.

Rectius eſt, ut amen Tipheret dicat & regnũ ut per uiam numeri oſtenditur, quam quod dicat regnũ tantum, ut quidam uolunt. pag. 247.

Ego animam noſtram ſic decem Sephirot adapto, ut per unitatẽ ſuam fit cum prima, per intellectum cum ſecunda, per rationẽ cum tertia, per ſuperiorem concupiſcibilẽ cum quarta, per ſuperiorẽ iraſcibilem cũ quinta, per liberũ arbitrium cum ſexta, & per hoc totum ut ad ſuperiora ſe conuertitur cum ſeptima, ut ad inferiora cum octaua, & mixtum ex utroq; potius per differentiã uel

alter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

alternariam adhausionem quam simultaneam con tinentiā cum nona: & per Potentiā qua inhabitat primum habitaculum cum decima. pa. 249.

Per dictum Cabalistarum quod cæli sunt ex igne & aqua simul et ueritatem theologicam de ipsis Sephirot nobis manifestat & philosophicam ueritatem quod elementa in cælo sint tantum secundum actiuam uirtutem. pag. 253.

Qui sciuerit quid sit denarius in Arithmetica formali, et cognouerit naturā primi numeri sphærici, sciet illud quod ego adhuc apud aliquem Cabalistam non legi, & est quod sit fundamentum secreti magni Iobilei in Cabala. pag. 258.

Ex fundamento præcedentis conclusionis sciri pariter potest secretum quinquaginta portarum intelligentiæ & millesimæ generationis, et regni omnium seculorum. pag. 261.

Per modum legēdi sine punctis in lege & modus scribendi res diuinas & unialis continentia per inde terminatum ambitum rerum diuinarum nobis ostenditur. pag. 264.


Per id quod dicunt Cabalistæ de Aegypto & attestata est experientia, habemus credere, quod terra Aegypti sit in Analogia et subordinationis proprietatis potentiæ. pag. 268.

Sicut uera Astrologia docet nos legere in libro Dei, ita Cabala docet nos legere in libro legis. p. 271.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

APOLOGIA FRATRIS ARCANGELI DE BVRGO-NOVO AGRI PLACENTINI

Or. Mi. pro defensione doctrinæ Cabalę, contra Reueredum D. Petrum Garziam Ep̃m Vssclensis Mirandulam impugnantem, sed minime lędentem.



NTIQVORVM studium fuit Dei sacramenta & naturę semper obtegere, & sibi Dei eloquia credita in corde suo abscundere, ne peccarẽt. Quam legẽ ex indis obseruarunt Brachamanæ Aethyopes, persæ, & Aegyptij. Hinc horũ splendor Mercurius dicebat. Tractatum tota numinis maiestate plenissimum, irreligiosæ mentis est multorum conscientiæ publicare. Orpheus, & Vates omnes Antiqui, hoc Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoxenus, Ammonius inuiolabili fide obseruauere (vt

 dedu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

deducit magister meus Reueren. Georgius in suo de Armonia mundi) Hinc Herẽnius, Plotinus, & origenes (vt scribit Porphirius in de educatione & disciplina Plotini) iurarunt, ne Ammonij dogmata æderent. Et qa Plotinus violato iureiurãdo ab Ammonio præstito, sacramẽta publicauit, in transgressionis pœnam (vt non nulli asserunt) horrendo pediculorum edulio cõsumptus est. Gloriatur & dux Peripateticorũ, se Alexandro (Temistio referente) ea lege sua naturalia instituta tradidisse, vt nemo intelligeret, nisi ipso qui tradidit interpretante. Sed externis omissis, summus omnium Doctor Iesus Dei filius discipulos docet ne dẽt sanctum canibus: nec margaritas exponant porcis conculcandas: Quæ magistri monumenta, vt seruarent discipuli, aut non scripserunt, aut, quæ solum ad miracula, mores componendos, & legis instituta pertinent, ab omnibus obseruanda tradiderũt. Sic fecere Apostoli, & Euangelistæ omnes, Paulo, & Iohanne exceptis· nam Paulus, paucos elegit discipulos: de quibus ait. nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes &c. Et de Hebræis adhuc rudibus, conqueritur, dicens. Est nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum, quia inbecilles facti estis ad audiendum: &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cũ deberetis esse magistri propter tempus: indigetis, vt doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Et facti estis, quibus lacte opus est, non solido cibo. secernit igitur Apostolus perfectiores discipulos: inter quos loquitur ea, quæ ad superiorem sapientiã ptinẽt, factus veri magistri discipulus: qui nomen Dei patris manifestauit eis tm̃ modo, quos ipse pater dederat: & eos delegit quibus loquebatur mysteriũ regni Dei, ab eis, quos in parabolis docebat. Sic Ezræ legitur (vt in eius volumine quarto legimus) Reuelans reuelatus sum super rubum, & loquutus sum Mosi, qñ populus meus seruiebat in Aegypto: & adduxi eũ super montẽ Sinai: & detinui eũ apud me diębus multis: & enarraui ei mirabilia multa, & ostẽdi ei temporum secreta, & finem: & præcepi ei dicens. Hæc in palam facies verba, & hęc abscundes. In palam enim fecit legis præcepta, christi geneologiam, aliquas breuissimas priscorum patrum historias, recluso tamen earum sacramento: Item sacrificia, cærimonias, arcę fabricã, bellũ cũ Amalęchitis, & cũ cęteris diuersarum nationũ regibus. Et hanc sapientiores Hebręi vocãt, tora Scebicdab תורה שבכתב id est, legẽ scriptam: in qua sublimiora sensa cõtinẽtur quã multi excogitẽt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Quorum ſenſuum notitiã præfacti ſapientes dicunt, torà Scebehal pè תורה שב על פה id eſt, legem ore reuelatam. Hanc reſerauit Moſes ore ſeptuaginta ſenioribus: quorum ſucceſsio durauit vſque ad captiuitatem factam a Nabucdonoſor: quo tempore ceſſauit, aut diminuta fuit vſq; ad cyrum: tunc enim (diuino ſpiritu ſuggerẽte aſsignatis vaſis templi quinq; millibus quadringentis, ſolutaque captiuitate, & remiſſis familijs ad numerum quadragintaduorũ millium, trecentorum & ſeptuaginta, exceptis ſeruis, & ancillis) ſub manu Zorobabel, Neemiæ, & Ezræ reædificari cœptum eſt templum Dñi: Quo reſarcito, & reſtauratis ſacris (iubente Domino) doctrinam illam in ſeptuaginta volumina, iuxta numerum ſeniorum redegit, ne diſpergerentur. Hac tamen Dei viuentis lege, vt rudibus non exponerentur. nã prima (inquit) quæ ſcripſiſti, textũ ſcilicet legis in palã pones, legant digni, & indigni: nouiſsimos autem ſeptuaginta libros cõſeruabis, vt tradas eos ſapientibus de populo tuo. In his enim eſt vena intellectus, ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen: quæ diuino, & inexcogitabili artifitio ſunt occluſa ſub cortice. Et ordo tradendi hanc ſapientiam fuit talis, prout narrat Rabbi Moſes Aegyptius in libro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

libro Misnaios: vbi sic incipit (secundum quod docuit nos Paulus Riccius in traditione fragmentorum Talmudicorum, primo itaque literariam Mosis cellam intrauit, discēdi cupidine frater eius Aheron, cui mox aliquam legis sectiunculam, cum omnibus ad eam spectantibus glossulis, Moses exposuit, quibus acceptis, sese illico ad dextrā Mosis latera recepit, & continuo duo eius accesserunt gnati, Eliazar nomine atq; Itamar, quibus omnia ad amussim tradidit Moses, quæ & fratri primo aperuerat. Exinde alter illorum ad sinistram declinabat Mosis, alter ad dexteram parentis sui Aheron: Quo facto, confestim septuaginta intrabant seniores, eadem à Mose audituri, quæ & Aheron & gemini eius filij, didicerant. Vltimo denique loco tota docilis & studiosa Israelitarum multitudo accessit, quibus singula, iam ter Mosis ore exposita, quarto is ipse recensuit. Ita ꝙ cuncta documenta, viua Mosis voce tradita, quadrifariè audiuerit Aheron, ter eius filij, bis seniores, & alia multitudo semel. Abeunte igitur inde Mose ea, quæ acceperat vniuersis astātibus Aheron ipse resumpsit, quo vtiq; recedente, eadem ab integro tradiderunt senioribus cęterisque auditoribus ambo Aheronis filij Eliazar atq; Itamar: Quibus ab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

euntibus, omnia denuo interpretabantur auditorum multitudini septuaginta seniores. Quo factum est, vt singuli literariũ Mosis tabernaculum ingressu, legis explanationem, quater repetita lectione acceperint. Deinceps vero mutuo sese erudiebat auditorum conuentus, scedulis mandatorũ radicalia cõmittendo, & eorundem sensa mente ac ore (iuxta accepta à Mose dogmata) reuoluendo trutinandoq;. omnia nanque (vt sapientes tradunt) & singula & communia legis instituta, pariter & commentaria, tradita sunt Mosi in monte Synai. Scenopegię (vt pote) mandatum pręcepit in Leuiticis Moses: In vmbraculis (inquiẽs) habitabitis diebus septem. Quis autem huiusmodi mandato obstringitur, & ex quibus, qualique forma, quantę amplitudinis, & quo modo fabricari debeant vmbracula, litera legis ꝓrsus conticescit, sed ore ad ipm Moses aperuit, docendo eiuscemodi præceptum, non femineum genus, non aduersa valetudine laborantes, neque iter agẽtes concernere. Sic vtique non ex lapidibus, non ex lanificio, aut serico, vel alia aliqua suppellectili, non puluillis, culcitra, & id genus lectisternijs, sed solum terræ nascentibus vmbraculorum tegmẽ fabricari licet. Cibum quoque, potum, somnũ continuis

diebus ſeptem, non niſi in vmbraculis ſumere fas eſt eorum vero amplitudo nõ minus ſit palmis ſeptem in longum, totidẽ in latum, & in altitudinẽ decem. Quẽadmodũ itaque ſcenopegiæ mandatum, vna cum his ſuis appendicibus, traditum fuit Moſi in monte Synai, ſic de ſingulo ſex centorum & tredicim mandatorum, cum omnibus acceſſorie ſibi annexis iudicandum, ꝙ ipſa videlicet radicalia præcepti, auditores ſcriptis acceperint: annexa vero, ore expoſita, didicerint.

Cum Moſes vltimã clauſiſſet diẽ, docendi & regnandi ſceptrum tranſtulit in Ioſuã Moſis miniſtrum, qui omnia viuo Moſis oraculo audita, tradidit ſenioribus, ſeniores prophetis, prophetæ magnæ ſinagogæ viris, quorum extitit nouisſimus Simeon Pontifex magnus, qui dicebatur iuſtus. Is eadem Antignadi Sacheo commiſit, & hac denique docendi ſerie, alter alteri legis expoſuit interpretamẽta ad vſque Rabbi Iehuda, qui ob ſingularem doctrinam & vitæ morumque mundiciem ſanctus omnium ore dicebatur magiſter. Is omnia, Moſis voce in poſteros transfuſa, & cuncta quæ iuxta temporum, locorum, perſonarumque exigentiam fuerint adiecta, in vnum conflauit codicem, quem miſna

(quod iterata ſonat lectio) appellari voluit. Et liber iſte Miſna, in ſex partes diuiditur, ſeu ordines, quorũ primus ẽ Seder Zeraim eſt, ordo ſementum, vtpote de terræ naſcentibus, de promiſcue ſatis, inſitisq; , de terræ remiſsione & eius præputio, de primicijs ac decimis, aliisque diſtribuendis frugibus tractat. pars ſecunda, dicta Seder Zemanin, id eſt, ordo temporum, qui de anni temporibus, de feſtis diebus, deque varia illorum obſeruantiæ conditione conſyderat. Tertia, vocata Seder naſohim, id eſt, ordo mulierum, qui connubij, libelli repudij, & omnium eorum, quæ inter coniuges verſantur, iura & ſtatuta examinat. Quarta nuncupata Seder neſikim, id eſt, ordo damnorum, qui ea omnia quæ lites commutationesque, & mutua hominum commercia reſpiciunt pertractat. Quinta, dicta Seder Kodaſchim, id eſt, ordo ſacrorum, quæ ſacrificiorum & oblationum legem ritumque exponit. ſexta, vocata Seder Teharos, id eſt, ordo expiationum, quæ pollutionum, emundationumq; normam & obſeruantiam declarat. Quæ ſi ad eum, qui intus & ſub ænigmate, typum latitat, perſpicatius quis mentem adhibeat, ſublimia ſane & recõdita ſapientiæ penetrabit oracula, quæ ænigmatis & allegoriæ velamine circumtecta

cumtecta tradūtur, ne hallucinatores, atq; ignobile vulgus veritatis ſacramenta inquinet polluatque immundum munda. Et hęc ſapientia, aliud non eſt quam cabala, quā multi coluerunt. Et multa ſcripta poſteris reliquerunt. Primo citantur a fide dignis Hænoch liber de quo meminit Thadeus in epiſtola, & Origenes in piarchon. Abrahā patriarcha, de formatione compendioſum, & grauidum volumen edidit (qđ ego expoſui) quamuis aliqui exiſtimant eius auctorem Rabbi Achiba, de mente tamen Abrahæ: Quin & Moſes allegat libros bellorum domini. Ioſue librum iuſtorum, & vniuerſitatem librorum kiriath Sephanim, quam Athniel duce Caleb expuguauit. Aſuerus libros memorabilium. Ionathas in Machabæis libros ſanctos de ſpartiatis. Paralipomena commemorant libros lamentationum. Libros Samuel videntis, & Nathan prophetæ, & Gad videntis, & Semeiæ prophetæ, & Haddo vidētis, & ahiæ ſilonitis, & libros Iehu filij Hannani, qui omnes nuſquam ſunt, dempto libro Abrahæ pari exemplo innumeri noſtro ſæculo authores cabalæ periere (vt deducit Reuclin) tametſi non dubitamus ſupereſſe plurima, quæ ipſi nos chriſtiani ignoramus. Alij doctores huius ſapientię ſunt: Abraham Alaphia.

Abraham

Abrahã aben Ezra . Rabbi Azariel. Rabbi Akiba . Rabbi Amai ben hannina . Rabbi Aaron Mechubal.Rabbi Ama.Rabbi Abraham de holã aba. Rabbi Bona dies de maſſa auri. Rabbi Butriel, Rabbi Bachaie. Rabbi Simeon ben Iochai , q in antro quatuor annos ſupra viginti latens Zohar (quod luminare dicitur) ſcripſit . Rabbi Elchana . Rabbi Ioſeph carnilote. Rabbi Azariel garonẽſis. Rabbi Haij geon . Rabbi Reuben Hiſpanus. Rabbi Iahacob de amictu. Rabbi Mair merut. Rabbi Mair filius Theodori. Rabbi Moſes gerundenſis. Rabbi Ioſeph cicatilia . Rabbi Manahen ricanati. Rabbi Iehuda nagid q ſctũs dicitur.Rabbi Ioſeph albo.Rabbi Iahacob coenin Sepher Ietcira Abrahæ. Rabbi Moſes.Rabbi Iſachar.Rabbi Tedacus Leui.Rabbi Samuel. At cõſilio doctorũ: nemo vnquã de ipſa ſcripſit arte vſq; dudũ artificioſius,nemo diſtinctius,nemo lucidius,quã Rabbi Ioſeph Bar Abrahã Caſtiliẽſis ciuis Salernitanus (quẽ ſequutus ſum in tractatu de modo cabalizandi) tria huius facultatis cabalæ volumina ſtudioſẽ molitus: quibus omnem cabaliſtarũ inſtitutionẽ fecit clariorẽ . primũ de dictionibus : Secundum de literis : & tertiũ volumen de punctis .Eius libri titulus eſt, Genat agoz גנת אגוז, id eſt, Hortus nucis.Iuxta Solo

monis

monis cantica. In hortũ nucis descendi, vt viderem amena virgulti. Apparet nucem hanc esse vt pomũ aureũ argẽteo retiaculo inclusum, vt legitur in prouerbijs, Mala aurea in lecticis argenteis verbum prolatum iuxta modos suos. Ita est cabala pomum illud aureum atque diuinum argenteis filis videlicet ingeniosis institutionibus & humanis artibus circunligatũ, quale fieri consueuit aurificũ opificio, qui subtilibus cælaturis aureum boni odoris pomum non omnino tegunt aut operiunt argento, vt nihil eius videri queat: sed cauatis quibusdã foraminibus & argenteis cancellis tum pomi colorem eminere, tum ambræ odorem afflare sinunt. Aspicientibus tamen longinq; totũ id quod reticulatũ est, uidetur argentũ esse integrũ: propius aũt intuẽtes, si studio se rimentur, simul aurũ quoq; reperient: & quo magis aurum ab argento distat, eo longe plus ab arte Talmudica probatur differre cabala: quãuis ambas species vnũ genus spiritualis instinctus cõplectatur. Sed altera precedit alteram vt oraculũ Hierophantas, vtq; vnius generis aurũ id quidẽ bonũ est, illud aũt optimũ, ad quem modum in pentateucho de Heuila narratur, quod aurum terræ illius bonũ est: non enim illic scribitur optimũ, vt quidam legunt, sed bonũ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Et in Isaia de Ophiæ, Dignabor hominem plusquã aurum optimũ & aurũ de Ophir. Ita quicqđ de sacra scriptura homines optimarum artium amatores scientia naturali addiscunt, auro bono par est: & appellatur opus de Beresith. Quod verò scientia spirituali recipimus, opus de Mercaua dicitur, & auro æquatur optimo atque purissimo. Scribunt enim Cabalistæ ita. Opus de Beresith est sapientia naturę, & opus de Mercaua est sapientia Diuinitatis. Et qm̃ vtraque sapientia vtcunque circa Mundum & ea quæ consistunt in mundo versatur. Estque Talmudistarum & cabalistarum ea in re vnanimis arbitratus, quod duo sunt mundi: primus intellectualis, qui vocatur עולם הבא, id est, Mundus ille vẽturus, scilicet quo ad nos. Et secundus sensibilis, qui dicitur עולם הזה id est, Mũdus iste pręsens: quod ex verbis sapientum cabalistarum recepimus de nominis diuini quadraginta duarũ literarũ studioso cultore sic dicentiũ: quòd talis dubio procul existat dilectus sursum & deorsum, & hæreditans duos Mundos, mundum præsentem & mundũ futurum. Iccirco diuiduntur Thalmudici & Cabalistæ secedentes in duas facultates: tametsi ex creditis receptionibus ambæ similiter oriantur & emanent, nam vtrique maiorũ

suorum

ſuorum traditionibus fidem habent, etiam nulla ratione reddita. ſed hac diſtinguntur deputationis ordinatione, quod omne ſtudium, omnem operam, omne conſilium, laborem & diligentiam, vniuerſam quoq; mentis ſuæ intentionem (Cabaliſta fęlix ille atque beatus à Mundo ſenſibili finaliter ad Mundum intellectualem transfert & traducit. Thalmudiſta verò in Mundo ſenſibili permanet, ac animam vniuerſi huius mundi non tranſcendit: quod ſi quandoq; licenter ad Deum & beatos ſpiritus pergat, non tamen ad Deũ ipſum immanentem & abſolutũ accedit: ſed vt opificem cauſamq; rerum, & circa ſua creata occupatum. Et ne quæ diximus tanquam apocrypha contemnantur, videamus quid Dionyſius in huius rei fauorem deponat. Decentiſsimũ (inquit) erat diuina & incomprehenſibilia per ænigmata occultari: & in viam multis ponere ſacram abditamque, ſupramundanorum intellectuũ veritatem. Eſt enim non omnis ſacer, neque omnium (vt eloquia aiunt) ſcientia: & aliquantulũ progreſſus ait. O Thimothee diuinus in diuina doctrina factus, ſecreto animi quę ſancta ſunt circũtegens ex immunda multitudine, tanquam vniformia hæc cuſtodi. non enim fas eſt in porcos proijcere inuiſibilium marga

ritarum

ritarũ incõfuſum, & luciformẽ beneficũq; ornatũ. Huic opinioni ſubſcribit origenes, cuius teſtimoniũ in his, in quibus ab eccleſia recipitur, eſt validiſsimum, quia vbi benè, nemo melius. Hic ergo ſuper illud pauli ad Romanos .3. Quid ergo amplius Iudeo, aut quæ vtilitas circumciſionis? multum per omnem modum, primũ quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei. Dicit Origenes. conſiderandum eſt, quia non dixerit literas eſſe creditas, ſed eloquia Dei. Ex quo dicto Origenis patet, quòd præter literalem legẽ, aliud quid traditum fuit Iudæis, quod hic vocat Paulus, eloquia Dei. Literas enim id eſt, literalem legem eis fuiſſe traditam nemo negat, ſed non imputatur eis ad prærogatiuam, quia litera per ſe occidit, & niſi adſit ſpiritus viuificans, omnino per ſe eſt mortua. Sed præter has literas tradita ſunt eis eloquia Dei: de quibus merito gloriantur: quæ nihil aliud ſunt quam quod apud Hebræos dicitur Cabala, id eſt verus legis ſenſus ab ore Dei acceptus. Addit Origenes in loco prealegato dicens. De Moſe propheтiſque, & ceteris horum ſimilibus hæc intelligenda ſunt dici, quibus ſunt credita eloqa Dei. Adde & quis apud eos ſapiens, & intelligens auditor & mirabilis conſiliarius fuit.

Hec

Hęc Origenes. Per hos autem mirabiles consiliarios illi intelliguntur (secundum Mirandulam principem) quos vocant Hebręi Sanedrim, id est, septuaginta, illos seniores, quos elegit Moses ex pręcepto Dñi, locum quorum, videntur tenere cardinales in nostra Ecclesia, & ad immitationem numeri illornm septuaginta seniorum (vt supra dixi)fuerunt redacta mysteria cabalę in septuaginta libros tẽpore Ezrę. Vsq; .n. ad tempus Ezrę, de ista doctrina nihil scriptum erat, sed solum, vt dixi, per successiuã receptionẽ tradebatur. Vnde Cabalę nomẽ accepit. Habetur de isto concilio, in quo fuerunt scripti isti libri mentio lata & diffusa apud Hebręos in libro, qui dicitur. Seder olam. id est, liber sęculorum: vbi habetur, qui sederunt in concilio: & deniq; totius concilij gesta & ordo. Ex quibus omnibus patet, non esse confictum á viro Illustri Iohãne Mirãdulę principe, (vt sibi impegit Reueren. D. Petrus Garsias Eps Vselensis, vt infra clarius patebit) quòd pręter legem scriptam Moses veram quoque legis expositionem á Deo acceperit, & quôd illa deinceps per successionẽ à Mose LXX. senioribus: & ab illis alijs suis successoribus fuerit reuelata: & tempore Ezre in plures libros fuerit redacta, qui dicuntur libri

Cabalæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cabalæ: quos prædictus Mirandula summa impensa sibi conquisiuit (vt ipse met testatur in sua Apologia defensiua suarum conclusionum) neq; enim eos Hebræi Latinis nostris cõmunicare volunt; in quibus quidem libris, ipse Mirandula (vt idem ait) inuenit multa, immo pené omnia consona fidei nostræ, & sacræ scripturæ, in sensu saltem allegorico uel anagogico. Sicut enim apud nos est quadruplex modus exponendi sacram scripturam, literalis videlicet, mysticus siue allegoricus, tropologicus, & anagogicus: ita & apud Hebræos literalis apud eos dicitur pesat; quẽ modum tenent apud eos Rabbi Salomon, Rabbi chemai, & similes. Allegoricus Midras, vnde apud eos sæpe audies. Midras Ruth, Midras tyllim, Midras coelet, id est, expositio per Midras, id est, mystica super Ruth, super psalmos, super Ecclesiasten &c. Et istum modum sequuntur maximê doctores Thalmudici. Tropologicus dicitur Sechel: quẽ sequuntur Abraham Gerson, & multi alij: & ante omnes Rabbi Moses Aegyptius. Anagogicus dicitur cabala. Et hoc quia illa expositio, quę dicitur ore Dei tradita Mosi, & per successionem accepta modo prędicto, quasi semper sensum sequitur Anagogicum: qui etiã inter omnes est sublimior & diuinior,

sursum

sursum nos ducens à terrenis ad cęlestia, a sensibilibus ad intelligibilia, á tēporalibus ad æterna, ab infimis ad suprema, ab humanis ad diuina, à corporalibus ad spiritualia. Et hinc est quòd validissima inde argumenta habentur contra Iudæos, quia discordia quæ est inter nos & eos, vt maximè patet in Epistolis Pauli: hinc tota pręcipue dependet, quòd ipsi sequuntur literam occidentem, nos autem spiritum viuificantē: quòd vnico exēplo sufficiat nunc declarasse nam cum eis in prophetijs promittitur, ꝙ Messias eos liberabit de captiuitate, & adducet in terram promissionis & in Hierusalem, & in templo gaudebunt & congregabuntur. Ipsi hæc literaliter intelligentes dici de captiuitate mundana & de terra promissionis quæ est Iudæa terrestris: similiter de ciuitate materiali Hierusalem & templo non possunt credere illum fuisse Messiam, per quem eiecti sunt de illa terra promissionis: & ciuitas destructa: & dirutum fuit tēplum. Quod si voluerint simul cum cabalistis anagogicè exponendo scripturam intelligere, illa de cęlesti Hierusalem, de captiuitate spirituali, de cęlesti terra viuentium cognoscant, & confiteantur necesse est illū verum fuisse Messiam: per quem penè totus orbis de manu dæmonis, cui per idola-

 triam

triam ſeruiebat, fuit liberatus. Quem fore effectum precipuum aduentus Christi ipſorum cabaliſtarum firma eſt opinio. Ita cognoſcetur eſſe de oĩbus alijs, ſi cõcluſionum cabaliſticarũ videatur mea declaratio: nullũ eſſe penè articulũ in quo nobiſcũ Iudęi, per cabaliſtarum authoritatem ſentire non cogantur. Quãta ẽt, & quam ſolida veritatis fidei teſtimonia vltra prædicta prębeat hoc cabaleorum dogma, facile videre licet cuiq; ampliſsima illorũ volumina tractanti. Ea ſiquidem non obſcurè Trinitatis in vnitate enunciant ſacramentum, de Patre Filio, & ſpiritu ſancto, de vnigeniti generatione æterna, de peccato originis, quo mors ĩtrauit in orbem: de redemptione per paſſionẽ, & ſanguinẽ Meſſię, de eius reſurrectione: de virgine cęli Regina alma: de myſtico Eccleſiæ corpore, quod ſancti templũ ſunt Dei, & membra Chriſti, de iudicio, & mundi conſumatione de pœnitentia & peccatorũ remiſsione, de mortnorum reſurrectione: de dono prophetię, ſcientiæ & ſapientię, de allegoria, & ſpiritali ſacri eloquij ſenſu, quo cabala ipſa non modo verba & ſingula verborum elementa, ſed apices, puncta & quęque illis adiecta, ad ſublimia & diuina tollit oracula. Vnde aſſidua meditatione exercetur & ſtabilitur mens humana in ſu-

peris

peris. De linguarum insuper & curationũ virtute: de Angelica Hierarchia, de mundis & immundis spiritibus: tradit documenta. Et hoc quidem peragit Cabaleus tribus varijsque consyderandi modis: quos qui di iudicare & discernere nequeunt, inextricabilibus sane ambiguitatum & errorũ implicant sese nodis. Quorũ vnus consyderandi modus est: quē verborum contextus & literalis intelligentia expostulat. Alius quem allegoriæ typus deposcit. Alius, quem prophetandi atq; inhærendi superis æmulatio requirit Quos modos supra tetigimus: Et hæc omnia patent in declaratione cõclusionum cabalistarum. Et omnia supradicta, ac multa alia quodammodo infinita sunt, quę per hanc sapientiam cabalæ dillucidantur: Vtpote, quare in primordij operibus, nusquam cõmemoratũ sit incõmunicabile nomen Tetrag. יהוה, aut quoduis sanctorum nominum, pręter illud, quod & creaturis cõmunicari solet, nomē Elohim אלהים, quod bis & trigesies in illis primordij operibus se orsum repetitum legimus, cum tamen creatio opus sit solius creatoris Dei, cui propriũ est incommunicabile Tetrag. יהוה. Vbi vero secundo capite, cæli & terræ generationem resumit, Tetrag. nomen pręnectit nomini Elohim. Istę (inquiēs) sunt generatiões

cęli & terræ, quãdo creatæ sunt in die, quo facit Tetragrãmaton Deus Elohim, cęlum & terram. Et licet vtrunque eandẽ, & summæ simplicitatis essentiam designet, non tñ eandem essentiæ rationem, eamdemue humanæ intelligentiæ conditionem enunciãt: quẽadmodum hanc ipsam incompræhensibili vnitate essentiam indicat nomen El Sadai (id est, Deus, qui satis, siue omnipotẽs, eandem & Tetrag. nomen oñdit, in vno tñ nomine El Sadai innotuit patriarchis, quos latuit in nomine Tetrag. Iuxta illud Exodi. Apparui Abrahæ, Isahac, & Iahacob in El Sadai, & nomẽ meum Tetrag. nõ indicaui, rectius, nõ cognitus fui eis: pari vtiq; lege de singulis sacrorum Dei nominũ iudicandum, quod causa scrutanda sit qua propheta nunc explicet nomen Eheie, nunc nomẽ Iah, sæpius inuocat Tetrag. cum punctis Elohim יֱהֹוִה, qñque cũ punctis Adonai, יהוה: iuxta illud Mosis. Dixit Abraham: Adonai Elohim (Dñe Deus) quid dabis mihi? Multoties insuper ad vnum impetrãdũ votum orat nomine El, ad aliud noĩe Elohim, ad illud Zeuaot, ad istud Sadai, & nomine Adonai: Horum similiumq; discriminum rationes, causasq; petẽdas fore nullus quidẽ idoneus sacri eloquij scrutator ignorauerit. Quandoquidem & hi qui phisica

corpora,

corpora, ſenſibiliumq́ue rerū naturas contemplantia, ſingulas in his portiunculas, & minima queque eorum ſcrutantur ſynthomata: & rōnes cauſaſq́ue paſſim requirunt. Longe ideo accuratiori diligentiæ ſtudio ſacri, & perpetuo diuinę menti inſcripti eloquij, inſpiciendæ ſunt partes, earumq; dictiones, & ſingula diſcernenda ſunt elemēta. prophetæ enim (vt primo de libero arbitrio Auguſtino placet, legunt in libro vitæ. Conſtat autem, quæ ſunt in libro vitæ, non eſſe mortali voce prolata: quia illa ſūt paradigmata, atq; ideę, quæ caducis his uocibus, literisq;, veluti exemplaria, & ſempiternæ rationes diuinæ mēti inſcriptæ reſpōdent, quibus allegorizans & anagogizans Cabaleus & ſpiritalis ſacri eloquij contemplator maximè inuigilat, & circa illas vniuerſum eius negotium ſtudiumq́; vertitur: quod plane ad Galatas Apoſtolus docuit: duo per allegoriam enuncians teſtamenta, quorum vnum traditum eſt in mōte Synai, qui terreſtri & ſeruili iunctus eſt Ieruſalem alterum datum in monte ſancto, iuncto ei, quæ ſurſum & libera eſt mater noſtra, Ieruſalem. Vnde Cabalæus, exercet mentē, denudatq́; animi vires à cogitatione terrena & tollit eas ad ſuperos, vt illis adhęreant. Et propterea in hoc (ſi aduertis) gloſſematum

genere multis modis dissentiunt Cabalei, alijs numerū, alijs figuram, nonnullis positionem, permutationem, ac combinationem multimode meditantibus, viresq; animi exercētibus: Et hęc est ratio, quare multi in exponendo sacram scripturam errant, & se dissentiunt, q̄a minus aduertūt vim cō templandi, & admirantes, multis varijsque, & inutilibus quęstiunculis sese inuoluunt, & aberrant à tramite recto. Nota tñ, tametsi consona & ꝑsus necessaria sint singula huius generis inuenta, nō tñ necessariū existimāt cabalei, id eo in loco literali, vel allegorico, vel anagogico intellectu sensisse ꝓphetā. Contēplando (puta) Tetragrāmati elemēta יהוה. Alij affirmāt ipsū Iod י, ideo primā positam esse literā Tetragrāmati, quod indiuisibilem punctū vnitatemq; referēdo, indiuiduam summę vnitatis essentiam designet. Alij iccirco hanc primam autumant: quia decem vnitates numero ostendit, qui scilicet denarius numerus vnitas quędam est, totum numerorum ambitum virtute cōplectens, principium & finem. Alij propterea primum inter Tetragrāmati elementa poni pręsumunt, quo tenui suo cacumine, & vix sensu percepto apice, quasi indiuiduam, & incompręhensibilem diuinam essentiam denunciet. Denarius vero ele-

menti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

menti numerus decem ſephiroth, tres ſcilicet diuinæ eſſentię perſonas, & ſeptē ſancti ſpiritus dona inſinuet: Hęc horumque ſimilia, licet comperta, & ſolidæ ſint veritatis ſacramenta: ſumma ſiquidem vnitate & ſimplicitate eſſe diuinam eſſentiam principium & finem, incompręhenſibilem, trinamque perſonis, & dona ſpiritus dari ſit neceſſe, non tamen prorſus neceſſarium arbitrantur per ipſum Iod. hæc pręcipue docere & inſinuare voluiſſe prophetam. Simili modo de alijs huius generis meditationibus iudicandum, quòd non ad literę, vel allegoriæ intelligentiam, ſed ſolum exercendi, ſeu aptandi animi, ſuperiſque adhærēdi cupidine excogitantur. Qui igitur, hoc genus contemplandi ſcripturas attendit, & ea quæ in his fidei orthodoxæ prębentur teſtimonia, ac ſaluberrima vitę bonorumq; morum documenta conſyderat, & doctrinā Saluatoris noſtri in omnibus (Apoſtoli iuſſu) ędificari & honorari deſyderat, minime profecto ludricum, perfidumque eiuſcemodi Cabaleorum dogma præſumet, ſed crebri potius laude, præconioque extollet, & tanquàm pietatis doctrinā amplectetur & fouebit, quę ad hoc vnum tendit, vt mortalium animos, à prætereuntibus huius caduci orbis vmbraculis, ad cæleſtia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

&inmortalia numina tollat, iterque pādat æternæ salutis-

Ea verô quibus rigidus ille & atrox caba læ oppugnator Dñs Petrus Garzias Episcopus, id dogmatis retundere, & perfidū persuadere molitur, quam inconsiderata, & viro sapienti indigna sint, facile est cognoscere inspicienti. Vt autem inania, quæ vir iste in suis, de cabalistica (ut ipse effutit) perfidia commenticijs ad ignominiā & confusionem cabaleorum cōmemorat reticescam, ne friuolis, minusq; frugiferis lectiunculis, benignas lectoris aures occupem. Breuibus dicta eius ponam. Et sunt.

P.G. De ista doctrina seu sciētia miror cur Iosephus in libris antiquitatum Iudaicarum non fecerit mentionem: nec nostri Doctores, si tam sancta, tam vera, & tam consona fidei nostræ, vt iste cabalanorum, princeps affirmat & prædicat.

F.A. Si quis attendat, & ratiocinium istud rectè consideret, inueniet idipsum non modo perperam, & falso discurrere, sed ēt falsa & vana figmenta adsumere: Falso quidem discurrit, quia ab hominis eloquio veritas nō dependet naturæ, vt fas sit dictu, quòd homo quantumlibet sapiētia & spiritu polēs: non profert, id non est: sed è conuerso qđ nō est, id sapiens nó loqtur, nā dicūt logici

Argu-

Argumẽtũ ab authoritate, negatiue, nõ tenet, ſed affirmatiue. Iccirco rudis nimiũ & incõſyderata argumẽtatio eſt, dicere. Apoſtolus cabalã nõ tractat, neq; de ea cõmemorat, ergo cabalam reſpuit & contemnit: ſimiliter Ioſephus non illam tangit, ergo illã reſpuit, vel tunc non erat &c Quemadmodum turpe & longe execrandum eſt dicere: qa Apoſtolus de ſacrata & deipera virgine, de indiuidua trinitate (videlicet ob gentiũ ruditatem) nihil vel non ſatis explicat, ideo admittenda non eſſe. Quia inſuper Apoſtolus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, aut quiſquam veterum Theologorũ de cæleſti & Angelica Hierarchia nihil exactæ enuntiant, quàm modo ampliſsima Dionyſij volumina pandunt, propterea reſpuenda ſint: quandoquidem plures ſanctorum ſapientumq; fidelium, hæc ipſa tanquã cœleſtia oracula amplectantur & fouẽt. Eadẽ vtique lege de rudiuſcula & vana illa contra cabalam argutia iudicandum. Quod autem hæc ipſa argumentatio falſa, vanaq; figmenta aſſumat: palam conſtat inſpicienti: proponit enim nullum Apoſtolum, neque aliquem primorum ſapientum quicquam de cabaleorum tradere vel innuere dogmate: quod aperte quidem falſum & cõmentitiũ à quouis illorum ſcripta ſedulo lectitanti di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

gnoſcitur: Omnium ſiquidem, vt ſanctorũ ſapientumq; anxia ſollicitudo & cura potiſ ſime hoc vnum intendit, vniuerſam ſcilicet Moſis legem: cęteraq; prophetarũ Agiogra pha, à literali atque terreno intellectu ad al legoriam & ſpiritalem transferre intelligen tiam, admonẽte Apoſtolo: Litera (inquiẽs) occidit ſpiritus aũt viuificat. Cum igitur hunc ſpiritalem Anagogicũ & Allegoricũ ſacri eloquij ſenſum Cabalã vocitari libuit, claro argumento reuincitur: Apoſtolorum traditionẽ, & ſapientũ ſanctorũq; gloſſema ta, & eorum ſacri eloquij interpretamẽta, omni diligentia ſtudio circa cabaleum ver-ſari dogma. Et ideo falſa aſſumit contradi-ctor, atq; ignarus & nominis quidẽ cabalę. nec te moueat, & ſuſpicantem reddat nouiſ ſima patefactio nominis & doctrinę cabalę: quemadmodum nec tarda Ariopagitę volu minũ euulgatio Noſti .n. (vt Paulo ante re tuli) qua cura atq; ſolertia conati ſunt pro uidi primorum ſapientum velare & circũ-tegere fidei & veritatis Myſteria ad pręcauẽ dum id, quod iam turbulenta & miſera hac noſtra tempeſtate contingere longè lateque experimur. Qua de cauſa primorum alle-gorizantium ſeu Anagogizantiũ, ſeu caba-leorum traditionem: quemadmodum & Dionyſij monumenta ędere, & in vulgũ da

re minime permissum erat, solũ prouidis, sapientia & morum honestate viris:id clam & cum silentij pacto reserare fas erat: donec (turbato exinde rerum euentu, & sedicio sorum tyrrannorumque prȩualente audacia) hæc archana & abscondita sapientum volumina, ad circũforaneos & ad insipientum manus peruenirẽt, qui quȩstus, & inani glorię libidine ea in publicum proferre, violare, & corrumpere ausi sunt : quo tandem factum est, vt iam singuli qui sibi aliquid literaturę prȩsumunt: etiam mulierculę, lanij & cerdones rudesque agricolę, de maximis fidei misterijs altercari & asserere: vanisque & pernitiosissimis opinionum inuolucris cuncta prophanare, & imbecillium multitudinem in lubricum & prȩcipitium deducere non formident. Et propterea nulla te capiat admiratio, quòd Rabbi Simonis principis cabaleorum, pariter & diui Dionysij monumenta, tanto tẽporis tractu latibulis & tenebrarũ caligine abscundita iacuerũt: Quod si Ecclesiasticas, simul & Thalmudeorũ historias inspicias, & Dionysij scripta cũ Rabbi Simonis dogmate cõferas, planè reperies vtrũq; Coetaneos, & circa sacratissimȩ crucis Domini, & Hierosolymitani excidij tempora floruisse; amborum quoque dictata, pari tenore,
& si-

& simili contemplandi lege tractare rerũ ar cana, spiritalemque sacri eloquij tradere intelligentiam. Eorumdem ẽt scripta, ęqua li ferme annorum spacio latitasse, & eodem quasi tempore prodijsse in lucem. Idipsum (si aduertis) iustinianis sanctionibus cũ Tal mudeorum codice (nescio quo æmulãti sydere, vel qua latente causarum serie) contigisse dignosces & tu cõsidera ꝙ oĩa quęcũq; scripta sũt, ad nostrã doctrinã scripta sũt (teste Paulo) hoc ẽ dictũ: ad intelligẽtiã Euãgelici eloquij sacræ Theologię. Ideo fundamẽta sciẽtię Mercurij, Platonis & cæterorũ huiuscemodi, nõ deuiãt à fundamẽtis diuinæ Theologiæ nostræ: Quicqđ nãq; dixere de diuinis antiqui, illud deprõpserunt ex lege mosaica: & recentiores à Iohanne nostro.

P.G. Contentio inter christianos & Iudęos de aduẽtu Messiæ, & de trinitate ꝑsonarũ, nõ fundatur in sensu mystico veteris testamenti, vt mirandula dicit: quia ex tali sensu nõ possunt cõuinci Iudæi: sed fundatur in sensu literali, qui cõmunis est nobis & Iudęis.

F.A. Rerum archana ꝑ Mosis legem insinuantur, hoc varia sapientum monstrat authoritas. Hæc (inquit Moses Deute. 4.) est vestra sapientia & intelligentia corã populis: qui audientes vniuersa præcepta hæc dicẽt, En populus sapiens & intelligens, gens magna.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

gna. cum igitur ſapientia nihil aliud ſit quam altiſsimarum cauſarum notio: Intelligentia vero dicatur, qua per cognitas rerum cauſas, cætera quæ ſequuntur deprehendimus, reuincitur vniuerſę legis mandata altiſsimarum cauſarum notitiam, & rerum independentium cognitionẽ inſinuare: cui alludit illud Apoſtoli. confidis teipſum eẽ ducẽ cæcorum, lumen eorũ, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentẽ formã ſcientiæ & veritatis in lege. Adſtipulantur ẽt his qui foris ſunt Iudęi: Vñ Rabbi Moſes Aegyptius in pręfatione libri directoris, ſic ait: Literalis legis intelligẽtia ſic refertur ad ſenſum certitudinis in ea latitantẽ, ſicut obſcura & tenebroſa domus ad præcioſam margaritam in ea reconditam: Hæc ille. Et huic ſimile eſt illud quod dicit ſaluator, in Mat. ſimile ẽ regnum cælorum theſauro abſcundito in agro, quẽ qui inuenit homo, abſcundit &c. ſcilicet ſub ęnigmatibus & figuris: ſic fecere prophetæ, & qui de diuinis loquuti ſunt. vnde ſupradictus Rabbi Moſes vbi ſupra, ait Diuinæ nanque legis ſollicitudo eſt veridica de Deo & Angelorum ordine tradere documenta, & ita hominem erudire, vt vniuerſum orbem ſuo ad amuſſim ordine deprehendat. Sępius enim prophetarũ

sermo, transposito literarum ordine, alijsq; insolitis quibusdam signaculis, grandia qui dē sapientiæ archana designat. Hęc ille. cap. 43. Ex quibus tu collige quod bipertitæ recipit & acceptat veritatis archana auditor Iudæus cabalista: vno quidem modo, quo firma credulitate suscipit dependentiā & ordinem vniuersi, ita reipsa consistere sicut sapiens tradit cabaleus. Alio modo, quo absq; ulla hæsitatione acceptat hūc ipm rerū ordinē Mosen insinuasse, typico sensu legis: cui adstipulatur Gerundini Rabbi Mosis in Genesim auctoritas, codice votorū (sup illud psalmi. Et minuisti eū paulominus á Dijs) Quinquaginta, inquiens, sunt Ianuæ prudentiæ, quæ omnes (vna dempta) traditę fuerunt Mosi, easque palā vel signaculis quibusdam lex ipsa ostendit. Hęc ille per Ianuas prudētię gradus indicat, quibus vniuersus rerum ordo consistit: vna vero, quā demptam ait, est tertia illa ex sublimioribus sephiroth, cui pręcipue nomen prudentię adscribitur: quę trinitatem cū vnitate creatoris insinuat. Et ideo hanc pentecosten, atque incompręhensibilem Trinitatis ianuam: nec ipse maximus quidē prophetarū Moses penetrare meruit, qui posteriora duntaxat (totum scilicet creaturarū ambitum, perlustrauit fidelis existēs in omni do

mo

mo eius, nõ aũt in ipſo, qui fabricauit eam: ait enim. Videbis poſteriora mea, facies aũt meæ non videntur. Ex quibus clare patet quã male impugnet iſte Reueren. Epus Cabaleomaſtix, Iohãnẽ Mirandulã, cabalaneorũ principẽ (vt eo loco vocat illũ ſupradictus Epus, Trinitas enim perſonarũ, & Angelorũ creatio, & ſimiliũ, de difficili cõprobari poſſunt ex ſenſu literę, quæ tñ omnia fidei noſtrę archana probari poſſunt: vt patet profundanti in cabala. Et conuinci poſſunt Iudęi huiuſmodi cabalę cõcedens fundamenta. Quapp ſtat veritas Mirandulæ, ſcilz ꝙ ex ſenſu cabaliſtico ſcripturę cõuinci poſſunt Iudęi. Et ſic contradicenti apparet eius futilis argumentatio. Quia Chriſtus ſapientia Patris manifeſtari nõ põt niſi per ſapientiam, quę vt vidimus nõ conſiſtit tm̃ in literali ſenſu, quin etiam & in myſtico, vt ſupra patuit. Quare &c.

P.G. Paulus, ait. litera occidit, ſpiritus aũt viuificat. per literam occidentem & ſpiritum viuificantem, nõ intelligit Apoſtolus, ſenſũ literalem & ſpirituale ſeu cabaliſticũ legis moſaicæ (ſicut credidit mirandula, ſed legẽ veterem & nouam.

F.A. Lex qua conditus eſt, & qua regitur orbis, quam cabalei (ſuper illud prouerbiorum VIII. Ab æterno ordinata ſum) ante

ante mundi constitutionem extitisse enunciant, est ipsa lex, quam primo de libero arbitrio Augustinus summam esse dicit rerũ omnium rationem, diuinæ menti inscriptã. Et eandem Ethnicus ille cordubensis magnus peripatetici dogmatis interpres, diuinam artem vocat, cuius solum vmbram habet lex ista in Arabiæ monte tradita. De cuius mandato scribitur. Deute.30. non supra te est, nec in cælo situm. De illa verò lege æterna dictum est psalmo. 118. Lex tua veritas; custodiam legem tuam semper in sæculum, & in sæculum sæculi. Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege Dñi. hic loquitur de lege reuelata, cui sequuta est Lex euangelica, quæ bona est anuntiatio scilicet salutis, quę salus minime dabatur per legem scriptam, quę neminem ducebat ad perfectionem (vt docet Paulus) Beati ergo sunt qui ambulant in lege euangelica, quę Ianuam cęli aperuit, quod minime facit lex scripta, quę occidit: Euangelica vero lex cuius pręambulum est cabala, quę spiritus dicitur, viuificat. Huius cabalę arcana audiuit paulus in raptu, cui nõ licuit ea loqui homini, vulgari scilicet. Quid quęso interest inter Euangelium & cabalã? profecto nihil. nam christus volens hoc ostendere, qui auctor fuit euangelij, ait. Iota

vnum

vnum aut vnus apex non præteribit à lege. Et quis eſt qui puncta, apices, literas & huiuſmodi diligenter diſcurrit & examinat niſi cabaliſta (vt patet in declaratione conclusionum cabaliſticarum) neminem vidi ex noſtris doctoribus his incumbentẽ, præter hunc virum omnium plane doctiſsimũ mirandulam (iuditio tamen meo) quẽ forte eius ęmuli ex inuidia inſequuntur. Obmuteſcant igitur lucifuge oblectare doctrinæ tanti viri, ſed potius ſui inſitiã accuſent. manet igitur ſuo in robore veritas mirandulæ ſcilicet ꝙ per literam intelligatur lex Moſaica, & per ſpiritum cabala. Vnde Paulus, ad Hebræos, ait. Vmbram habet lex futurorum bonorũ, futura bona vocat cæleſtia, & ſempiterna, prout pauloante in eadem Epiſtola declarat, dicendo: Quę exemplari & vmbræ deſeruiunt cæleſtium. videlicet ſuperni teſtamenti & legis: quam ad Galatas .4. Apoſtolus liberam matrem noſtram & cæleſtem vocat Hieruſalem: dequa ſcribitur in pſalmo. Lex Dei immaculata, conuertens animas. De alio vero tradito in mõte Synai teſtamento, ſubiungit: Teſtimonium Dei fidele, ſapientiam pręſtans paruulis. Teſtimonium namque certitudinem præſtat de re non viſa, quod eo tutius & ſtabiliori fide recipitur, quo ille qui perhibet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

testimonium, sapientia, & vitæ munditia probatior habetur, longe magis pficit syncerum veritatis indagatorem fides, & firma per testimonium credulitas, quàm Syllogistica & ratiocinatiua de re cognitio. Quare eloquium legis per Mosen traditæ, & Iudeorum multitudini promulgatę, cũ vicissitudine, varijsq; mutationis modis obnoxiũ sit aliam & longe quidem diuersam esse legem Mosis, à superna & vera Dei lege (quæ cabala & euangelium) necesse est. Vnde cabalistę euangelium pręcedentes, & si mysteria particularia Christi ignorabant, habebant nihilominus fundamẽta ex quibus de facili probare illa poterant. Sicut fecit Rabbi Hachados in Galerazea, ad Antoniũ Romę cõsulem: in quo penè omnia fidei nostrę archana declarat per scientiam cabalę. Quapropter ęternã illã Dei legẽ, veluti Archetypũ, atq; ideam ex ista mãdatorũ lege tanquã per vmbrosa quadam imagine cõijcere oportet. Vnde Hieremias ait. Ipse .n. est Deus viuens, Rex sempiternus, q dixit. ego Deus, & non mutor, & ideo eius quoq; verbũ in æternũ stat (vt ait psaltes) De quo Apostolus. Audiui (inquit) archana verba, quæ nõ licet homini loqui. Et archana ista, seu verbũ istud, est idem quod Deus: Ideo hoc vocat (super Esaiam 8.) glossa sanctorũ

librum

librum pręſcientię, de quo legunt prophetę. Eundem primo de libero arbitrio Auguſtinus, legem ęternam appellat, quæ nõ poteſt cuipiam intelligenti non incõmutabilis videri. Legis aũt ſuſceptor Homo, cũ paruus mundus ad vniuerſi habitum, adq; imaginem, & ſimilitudinem Dei factus ſit, ideo perfectio & ſalus eius reqrit, vt magnũ mundum & conditorem ſuũ facto opereq; referat & imitetur. Imitabitur autẽ, ſi conformi & ſimili lege actus ſuos moderetur, qua regitur orbis, & per quam ipſe rerum opifex condidit, & gubernat vniuerſa. Quẽadmodum igitur paruus mundus homo, ſummi conditoris & vniuerſi orbis ſimulachrũ atq; imaginẽ deſignat: ſic cõdecens eſt vt eiuſdẽ mycrocoſmi lex, externam magni mundi legẽ deuũciet, quod nõ aliuude quã per allegoriã, & miſticã intelligentiã, ſeu cabalam tradi, & doceri in lege potuit.

P.G. Cabala ſub nullo genere doctrinarum continetur: ergo talis nullius eſt auctoritatis, ergo falſa, & à Iudęis hęreticis conficta & inuenta.

F.A. Hoc Cabaleorum dogma, tametſi ex iuniorum Iudeorum inſitia, & mentis hebetudine incompoſitum, & quaſi vetuſta quadam rubigine iaceat. id tamen in ſe multorũ allegorizantiũ traditionẽ, auctoritate,

eruditione: tum ēt facilitate aptandi mortalium animum ad cælorū regna, superat & longe antecellit. Auctoritate quidem ex eo, quòd Moses quemadmodum, primus erat diuinæ legis pronuntiator, sic & eiusdem (haud dubio) archanæ intelligentiæ explanator: qui cum fuerit omniū prophetarum maximus, cōstat illius auctoritatem aliorum allegorizantium traditioni longe esse anteponendam. Ideo eruditione præcellit, ex eo quod vniuersa & singula diuinarum humanarumq́ue rerum primordia ac elemēta considerat, eaq́ue sensim nectit, & suo ordine pandit, quod hactenus a nullo allegorizantium interpretum ita exacte traditum cognouimus. si enim cabaleorum scripta & dogmata attendas, aperte intelliges Ianuas, seu gradus & limites rerum insinuari in lege: quibus anima humana (quę est omnium spiritalium creaturarum vltima) & ipsum organicum eius corpus (quod est totius corporei orbis extrema propago) descendunt ab ipso vniuersorum conditore Deo, iterumq́ue illuc (quasi per scalam, quam viderat Iahacob) ascendunt, & suum repetunt principium, atq́ue æterne vitæ originē. Docet (gene. primo) cabaleorum princeps Rabbi Simeon. Et libro candoris, Rabbi Nehumas. atq́ue iunior cabaleorum

rum . Rabbi Rechanates : quomodo Bet ב
litera, primum libri Genesis elementũ, suo
apice paternum principium, quod supre-
mum diadema vocant, designet, quodque
tota illa dictio berescith filialem refert athy
postasim, quam & ipsi sapientiam appellãt.
Secunda dicitur Bara (id est, creauit) pro-
çessum seu emenationem, significet. Tertia
dictio Elohim (id est, Deus, siue Dij) in-
dicat Dei spiritum. Ab hac igitur indiuidua
& sempiterna trinitate vniuersum creatura
rum ambitum, cælo & terra cõprehensum
creari, seu emanare singulatim exinde lex
ipsa explicat, vocans primum omniũ cor-
porum hypostasim thou, quod interpreta-
tur admirabile, seu inane : Id aũt . quo il-
lud inane distinctionem & existentiam ha-
bet Bohu appellat : quod Etymologia so-
nat, quod illud est, scilicet id quod peripa
tetici formam vocant, per tenebras, priua-
tionem insinuat: per sex dies operum pri-
mordij sex mobilium rerum genera: Et per
sabbatum, septimum genus, quo cessatur a
motu designat. Quunque statim postea vni
uersi opificium (Epilogi instar) resumit.
Hę (inquiens) sunt generationes cęli & ter
ræ . in humanæ fabricæ (vt omnium eorũ
generabilium, vniuersæ legis finis historiã
digreditur, eiusdem pedetentim ortũ, pro

gressum, occasum, atq; regressum enũcians Hæc & similia sublimiora clare perpendes si sequentia mea perlegeris glossemata. At licet cabaleorum ædlta volumina, hunc pręcise rerum ordinem, & hanc causarum seriem nullibi continuo & claro styllo (ne insipientum & arrogantium temeritas, veritatis corrumperet sacramenta) minus exprimere, & persoluere videantur. Attamen, qui illorum scripta, & docendi modum diligentius consyderat, illorũque documenta hinc & illinc in vnum cõferat: plane perpendet vniuersum horum allegorizãtium & anagogizãtium dogma ad hoc vnũ (quasi ad scopum) dirigi, quo primarũ causarum, & rerum (vel maxime) humanarum inde pendentium ordinẽ, egressum atq; regressum insinuet. Ex quorum omnium recta, & syncera intelligentia, tota humana salus, atq; æterna mortalium pendet fęlicitas. Vñ pz quã perperã iste Reueren. Epus supradictã protulerit conclusionem.

P.G. Expositiones mysticę doctorũ Hebręorũ sunt false: ergo cabala est falsa & respuẽda.

F.A. Cabalæ facultas facilitate aptãdi ad cęlorũ regna digna reputatur, qa viã aperit, & semitam monstrat, qua ille qui cęlestẽ vitã desyderat, absq; anxia, vaga, & titubãte rõnis idagine, sese cõformẽ reddat supnũ naturæ,

turę, &indiuidnę Trīnitatis imagini. Huius dogmatis, pars vna theoretica, quę ſpeculabiliū rerū penetralia cōſyderat: pars altera actuoſa, quæ animū, & corporis vires ꝓ ſpiritalibus donis, & huius vitę cōmodis impetrāda adaptat. Theoretica (quēadmodū & reliqua doctrinarū genera) altiora ꝑ ima, & latētia, ꝑ notiora nobis denunciat. notiora ſunt ea quę claro & aſsiduo experimēto in nobis ipſis depręhēdimus: vñ vniuerſa legis mādata numero & ꝓportione, humanę cōpaginis partibus ad amuſſim reſpondere cōſpicimus. Eſt.n. vulgata cabaleorū aſſertio, tot eſſe affirmatiua & proſequendorū operū in lege mandata, quot ſolida quæ corpus humanū ſoſtētāt mēbra & oſſa, numero ſcilicet ducēta & quadriginta octo. Tot inſup prohibētia & cauēdorū operū mādata quot neruorū venarūq; meatus, trecenta ſcilz & ſexaginta quinq;, qbus decē primaria mēbra & vniuerſum organicū corpus nectuntur & cōflātur in vnū. potiora & ſempiterna legis mēbra ſunt decē, perpetuo obſeruāda mādata decalogi. Terreni vero hominis mēbra, quæ & ſpeciē perpetuant, & indiuiduū conſeruant, quoq; decē enumerant cabalęi: vz. cerebrū, pulmo, cor, ſtomachus epar, fel ſplen, ren, genitale, matrix cū ānexis. ſic & primaria celęſtis hōinis mēbra decē ānunci-

ant. Intellectuale, seu empyreũ cęlũ, mobile primum, firmamentum, Saturnum, Iouem Martem, Solem, Venerem, Mercuriũ, Lunam cum visceribus suo orbe contentis. Ar cherxpi hominis membra decẽ sunt. Decẽ sunt Angelorum ordines. Cunctę denique hic expositæ decades, à decem sanctissimis, exemplaribusque Dei nominibus ducunt Originem: ad eoque respiciunt, & tendunt vniuersa. Hoc est, heheie, Iah, Tetragrãmatõ prolatũ Elohim, El, Eloha, Tetragrãmaton Zeuaoth, Elohim, Zeuaoth, Scadai, Adonai Eiuscemodi decẽ Dei noĩa, decem sephirot vocant cabalæi, quarum singulis varia attri buuntur cognomenta, quibus plena est sacra scriptura. Videas ergo qua ratione, quo ue fundamento. Reueren. iste, flocipendit hanc diuinam sapientiam, ipsam appellãdã falsam, respuendam, tanquã vanam, superstitiosam, fraudulentissimam, reuelatione dæmonum inuentam, & quantum ad rem nominis illicitam & prohibitam. Addit ẽt quôd, idem significatur per uocabulũ, cabala, quòd per vocabulum magus & druydas. Et quod expositiones mysticæ doctorum Hebræorum sunt falsę: cum innumarabiles mysticas expositiones proferant verissimas, de Messiah, quamuis negent Christum Messiam. Et quando in his errant,

hoc

hoc non prouenit ex fundamentis veris cabalæ, ſed ex mala illorū applicatione, ſicut faciunt heretici

P.G. Si doctrina Cabaliſtica fuerit viuæ vocis oraculo Moſi tradita: ergo eſt maioris auctoritatis quam myſtica expoſitio doctorū Hebræorum, & perconſequens cabala non continetur ſub doctrina expoſitiua canonis ſed ſub doctrina Thalmudica: quæ falſa eſt, & fidei noſtre contradicens.

F.A. Dico quòd expoſitiones mixtice doctorū Hebręorum prolatæ ſecundum regulas & fundamenta cabalæ, pari paſſu ambulant cū cabala. Et huiuſcemodi expoſitiones cōtinētur ſub doctrina expoſitiua (allegorice vel anagogice) canonis. ſimiliter & cabala.

P.G. Si Cabala fuit ab ore Dei tradita, illi non licet contradicere: ergo cabala nō pertinet ad expoſitionem anagogicam, vel allegoricam ſacræ ſcripturę: quia talibus expoſitionibus licet quandoq; contradicere.

F.A. Non licet contradicere Cabalę, nec expoſitioni anagogice, ſiue allegorice, hoc eſt fundamentis eius: nec expoſitionibus non contradicentibus talibus fundamentis. ſicut non licet Chriſtiano contradicere expoſitioni ſacræ ſcripturę, quæ omnino ſacræ ſcripturę ſequitur fundamenta vera.

P.G. Falſum eſt, quòd ex ſenſu anagogico vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Allegorico, quem cabalista consyderat, in sacra scriptura, efficacissima argumenta habeantur contra Iudæos.

Non est inconueniens ex libris Thalmudicis, & expositionibus doctorum Hebręorum contra Christianos pugnantiũ: sumere argumenta, contra perfidiam eorum: quia tales libri quamuis contra nos scripti: multa vero, & fidei nostræ consona cõtinent.

F.A. Hæ duę positiones, mihi contradicere videntur. Si non est inconueniens sumere argumenta contra Iudęos ex libris Thalmud, qui secundum istum hominẽ, omnino sunt falsi: quare non licebit, assumere huiuscemodi argumenta contra prædictos ex sensu allegorico siue cabalistico, quã doctrinam ipsi admittunt tanquàm veram ab ore Dei traditam? Et si Thalmud per totum est falsum, vt Reuerendus iste asserit: Quomodo in eo sunt multa consona fidei nostrę? nam quod consonat vero, sapit veritatem: non mirum igitur videtur, si vir iste contradicit Mirandulæ. nam nulli conuenit, qui secũ dessidet, ait Cato.

P.G. Sensus Anagogicus, siue allegoricus non se extendit ad quemlibet passum sacræ scripturę: ergo cabala non pertinet ad expositionem anagogicam vel allegoricam Mosi reuelatam: quia tunc non fuisset sufficiens

ctor

doctor illius legis.

F.A. Negatur hic consequentia: nã cabalista non tenet ꝙ Mosi fuerit reuelatus sensus anagogicus, vel allegoricus circa omnes legis particulas: sed tantũ circa illas, quibus competit talis sensus: Ideo non sequitur: ergo Moses non fuit sufficiens doctor illius legis. Cognouit nempe Moses omnia quæ ventura erant in nouo testamento in duplici spiritu (vt declaraui in conclusionibus) & hoc, aliqua ex sensu literali, alia ex sensu tropologico, alia ex sensu anagogico, & alia ex sensu allegorico &c.

P.G. Doctores Hebręorũ, quos Hieronymus, Augustinus, Eusebius, Clemẽs, & Origenes, ad cõprobationem fidei nostrę alegãt, non sunt doctores Cabalistici, sed Thalmudici: aut veritatis Hebraicę expositores.

F.A. Est aduertendũ (vt ẽt admonet Mirãdula) ꝙ nunquã inuenies, aut rarissimè doctorẽ aliquẽ, ex nostris: loquor de antiquis, aliquẽ ex Hebręis nominatim allegantẽ, sed in vniuersali tãtũ videbis, dicẽtes. Sic dicũt Hebręi: Hęc est sententia Hebræorũ. Et mirandula meminit tãtũ semel inuenisse apud Origenẽ: qui semel allegat Huillũ patriarcham coætaneũ suũ. Quare nihil mirũ, si & authores cabalę ab eis nunquã audias nominatim allegari. cũ ergo doctores nostri antiqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tiqui, allegant doctores Hebræos, nihil dubitandum est, de doctoribus cabalæ eos intelligere. Est n. omnis schola Hebręorum in tres sectas diuisa. In philosophos, & cabalistas, & in Thalmudicos. Thalmudicos allegari ab antiquis doctoribus nostris nõ est credendum. Tum quia Clemēs & alij, qui Hebręos allegant, fuerunt ante cõpositionē ipsius Thalmud, p 140. ãnos. Tum quia doctrina Thalmudica est contra fidem nostrã cõficta, & talē honorē nõ detulissent nostri illi. philosophos pariter certum est eos nõ allegare, quia & isti, qui secundum philosophiã exponere cęperunt Bibliã, cęperunt à modico tempore. primus enim fuit Rabbi Moses de Aegypto, quo adhuc viuente, floruit Auerois cordubensis. Relinquitur ergo, vt hæc Hebræorum doctrina, cui doctores Catholici ex Hieronymi testimonio tantum deferunt, & quã adeô approbãt (sit illa quam ipsimet nostri doctores fatentur, & credunt à Deo Mosi, & á Mose p successionem alijs sapientibus fuisse reuelatam: & est illa, quæ ex hoc modo tradendi dicitur cabala.

P.G. Papa Innocentius Quartus, & Gregorius, mandanerunt comburi librum quem Iudæi vocant Thalmud, in quo multæ hereses continentur: & puniri illos qui

qui docerent illas hęreſes, vel ſeruarent. hoc idē ſentiendum & tenendū eſt de libris cabalæ.

F.A. Parcat mihi tantus vir, ſi dixero ipſum ignoraſſe logicam. Siſic: Licet ſanè hāc inferre conſequentiam. Alchoranus debet comburi, quia multa continet abſurda, Ergo & Euangelium, ac ſi Euangelium abſurda contineret, quòd abſurdum eſt dicere. Sic etiā contigit in illa illatione cabalę, cum ex eis fundamentis non niſi concinna euangelio contineantur.

P.G. Qui ſequuntur ſcientiam cabalæ habendi ſunt tanquā ſuſpecti de perfidia Iudaica

F.A. Litera namq́ue (quia auertit à cæleſti vita) occidit. Spiritus aūt (inquit Apoſtolus) viuificat, animumq́; reſtituit ſempiternę vitæ Origini. Quo igitur maiori diligentia, quis mentem exercet in ſuperis, & illic refigit intuitum, eo fuſius ſtillant, & irrigant ſuperna fluenta; datq́ue largiter cæleſtis agricola Deus incrementum. Hanc aūt aſsiduā meditationem & ſtabilitatem, ſeu permanentiam mentis in ſuperis peragere neſcit fragilis & terrena mortaliū conditio, niſi in his operibus carnis, quaſi in tenui quodam ſimulacro, & vmbroſa archetypi imagine ſupercęleſtia proſpiciat exemplaria, atque iugi cogitatione mandata ęterne legis contempletur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

templetur: Alioquin seiungunt & distrahunt animum hæc terrena opera, à riuulis supercęlestiũ aquarũ, & ab ipsa ęternitatis origine. Iuxta illud Iacobi, Qui autẽ perspexerit in lege perfectæ libertatis, & ꝑmanserit in ea, non auditor obliuiosus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit Facti igitur & externi operis beatitudo ex hoc maxime pendet, ꝙ operis factor (quasi speculi inspector, exemplarẽ & perfectę libertatis prospicit legem, & in ea manet: quã Apostolus ad Galatas. per allegoriã seu cabalam cæleste testamentũ, & liberã vocat matrem nostram, quę sursum est Ierusalem. Si ergo factor operis illã perfectè libertatis legẽ, cuius vmbram (vt Paulus ait) habet lex ista mandatorum, minus perspexerit, neq; in ea permanserit, infelix nimirum & miser operator in facto suo erit: Qui enim nõ ponit Deum (vt psaltes admonet) in cõspectu suo, & à dextris suis semper, illius animus mox labitur, tenditque in præceps & corruit. propterea omne (inquit Paulus) quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. Hæc autem perficere & docere optime nouerunt Allegorizantes, qui singula externa opera, immô & vniuersa sacri eloquij verba & elementa referunt, tolluntq;

luntque ad superos: ita vt per hanc operandi & contemplandi legem, quasi ligones, & vomeres seipsum vigil agri colonus de arido hoc solo, effodiat, & eruat: & ad supercęlestium aquarum riuulos atque fluenta transplantet, vnde locupletius fructum suo tempore promat eiusque folia (vt canit psaltes) non computrescant: & quicquid faciet prosperetur. Et enim quæ à sensu prouehuntur ad intellectum, diligentia quadam studiorum & artificiali rõne colligunntur (secũdũ forpensem) vltra vero quę ab intellectu ad mentem & ad eius lumen pertingunt: quasi diuinam induunt personam, & idolio carent humano, vt ijs queat nihil a nobis cogitari profundius. Super ea igitur re ingemuisse visus est idem Selomo cum ait. Alta profunditas, seu profunda profnnda (ita enim Hebraicè legitur) quis inueniet eam? non dixit. quis habebit eam: nonnulli enim habuerunt. Sed quis inueniet, tanquàm difficile, non autem quoquomodo impossibile: quia Dominus dat sapientiam, & beati qui inueniunt eam, vt est in sacris oraculis. paucorum est igitur inuenire illam, & eorum quidem beatorum: super quos non suis meritis, sed dono Dei coruscat tam

vene-

venerandi luminis ſplendor . nō eſt .n. mul titudinis audire ſermones Dei: quapropter clamabant ad Moſen . Loquere tu nobis , & audiemus , non loquatur nobis Deus . Te (inquiunt) audiemus: quod Onkelus interpretatur Nekabel . Quare in capitulis patrum ita legitur Moſe Kibel , id eſt, Moſes audiuit, & accepit legē de Synai . Vnde Cabala dicitur ab auditu accæptio . Vnde cabaliſta ille Azariel Bar Selomo Garonenſis ſcribit . nō quidem prophetę omnes fuerunt potentes audire ſermonē ab ore Dei , niſi Moſes . non mirum igitur eſt, ſi Reueren. iſte Ep̄us perperam protulerit ſupradictā concluſionem , quia animi datur ſapientia paucis . vnde verius poteſt dici , ꝙ eius poſitio ſapiat ignorantiam, quā quòd poſitio Mirandulę ſapiat ſuſpitionem perfidiæ Iudaicæ : facile nempe contemnitur quod ignoratur, nā nemo bene iudicat de re quā penitus ignorat. Hæc nolui dixiſſe ex liuore vindictæ, neque quôd in verbis Mirandulæ Iurauerim, ſed tantū in verbis veritatis . Dico igitur concludendo , rem valde neceſſariam humano generi cælitus indultam eſſe cabalam, ſine qua nemo tam raram, tam difficilem adipiſci queat appræhenſionem diuinorum , quæ certe non ſunt mortaliū rationum probationibus , non ſenticoſis

inanium

inanium verborum contentionibus: nō humanis syllogismis propter eorū diuinitatē subiecta, quin immo tam magna, tā grādia tam infinita, vt vna hominis ætate vel si libeat denique pluribus omni quantūcunque indefesso labore superari non possit. etiam si anni vite nostrę tendant in multa sæcula, nobis plane in hac argilla & densi corporis coemento spirantibus, & corporeo sensu cuncta præsumentibus. Aiunt enim sapientes Hebræorum Magistri, quôd ad explicandum virtutē operis de Berescit carni & sanguini ē impossibile. Quanto magis de Merchaua. Et vt sic inuenias sicut dixi.

Legito cū ad manus tuas peruenerint, quę scripsi, quæ sunt.

Expositio, Sepher Iitcira Abrahæ.
Expõ quinquaginta portarũ intelligẽtie
Expõ trigĩta duarũ semitarũ sapĩæ dei.
Expõ sem ãmephoras siue nomĩs expãsi
Expositio literarum Hebraicarum.
Expositio Menora, siue candelabri.
Expositio Ihan, siue arboris Sephirot.
Expõ cõclusionũ cabalisticarũ mirãdule
Expõ dictorũ notabiliũ precipuorum ca
baleorum.
Expositio numeri formalis & diuini.
Expõ nõis Iesu, et oĩum diuinorũ noĩum
Expositio Merchaua, siue Gloriæ.
Expositio Sera hora, id est porte lucis.
Expositio nominis Tetragrammaton.
Expositio Apocalypsis cabalistica.
Introductio Cabalæ.
Apologia pro deffensione Cabalæ.
Expõ duplicis in principio Iohãnis uide-
licet & Mosis.
Liber contra Iudæos.
De immortalitatæ animæ.
De prouidentia Dei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

CONCLVSIONES CABALISTICAE NVMERO LXXI.


SECVNDVM OPINIONEM PROPRIAM IPSIVS MIRANDVLAE, EX IPSIS Hebreorum sapientium fundamētis Christianam religionem maximè confirmantes.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

P. M. Quicquid dicant cæteri cabalistæ, ego prima diuisione scientiam cabalæ in scientiam Sephirot, & Semot, tanquâm in practicā, & speculatiuam distinguerem.

F. A. 

CIENTIA est qualitas quædam, vel habitus in anima existens, quo, habens, facilè, & delectabiliter operatur, promptê & expeditè ita, quod inclinat ad speculandum conclusionem, de qua est talis habitus. et hæc dicitur speculatiua. pratica verò scīa, siue praxis est operatio alterius potentię ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, nata conformiter elici rōni rectę ad hoc, quod sit recta: nullus ergo actus intellectus est praxis qa intellectuss, se extendendo, fit praticus: ad sui autē operationem nullus intelligens potest se extendere: quia intellectus non potest regulare operationem priorem naturaliter intellectione igitur nulla intellectus operatio est praxis. intellectus enim sola extēsione fit practicus id est, dicitur practicus ab operatione quā regulat, mediante actu, vel habitu practico, vt pz. 3. de anima. praxis igitur proprię dicta, est actus voluntatis elicitus: hoc est pro

ductus ab ipsa voluntate siue imperio voluntatis, vt velle dare eelemosinam : vel imperatus: qa volũtatis actus est naturaliter posterior intellectione: & est cõformis rõni rectæ, ad hoc. s. q̃ sit bonus, & talis est actus, p̄ductus ab aliqua potentia mediante imperio voluntatis, vt audire missam a voluntate imperatum : & sic nulla mala operatio dici potest praxis, cuiusmodi est velle furari, occidere. Vnde Aristot. 6. Ethi, dicit. Electio recta necessario requirit rõnem rectam, vnde pro electione intelligit volitionem quæ est praxis. Speculatio cõtrario modo se habet: est enim speculatio intellectus operatio ad nihil aliud extra genus contemplationis seu intellectionis, vel actus intellectus finaliter ordinata: nulla igitur operatio alterius potentię, quã intellectus est speculatio: ideo nullũ videre, audire, nullũ velle est speculatio. Ad propositum igitur cõclusionis, dico secundũ mentẽ doctoris, q̃ cabala diuiditur in speculatiuã, & practicã: nõ tanquã in differentias essentiales ipsius cabalę practicũ enim non dicit formaliter nisi duplicẽ respectũ aptitudinalẽ ad praxim. s. cõformatiuitatis & prioritatis naturalis, idẽ, est apta nata, seu hz. aptitudinẽ naturalẽ dirigere, in opus: & ẽ apta nata fieri prior praxi illa operatione. practicũ igitur nõ dicit aliquid p̄se

vnum:

vnum: ideo sunt passiones suplentes nobis proprias differentias. quia practicũ ẽ qd relatiuũ, seu respectus aptitudinalis, q nũquã ẽ de essentia absoluti: notitia. n. est absolutũ qd de prima specie qualitatis: nã speculatiuũ dicit negationẽ duorũ respectuũ, q ĩsunt practicę scĩæ sic videlicet, qđ illa scĩa dicitur speculatiua, quę nõ ẽ nata p̃cedere praxim, neq; regulatiua praxis, cuiusmõi est notitia qua cognosco hoĩem eẽ animal: speculatiuũ igitur nõ ẽ de essentia notitię, cũ negatio nõ sit de essentia absoluti: & p cõseques nõ ẽ differẽtia eius essẽtialis. practicũ ergo, & speculatiuũ nõ sunt essentiales drĩę cabalę scię: nõ est. n. generis diuisio p suas drĩas: sed ẽ quasi diuisio alicuius termini cõis p pprias inferiorũ suorũ passiones, velut si diuidatur numerus p par, & impar, & linea p rectũ, & curuuũ. Cabala speculatiua dicitur notitia sephirot: cabala verò pratica dicitur notitia semot id ẽ, noĩum: diuinis nãq; nõibus añ christi aduẽtũ multa p Hebręos operabãtur, nã Moses plura portẽta opatus ẽ p nomẽ Dei Tetr. יהוה Iosue itẽ, Dauid &c. in nouo instrumẽto Apostoli in noĩe Iesu totum mundum ad fidem conuerteere.

P. M. Quicquid dicant alij cabalistæ ego partem speculatiuam cabalæ

quadruplicem diuiderem correspondentẽ quadruplici partioni philoſophiæ, quã ego ſolitus sũ afferre. prima eſt ſcientia, quam ego voco alphabetariæ reuolutionis corriſpõdentem parti philoſophiæ, quã ego, philoſophiá catholicam voco ſecunda, tertia & quarta pars eſt. triplex mercha ua corriſpõdẽtes tribus philoſophie particulis, de diuinis, de medijs, & ſenſibilibus naturis.

F. A2 QVadrifariam philoſophia in vniuerſali diſtinguitur, in philoſophiam videlicet naturalẽ, moralẽ, mixtã, & diuinam: prima ab Ariſtotele in phiſicis traditur. ſecunda ab eodem in Ethi. Tertia, de Angelis in parte ſua Metha. Quarta tractat de Deo, in reliqua parte Metaphi. A ſimili, cabala, ſenſum literalem docens, dicitur naturalis: Docens ſenſum moralem hiſtorię, moralis dicitur: Applicãs ad Meſſiam, dicitur allegorica: hiſtoriã ad ęterna deducẽs, dicitur anagogicalis ſcientia ita qđ ſenſus literalis, dicitur naturalis moralis tro-

pologicus

pologicus. allegoricus dicitur mixtus: quia tractat de Angelis, & de Messiah: anagogicus dicitur diuinus. Ad propositũ cõclusionis, dico: quod cabala est duplex, vna est de Beresith, rerum creatarum naturalium, cęlestiumque viros explicans, & legis archana phisicis rationibus exponens: & in hac perstitit Solomon: Legitur nanque in sacris Hebræorum historijs, ille disputare solitus erat à cedro libani, vsque ad hyssopum, itẽ de iumentis, volucribus, reptilibus & piscibus. Et Moses Aegyptius, & plures alij Talmudistę hanc secuti sunt. Hanc vocat doctor noster cabalam alphabetarię reuolutionis correspõdentẽ parti philosophię, quàm chatolicam vocat. philosophia dicitur chatolica, id est, vniuersalis: quia omniũ quiditatum abstractarum cognitionem in se cõpræhendit: et est scientia Metaphisicalis: & hæc reuolutioni alphabetarię correspondet: vnde Iudęi viginti duobus modis alphabetum suum voluunt: & per illam reuolutionẽ omnium rerum quiditates ostendunt, ac earum proprietates: patet in libro Midras Ruth. voluendo enim literas, paradisi ordinẽ, ac inferni pœnas demonstrant. Adam igitur huius artis perdoctus, nomina ex hisce literis constituta, rebus secundum eorum proprietates imposuit. Sicut ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Metaphisica, de omnium quiditatibus rerum tractat, sic & reuolutio alphabetaria. Altera est pars cabalæ, quę dicitur de Merchaua, quæ secũdũ hũc doctorẽ est triplex: & includit secundum, tertium, & quartum modum: quarum prima est de diuinis sublimioribus, de decẽ scilicet sephirot, siue domensionibus, & ista est de sacrorum nominum contemplationibus: in quibus literæ, numeri, figure, res, & elementorum apices, ac lineę, puncta, & accentus, omnia sunt profundissimarum rerum, magnorumque archanorum significatiua. secunda est de medijs s. de Angelicis virtutibus, ac eorum nominibus, & signaculis, ac etiam animarum conditionibus. &, qui hanc norit, admirandis pollet virtutibus: ita quòd dum velit, futura omnia pręscit, toti naturæ imperat, in demones, & Angelos ius habet, & miracula facit. Huius edoctus Moses, tot signa & portenta edidit: virgam in colubrum, aquas in sanguinẽ vertit: bruchos, locustas, pediculos, ranas, muscas, ignem cum grandine, vesicas, & tabes Aegyptijs immisit. omne primogenitũ ab homine ad pecus interemit; suosq; deducens, mare aperuit, fontem de petra, coturnices de cælo ꝓduxit, &c. Hac imbutus Iosue miraculorum arte, stare solem præcepit. Elias etiam

etiam, ignem in aduersarios è cælo deuocauit mortuum puerum vitę restituit. Daniel leones domuit. Harum teriia est de sensibilibus naturis scilicet herbarum cognitione, lapidum, & huiusmodi. qua vtuntur communiter alchimistæ. quoniam de quidditatibus simplicium, deq; eorum mixtura tractat. atque de hac arte in conclusione sequenti aliqua dicemus,

P.M. Siẽtia quæ est pars practicæ cabalæ, practicat totam metaphysicam formalem & Theologiam inferiorem.

F.A. Metaphisicalis scientia est, quæ habetur de propositionibus immediatis, sicut de ente: quia non habet definitionem: Est ergo metaphysica notitia quiditatis purę ab omni accidente separatæ, vt hic, & nunc, & huiusmodi. metaphysica verò cabala practica, est notitia nos docens operari mediantibus huiusmodi abstractis quidditatibus puram videlicet quidditatem actiuam puro passo qdditatiuo cõueniẽti applicãdo &, qui puras, & simplices quidditates cognosceret, qdlibet factibile sciret facere, qa accidentia non operantur, sed quidditates, pz de aloe purgato, cuius pars minor, est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

est efficatior parte maiori non purgatá, & huius est ratio, quod in quiditate, & non in accidentibus consistit virtus. Cabala igitur quę per huiuscemodi agentes ad passum operari docet, dicitur metaphysica practica cabala, & solus Deus hoc modo est metaphysicus, vt docet Aristoteles. soli enim Deo sunt cognitæ quiditates. Et, si quis hac scientia pollet, hoc fit diuinitus reualatione, non intellectus indagine: multa tamen per experientiam adiscuntur, & cabalisticè operantur, sicut Dęmonum expulsiones ab obsessis per suffumigationes rutę, & bombicis. Quare autem huiusmodi creata talem obtineant virtutē contra malignos spiritus, soli Deo est cognitū. Cabala igitur practica metaphysica, hæc omnia posita docet, nominis tamen Dei inuocatione, Tetrag. videlicet. Adonai, Elohim &c. hunc modum Christus docuit, terram cum sputo linendo, cęci nati oculos aperuit. & hoc fecit ex conuenientia quadam terrę, & sputi cum oculo, occulta nobis, nota in Christo, qui sapientia est patris; Et, hoc virtute nominis Dei, quod est Iesus. Et, hanc cabalā suos docuit Apostolos ipsemet Christus, dicens. In nomine meo Demonia eijcient, &c. accipiendo actiua pasiuis conuenientia operabimini: quod tamen in nomi

ne

ne meo, quod est Dei fiat. Idem fecit Christus in nuptijs, aquam in vinum commutãdo. hę nanque quiditates symbolum habēt: quia vinum est aqua per vitem lambicata siue stillata: & talis notitia dicitur practica: quia in opus ad extra dirigit, & supra naturam: vt socrus Symonis præsentanea sanatio, quod opus creato agenti repugnat: quoniam in tempore agit. Ad conclusionem. (scientia, quæ est pars practica cabalę, practicat totam metaphysicam formalē) hoc est operari docet omne factibile ꝑ quarumcunque quiditatum coniunctionem: & præterea practicat totam (theologiam inferiorem) quæ .s. est notitia effectus per cabalam operati, perq; determinati agentis applicationem, ad determinatum passum, cũ Dei nominis inuocatione, ad talem effectum appropriati: vt patet de resuscitatis ab Heliseo, & de lapidum descensione, & de mirandis à Mose in Aegypto factis.

P.M. Ensoph non est alijs numerationibus connumeranda: quia est illarum numerationum vnitas abstracta, & communicata, nõ vnitas coordinata.

Decem

Decem sunt dimensiones diuinæ, siue Sephirot, quæ propriè indumenta quædam Diuinitatis appellari consueuere à scriptura: quarum suprema, quæ absolutissima essentia dicitur, à Cabalistis, Ensoph nuncupatur, cum sit ipsa essentia in abysso tenebrarum retracta, & immanens, otiosaque, vel (vt aiunt) ad nihil respiciens: idcirco dicitur (en) id est, nihil, siue non ens, Soph, id est, finis: quia nos tam tenui erga res Diuinas ingenij paupertate mulctati de his, quæ non apparent haud secus, atque de his, quæ non sunt, iudicamus: quoniam Deus est super omnem ordinem existentium: ergo per nihil existentium comprehendi potest: sicut enim intelligibilia, sunt incomprehensibilia, & incontemplabilia per ea, quę sunt in cōpositione, & figura: seu, quę sunt composita, & figurata: sic Deus, qui est ipsa vnitas, quasi existens vnus per suam essentiam superponitur mentibus, scilicet angelicis: ab eis nāque existens incompræhensibilis á fortiori à nobis. Diuina talis essentia, ab omnibus respectibus abstracta, in coordinatione Sephirot locanda non est: nam ea, quæ coordinantur, diuiduntur, idem sibi ipsi non coordinatur, essentia autem

Diuina

Diuina ab aliqua dimenſionum illarum non diuiditur: immo ipſa omnia identificat: ergo non ponitur in illa coordinatione, ſeu diſtinctione. Alia ratio eſt, quia eſt vnitas ſuper omnes dimenſiones, ſicut ens reſpectu decem pręducamentorũ, & eſt vnitas per ſe ſubſiſtens, viuificans omnem vnitatem: etenim diffundit vnitatem in omnibus, quocunque modo vnitate participant. Et, decem illæ dimenſiones ab illo Enſoph, vel Diuina eſſentia pendent: & per ipſam perfecta dicuntur: ſola enim eſſentia in Diuinis eſt infinita formaliter: &, ſi quæ dimenſiones illæ infinitæ dicuntur, hoc eſt reſpectu eſſentię, vt chocmah ſapientia infinita dicitnr: nam ab eſſentia prouenit: Sic de miſericordia gedulah, iuſtitia geburah, &c. paternitas eſt infinita: propterea quòd eſſentię infinitæ vnitur identificatiue, & ſic de alijs. Sicut ergo ens nõ ponitur in pręducamento: quia tranſcendit illa, & ſuperponitur illis: ita Enſoph eſſentia non ponitur in dimenſionũ coordinatione, tranſcendit enim illas omnes, & illis ſuperponitur, & eſt vnitas illarum abſtracta, nam decem illę dimẽſiones adinuicem identificantur ratione eſſentiæ, in

qua omnes vniuntur: abſtracta tamen eſt ab eis: formaliter enim non eſt hæc, vel hęc: tamen dicitur (communicata) cætera enim in Diuinis infinita data: ab ipſa nanq; ema nāt, vel ipſi vniuntur; & fit vnum cum eis: quia numerationem non admittit in diuinis, omnia vnum in ſe facit: & hoc eſt, ꝙ Moſi dixit Deus. Ego ſum, qui ſum. Et Iſaias 45: Ipſumquidem ſcilicet a ſe infinitum, hoc eſt nomen meum, gloriam meā alteri nō dabo: nam alium Deum faceret, ſi vnum aliud formaliter infinitum faceret, ſicut eſt ſua eſſentia.

F.M. Quilibet Hebræus cabaliſta ſecundum principia, & dicta ſcientiæ cabalæ, cogitur ineuitabiliter cō cedere de trinitate, & qualibet perſona diuina, Patre, Filio, & Spirito ſancto, illud præciſe ſine additione, diminutione, aut variatione: quod ponit fides catholica Chriſtianorum.

F.A. Trinitas cabaliſticê hoc modo probatur accipiendo primum legis verbū, quôd Hæbraicę dicitur bereſith בראשית. interrogat Rabbi

Rabbi Symeon ben iochai: quare prima litera legis ſit beth ב : reſpondet idem, quia beth ב prima litera domum ſignificat, nam bait בית conſtituit, quod domum ſignificat, & repręſentat chocmah ſapientiã ſupiorem in qua erant omnia, anteaquam redigerentur in proprias formas: quod pſaltes cõfirmat: Omnia in ſapientia feciſti, quę eſt filius, teſte Paulo, portans omnia verbo virtutis ſuę. & alibi. In ipo eſt omnis theſaurus ſapientiæ, & ſcientię Dei: & Ioã. omnia per ipſum facta ſunt: quia quod factum eſt in ipſo vita erat. Et, ſicut beth duo in numero importat, ita filius eſt ſecunda perſona in diuinis. Sequens litera eſt res ר, quæ in numero duo importat centenaria, & innuit primam rem productam in rebus craſſiſsimis, materiam vz, quę per dualitatem apud pythagoręos denotatur. Tertio loco ponitur aleph א litera diuinitatis, & primi fontis omnium bonorum chetor Elion, innuens quoniam producta materia interuenit dator formarum, influens in beth ſapientiam chocmah, & res ר dat, vt materia viuificetur per filium, qui eſt ſapientia creatrix, & omnium rerũ vita: & iuncto aleph cum beth אב ab conſtituit, quod patrem ſignificat; q Pater nõ põt eſſe ſine filio: & in medio illarum literarum ab, eſt res, ר,

ruach

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ruach, ideſt, ſpiritum ſignificãs, qui eſt per
ſona à patre, & filio procedẽs. Et ſic Hębręi
trinitatem confitentur modo cabaliſtico.
Alio modo probatur in prędictis literis be-
reſith trinitas, duo enim formãtur nomina
hoc modo. בית bait, & ראש ros, primum
ſignificat filium, vt ſupra quiá beth ב
ſigillum eſt ſapientiæ chochmah, quia ſi-
cut ſigna cæleſtia proprios habẽt caracteres
ipſa ſignificantes, ita perſonę diuinæ. Ros
ſignificat caput, quod eſt pater, prima in di
uinis perſona, etiam, quia aleph א ibi po-
ſitum, eſt ſigillum cheter patris. Bereſit er-
go, id eſt, pater, & filius, Bará, id eſt, pro-
duxit, Elohim, id eſt ſpiritum ſanctũ. Alias
probatur trinitas Exodi, vbi loquens Deus
Moſi, ait. Eheie aſer Eheie, אהיה אשר אהיה
hoc eſt (reddendo verbum verbo) ero qui
ero; noſtra verò traductio habet: Ego ſum
qui ſum: quod minime ſtare poteſt: ibi .n.
anteponitur aleph, quod futurum tempus
facit. Eheie ergo, id eſt, filius, aſer, אשר
quod cõuerſum componit ros ראש quodã
caput ſignificat, & repręſentat patrẽ, caput
& prima diuinitatis perſona, Eheie אהיה id
eſt, ſpiritus ſanctus. Deus igitur in ſuo ma-
gno nomine Moſi trinitatem oſtendit. Tri-
nitatem probet Mercurius, dicens. Mentẽ
prouenire ex humida natura, & ipſi aſtare.
His

His verbis myſterium trinitatis innuit, cuius perſona media eſt filius,& ſapiētia Dei: quę aquæ naturam ſapit: Iuxta illud. Et aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Hæc igitur ſapientia ex humida natura,id eſt, ex aqua, quæ Filius Dei eſt, ſcaturiens communicatur mortalibus: non quidem copia ea, & ſublimitate, de qua meminit Chriſtus, cū ait. nemo nouit filium niſi pater: ſed ea dūtaxat, de qua alibi dixit. Quęcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Quem ſapientię gradum inferiorē Elchana, doctor quidem in ſignis, vocat filiam, ſuperiorē verò filium. Et vbi eſt pater, ibi adeſt filius, ſunt enim correlatiua. Et de hac ſapientia apertè ſubinfert Mercurius, dicens. Vocem quandam audiui dicentem. Lumen illud ego ſum mens, Deus tuus, antiquior quàm natura humida: quæ filius eſt, vt diximus. Sed inter ipſum patrē,& filium eſt medius, & colligans amor, qui ſpiritus ſanctus dicitur. Et quomodo hęc mens cum perſonis Diuinis ſe habeat, ipſe declarat. Ait enim vox egrediebatur, quàm ego luminis vocē exiſtimabam: & ex hac luminis voce verbum factum prodiit. Verum hoc naturæ humidæ aſtans, eam fouebat: ex humidæ autem naturæ viſceribus ſyncerus ac leuis ignis euolans protinus alta petit, quod Lux

vera, Filius & ſapientia dicitur. De quibus luminibus Eccleſia canit. Lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero. Ab hoc aũt lumine primo (vt ipſe Mercurius ait) verbum factum prodijt, poſterius natura, quã ipſum primum lumen. Quod verbum paulo inferius, vocat mentis germen lucens, & Dei filium. poſtea de ſpiritu ſancto ſubnectens ait: quod eſt ſyncerus ac leuis ignis, nunc ad ima deſcendens, nunc ad alta euolans. Quorum trium imaginem nos portamus: patris videlicet per ſupremam portionem, qua Deum intelligimus: Filij vero ꝑ cognitionem, & verbum de ipſo Deo productum: ſpiritus autem ſancti per amorem quo Deo afficimur: aut cum pro eius amore ad opus applicamur. Hic breuibus me expedio: quia alibi diffuſius pertractaui.

P.M. Tria magna Dei nomina quaternarii, quæ ſunt, in ſecretis cabaliſtarum per mirabilem appropriationem tribus perſonis Trinitatis ita debere attribui, ut nomen Eheie אהיה ſit patris, nomen Iehouah יהוה ſit filii, & Adonai ארני ſit ſpiritus ſancti. intelligere poteſt

test, qui in scientia cabalæ fuerit profundus.

A. Omnes gentes atque linguę pręcipuum Dei nomen quatuor solum pronuntiant literis: hinc Aegyptij, quē nos Deū, Theut nominãt: persæ, sire, magi, orsi, gręci, theos Arabes, Alla, Mochomet, Abdi: nos accepimus ab Angelo, Iesū: Tusci, Esar, Hebręi illud quatuor vocalium יהוה inefabile nomē vtcunque possunt exprimunt per Adonai. Voluit Deus vbique quatuor literis inuocari: quoniam & ipse per quatuor gradus cuncta disponit, scilicet essentia, esse, virtute, & actione. componit cælestia item triplicitatibus signorum. quatuor ignea, quatuor aerea, quatuor aquea, & quatuor terrea: & quę sub cælo sunt quatuor similiter elementis. Et hoc non potuit esse, vt omnes nationes in hoc vno conuenerint nisi Diuinitus inspirati fuissent. Hinc Lacedemonij summum Iouem quatuor auribus depingere solebant. Er apud Orpheum fertur, Neptunus quadriiuges currus impellere. Quatuor quoque sunt Diuini furoris species, a singulis numinibus procedentes, scilicet à Musis, á Dionysio, ab Apolline, & à Venere. Item Ezechiel propheta vidit quatuor animalia iuxta fluuim Cobar, & quatuor Cherubim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

in quatuor rotis. Item Daniel quatuor vidit animalia, de mari aſcendentia, & pugnãtes quatuor ventos. Item Iohannes in Apocalypſi, vidit quatuor animalia oculorũ plena ante, & retro, & ſtabant in circuitu Sedis Dei: & vidit quatuor Angelos, quibus datũ eſt nocere terræ, & mari, ſtantes ſup quatuor angulos terræ tenentes quatuor vẽtos, ne flarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque in nullum arborem: quæ omnia nomini quadrilitero competunt. De quibus alias in libro de numero triplici. In hoc magno nomine יהוה he ה litera duplicatur, ſignificans ſpiritum ſanctum habere duos effectus. primum ה ſignificat ſpiritum ſanctũ nexum eſſe patri, & filio. ſecundum he ה ſignificat eundem ſpiritum ſanctum connectere hominem cum Deo: & hoc eſt, quod dicit Chriſtus. Regnum Dei intra vos eſt, id eſt, habitat in vobis ſpiritus ſanctus, tanquam nexus connectens vos cum Deo: propter hoc, locus ſpiritus ſancti dicitur Malchut, hoc eſt regnum: cui Adonai אדני appropriatur, vt dicit concluſio. Iodheuauhe ſiue Iehouah יהוה congruit filio Meſsiæ, & patri: quod probans Chriſtus, ait. pater manifeſtaui nomen tuũ hominibus, quod (intellige) incognitum erat illis. qđ etiam ſibi competat, probat, dicens. in nomine

meo demonia eijcient , linguis loquentur nouis, serpentes tollent , & si mortiferū q̄d biberint, non eis nocebit &c. nomina enim Diuina radij sunt Diuini esse, quæ sanctiores hominum animos penetrant : vnde Plato in phileb. Reuerentia mihi semper ergā Deorum nomina , non humana quędā formido est, sed maximum quęque timorē exuperat· Iodheuoueh autem , & Iesus idē ישו idem sunt , vt patet experto in cabala , sicut clare deduxi in de nomine Iesu . Aliqua tamen est apparens differentia : nā Iesu nomen aliq̄d admittit nominis Iodheuauhe & aliquid superadit. admittit duplex he הה & addit literam scin ש, quod euersum sic includit duplex he . scin ergo valet duplex he ה , ista additio scin ש spiritus magni nominis Tetrag. יהוה, quare sine ipso alioquin proferri nequit, & hoc ē, quod dicit Esaias. fecit tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, sicut patefacit lectio Euangelica, dicens . Quod vocatum est ab Angelo Dei videlicet, vicem gerentem, priusquàm in vtero conciperetur : nouum ergo est dictum Domini nomen, quo ad prolationē, non tamen significatum variat . Alia ratio, quamobrē illi addatur scin ש est, quia scin ש est prima litera dictionis sabbat שבת , q̄d requiem vel quiescere significat : & q̄a Chri

 stus

ſtus Meſsias venit tribuere requiem, vt ipſe met Chriſtus teſtatus eſt, dicens. Ego veni vt vitam habeant. Venit enim filius hominis quęrere, & ſaluum facere. ſ. genus humanum, quod perierat: ideo addita eſt illa litera ſcin ש duplex he ה includens. Sequitur ergo quod Iodheuauhe ſit nomen filio appropriatum: nomen verò Eheie אהיה eſt patri appropriatum, & ſignant ero, tempus futurum, ratione aleph א antepoſiti, quare nec filius, nec ſpiritus ſanctus, dicere poteſt, ero, niſi quatenus pater illis eſſe cõmunicat: Eheie ergo patri Cheter appropriatur, tanquã primæ dimenſioni, Iodheuauhe filio Chocmah, tanquàm medio. Adonai Malchut, ſpiritui ſancto tanquam vltimæ Sephirah. Vide de nomine Ieſu.

P.M. Nullus Hebræus cabaliſta poteſt negare, quod nomen Ieſu ישו, ſi eũ ſecundum modum, & principia cabalæ interpretamur: hoc totũ præcisè, & nihil aliud ſignificat, idem Deũ Dei filium, patriſque ſapientiam per tertiam Diuinitatis perſonam, quæ eſt ardentiſsimus amoris ignis, naturæ huma

næ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

næ in vnitate ſuppoſiti vnitum.

F.A. Memini me alibi ſatis declaraſſe, nec literam, nec apicem in lege poſitos, vacare a myſterio: a fortiori attendendum eſt hoc, in nomine magno Tetrag. יהוה, vbi iod י litera prima nominis illius multa præſignat: nam ſubtilis virgula illius literæ, ſurſum extenſa, & inuiſibilis, patrem Cheter oſtendit a creatis inuiſibilem, vt teſtatur veritas dicens. quis nouit patrem, niſi filius, & cui .ſ. ſpiritui ſãcto voluerit.ſ.filius reuelare: ideo reliqua duo capita literæ iod, filium, & ſpiritum ſanctum præmonſtrant: & ita iod totam oſtendit Trinitatem. duplex he ה, duplicem vnionem nobis oſtẽdit, ſcilicet perſonarum Diuinarum adinuicem ſcilicet patris, & filij in vinculo amoris ſpiritus ſancti: & vnionem factam hominis cum Deo per eundem ſpiritum ſanctum. ponitur ẽt ibi vau, ו quod vitæ arborem ſignificat: qa vt ait Apoſtolus. Deus eſt in quo viuimus, mouemur, & ſumus: ſimiliter huiuſcemodi litere ſunt circulares: vt iod, י decẽ impoꝛtat, decies. 10. refert 100. he ה reddit quinque, & quinquies 5. reddit. 25. Itẽ uau, ו, ſignificat ſex, & ſexies. 6. reddit. 36.qđ eſt idem. ſunt ergo literæ nominis magni circulares, ad modum eẽ Dei, quod á ſa-

pietibus dicitur esse figura circularis, cuius centrum est vbique, & circunferentia nusquam. Iod, י importat. 10. numerum videlicet vltimum simplicium: vlterius enim non possumus in numeris simplicibus progredi: sic Deus est vltimus noster finis, & ei debentur decimę. Sed quoniam omnia nomina Diuina in nomine Iesu ישו continentur: ideo hoc aliqualiter adumbrabimus: sum nāq; hic inferius multa dicturus. In nomine Iesu sunt duæ literæ nominis Tetrag. scilicet iod & vau, וי, iod significat totam Diuinitatem in Christo esse: ideo ipsæ in Apoc. Ioannem alloquens, dixit. Ego sum alpha α, & omega ω, principium & finis: quæ soli Deo competunt. ponitur ēt vau, ו significans Christū esse vitę authorem, omnes beatificantem in requie illa æterna, vt testatur Iohānes: Hęc est vita ęterna, vt cognoscant te Deum, scilicet Christum, quo ad Diuinitatem, & quem misisti, scilicet visibilem in carnem Iesum Christum. & per hoc ex duplici he ה, constitutū est scin ש, quod Sabbat constituit, & significat quiescere) vt supra patuit) vt clarè nobis demō straret, quod ipse daturus esset in se credentibus requiem vitæ. scilicet æterne: ideo ipse ait. Venitę ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos: nō

indiguit

indiguit ergo Christus duplici he ה, in suo nomine: quia ab ęterno, prima vnio à spiritu sancto facta est, scilicet patris & filij: item secunda, hominis, scilicet cum Deo: nam cum patriarchis, & prophetis facta præfuerat, secreta Diuinitatis illis reuelando: sed quia venit dare requiem ęternam, ideo per positionem scin ש, nomen Tetrag. innouauit יהוה, non quo ad significationē: idem enim significatum habent literæ nominis Tetrag. יהוה & ישו: Diuinitatem nanque significant: nomen igitur Iesu est nomen antiquum, quod ante Abraham Adonai vocabitur: post Abrahā vero Sadai שדי: Mosis tempore Iodheuauhe יהוה: Christi tempore Iesu ישו vocatum est. concludimus ergo, secundum conclusionem istam, quod iod in nomine Iesu positum, significat Christum esse Dei filium, & patris sapientiam: nam iod est sigillum chocmah sapientiæ Diuinę: vau significat Christum esse vitæ authorem. scin includens duplex he, denotat Christum cum patre vnitum per primum he, & vnitum humanitati per secundū, qui venit, vt nos sabbatizaret, id est, requiem daret nobis: Et sicut Tetrag. est nomen soli Deo competens, sic nomen Iesu soli Christo competit, eô quòd Diuinitatis nomen sit purę creaturę repugnans: ideo nec ante

Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Christum, nec post vllus vnquam hoc nomine vocatus fuit: est enim Diuinitatis, nõ etymologiæ nomen quod est saluare: sic enim multi sunt vocati Iesuah, vel Iehosuah· et Iesugna idem est quod salutare, siue saluator.

P.M. Ex præcedenti conclusione intelligi potest, cur dixerit Paulus: Datum est Iesu ישו nomen, quod est super omne nomen: & cur in nomine Iesu dictũ sit, omne genu flecti, cælestium, terrestriũ, & infernorum, quod etiam est maximê cabalisticum: & potest ex se intelligere, qui est profundus in cabala.

F.A. Nisi omnium nominum virtus in nomine Iesu includeretur, non dixisset Apostolus: Dedit illi nomen, quod est super omne nomen: est quidem super omue creaturarum omnium nomen, etiam Angelorũ, teste Paulo. tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. & quoniam virtus nominum omniũ Diuinorum includitur in nomine Iesu, dicemus

cemus, quod hoc nomen ſit ſuper omnia nomina, attributa exprimens, vel proprietates particulares: nam, ſicut illi dedit omnia pater, ſic ēt ipſi donauit nomen, illa omnia importans, vt nomen ſit nominato conueniens. illi ergo omnes creaturę genua flectere debent, quia (vt vidimus ſuperius) Diuinitatis eſt nomen: vt enim in præhabitis patuit Ieſu eſt nomen Tetrag. quod ſtirps eſt, & truncus omnium enumerationum Diuinarum, quarum nomina ſunt cognomina ipſius Tetrag. & lex ab ipſo pendet, & prophetę: quare dicitur lex Tetragra. eò quod in hoc nomine data ſit. Et, qui hoc nomen diſtinctè cognoſceret, nouam legē formare ſciret: & omnes creaturę ab ipſo pendent in eſſe, & conſeruari: idem de Ieſu nomine aſſerendum eſt, cum idem ſit, & conſequenter omnia illi flectere tenentur genua, tanquám ſuo opifici, & conſeruatori. Et dicta legis, ac prophetarum ab eo ſunt. ergo eſt nomen ſuper omne nomen: vnde Paulus Collo. complacuit omnē plenitudinem habitare in eo: ideo eſt omnium creaturarum opifex, vt ait Apoſtolus: portans omnia verbo virtutis ſuæ: domus enim ad extra, à domo fit ad intra: ideô primo Deus Mundum idealem formauit, quā hunc inferiorem: quare Deus primo ideas creaturarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

turarũ, in intellectu suo formauit: qui intellectus productus est eius filius: cui pater omnia cõmunicauit, ideo etiã & omnẽ ideã, filius verô cum patre spiritui sancto spiritus sanctus executor existit. rerum ad extra in esse reale, quę prius fuerant in mente Diuina in esse ideali: &, nisi filius Chocmah, spiritui sancto Brinah tribuisset ideas, ipse spiritus sanctus ad extra in esse reali haud eas posuisset: Filius igitur est huius causa executionis: creata ergo, Christo tanquã patri debentur: Lex itẽ, & prophetæ a Iesu pendent, sicut a Tetrag patet per Augustinum. 12. de trinitate dicentem. Legẽ prę-fuisse in verbo antea, quã daretur, ratione sup. idearum, a patre filio cõmunicatarum: Elchana idem affirmat, dicens: qđ Lex initium facit a beth ב, quod est sigillum chocmah sapientiæ verbi: hoc nomen igitur Iesu est super omne nomen. Alias probatur legem a Iesu Mosi datam fuisse sic: Magno mysterio liber Leuiti. in quo de sacrificijs tractatur, incipit vaicra ויקרא, id est, vocauit: vbi non sine mysterio dicit scriptura in voluminis huius principio. Et vocauit Mosen, non exprimens quis vocauerit, sicut dicere consueuerat. et uocauit Dominus, & loquutus ẽ Dominus, & huiusmodi: vnde quis vocauerit inquirendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

est. si supputetur nũs per eius literas illius principij, quod est vaicra, mysterium incipit indagari. Dant enim illæ literæ in Hebręo 316 adiuncto aleph א, vbi inuitur Iesu ישו, quod nomen tantundem in numero reddit: & est illius nomen, qui sacrificijs virtutem dedit: cui adiungitur aleph א, patrem significans cum filio existentem, & secum omnia operantem, vt ipsemet filius testatur; pater meus vsque modo operatur, & ego operor, & iterum. A me ipõ facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor, scilicet Mosi, & prophetis. Et qui me misit, scilicet ab initio, loqui illis mecũ est. Ab isto igitur Christo paterni luminis pleno incipit liber, qui agit de sacrificijs offerendis ipsi patri, & typum gerentibus veri sacrificij, quod ipse Christus obtulit, & in virtute cuius illa sacrificia vmbratica offerebantur. Hic ergo est, qui existens non tantum ante Mosem, sed antequã Abrahã fieret. Mosem vocauit, & excitauit, vt faceret ea, quę ipsum pręfigurabant: &, vt de eo in capite libri genes. scriberet, incipiẽdo legem a beth sigillo filij, vt dixi. Ideo loquens Christus legisperitis, ait. vt habetur Ioan. Si crederetis Mosi, crederetis forsitan, & mihi: ille nanque de me scripsit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

P.M. Si qua eſt de nouiſsimis temporibus humana coniectura inueſtigare poſſumus per ſecretiſsimã viam cabalæ futuram eſſe ſeculi conſumationem hinc ad annos quingentos, & quatuordecim, & dies 25.

F.A. Carnis reſurrectio omnem captum tranſcendit humanum: nec de ea plenam fidẽ habere poterimus, niſi à Diuinis oraculis edoceremur: vnde Iob, ſcio, quod redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & rursũ circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum: Et Martha, ſcio quod reſurget frater meus in nouiſsimo die Iohan. hoc idem affirmatur a cæteris Euangeliſtis, & in Epiſtolis Paulinis. ſi ergo carnis reſurrectio eſt tantum credita, & tantummodo ꝑ ſanctos edocta, multo magis dies determinata vniuerſalis iudicij nos latebit. ideo dicit Chriſtus. non eſt veſtrum ſcire tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. & iterum de die illo, vel hora, nullus ſcit, neque Angeli cęlorũ, niſi pater ſolus, & ille cui ſcilicet reuelatur ab ipſo patre.

Qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Qui ergo a patre luminum ſunt edocti, ali/
qua poſſunt prognoſticari de illo examine
extremo: inter quos eſt filius Dei, qui re-
ſpondens Apoſtolis multa præuia docet,
dicens. Audituri enim eſtis prælia: & ſub-
infert de Pſeudoprophetis, & de filio ini-
quitatis Antichriſto: qui diem nouiſsimum
per aliquos dies præcedet, vt affirmat ipſa
veritas, dicens: Oportet primum hęc fieri,
ſed nundum ſtatim finis. Et continuo ſub-
infert ſigna propinquiora, dicens. Erunt ſi-
gna in Sole, & Luna, & ſtellis, &c. Math. 24
dantur multa ſigna, ſiue enarrantur a Chri-
ſto. Et ſunt ſeptem. primũ enim ſunr præ-
lia & conſpirationes gentium in gentes. ſe-
cundum, bonorum perſecutio. Tertiũ ſcã-
dalum multorum. Quartum, odium inter
proximos. Quintũ, ſeductio multa ꝑ Pſeu-
doprophetas. Sextũ, frigefacta charitas.
Septimum, abominatio deſolationis. Quæ
omnia ab vna radice prouenire videntur: &
vnã indicant ſęuiſsimam peſtem, quę nos in
cautos, plerumque torquet, amorem vide-
licet propriũ & inordinatiſsimũ. prælia .n.
oriuntur, quando quis vult ſibi vendicare,
quod non debet: & tunc boni huic male re
ſiſtentes vexantur. Tertio, inſurgunt ſcan-
dala, quando homo ſequitur inhoneſtũ ap
petitum ſuũ. Quarto ſequitur odium inter
male

male litigantes. Quinto deceptio, seductio fraus. Iuxta illud poetę. Dolus an virtus quis in hoste requirat. Sexta frigescit charitas, radix omnium bonorum. quę omnia sunt dispositiones ad suscipiendam abominationem illam & filium iniquitatis: amota omni dispositione ad ueniam impetrandam, & ad tempus uindictę protrahendæ. signa ergo ista a patre edocentur, quia ordo iustitiæ uerè exigit ut pęnitentibus differatur uel amoueatur pęna, & sententia pctō respondens. Quod est in sola potestate patris qui toti tribunali iustitię pręsidet, a quo omnes iudicantes dependent. Vnde sicut mutari potest sententia, potest etiam mutari tēpus iudicandi. Et quia sic exigit iniquitas impij: vt ex improuiso in nequitia sua depræhendatur. sicut ipse iudex perhibet. Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et iterum, sicut factū est in diebus Noeh, & in diebus Lot: Sic erit dies, in qua reuelabitur filius hominis. nec erit impijs iusta quærella, si ex improuiso depræhendetur. cum iam omnes prę-moniti fuerint, vt sint parati. Et id summa prouidentia factum est: vt non solū simus parati hora aduentus iudicij, sed etiam toto tempore, vt semper benefacientes, ipsum intrepidi expectemus. Vnde Augustinus,

ait. Latet vnus dies, vt omnes obſeruentur dies. cabaliſtæ ſecretiora ſacrę paginę perſcrutantes, probant extremum diem, per dies mundialis fabricæ nec inconcinne. Apud enim ſecretiores Theologos ſæpius millenarium annorũ pro die computatur, iuxta illud Dauidici carminis: Quoniam mille anni in conſpectu tuo, ſicut dies externa quæ præterijt. ſimiliter Petrus in ſua canonica idem affirmat ſex dies ad operandum hebdomadæ conceduntur, ſeptimus verò dies requiei dedicatur. Et iterum. ſex annis pro colendis agris: ſeptimo, & agro, & cultori requies indicitur. Non mirum igitur ſi poſtquám ſex millia annorum varijs incommodis, aduerſante ſatana procuratis, laborauerit hnmanum genus, requieſcet in ſeptimo millenario. ligato tamen prius ſatana à Chriſto, vt ne amplius ſeducat genus humanum in illo felici millenario. Cum igitur ſit, quod ex diligenti Hebręorum ſupputatione tum, qñ doctor iſte has poſuit concluſiones, nõ reſtabãt de ſex millenarijs, niſi anni quingenti & quatuordecim, & vigintiquinq; dies. ſequitur qđ poſt illos paucos dies intrabimus in ſeptimũ millenariũ ſabbati, & quietis. Facta tamen prius diſcuſsione generalis iudicij.

Hebræi etiam oraculũ quoddam habent in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Elię prophetę ſtudiolo inuentum : in quo habetur, quod mundus durare habet duobus millibus annis ſine lege, Et duobus millibus ſub lege, & totidem ſub Meſsiah. Chriſtus tamen præuenit tempus ſui aduentus per ducentos annos : & huius ratio fuit : qa Deus in conferendo dona, ſemper præuenit tempus : in mala inferendo, ſubſequitur, & lento gradu procedit. Et propter hãc pręuentionem conquerentes Demones, ab obſeſsis à Chriſto expulſi, clamabant: Quid nobis, & tibi Chriſte. quare veniſti ante tẽpus (id eſt, ante completum duplex millenarium à moſe) torquere nos. Et ſi paulus dicat. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. &c. hoc intelligitur de tempore clementiæ Dei, quę ſemper prę uenit, vt dixi : quæ per gratiam complet, quod per naturam fieri nequit. concludimus ergo quod poſt ſex millia annorũ veniet Chriſtus iudicare viuos, & mortuos : Et poſt iudicium durabit mundus mille annis in pace, hoc eſt in æternum, & in obſeruantia legis, vt ait Sophonias: ſeruient ei humero vno. hæc ſunt, quæ ex coniecturis à rebus inferioribus excerptis, de temporis extremi determinato curſu haberi poſſunt pro nunc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

M. Illud quod apud cabaliſtas dicitur chocmach חָכְמָה illud eſt ſine dubio, quod ab Orpheo: pallas à Zoroaſtre, paterna mens: à Mercurio, Dei filius: à Pythagora, ſapientia: à Parmenide, Sphæra intelligibilis nominantur.

A. Sapientia Diuina, quę filius eſt Dei, varijs nominibus à diuerſis doctoribus nominatur: primo ab Hebræis Chocmah vocitatur: vnde ſicut habet traductio noſtra: omnia in ſapientia feciſti: Hebræi habent, bechocmah. &c. Hæc ſapiẽtia Diuinitatẽ idearum plenam ſignificat, & primogenitum, & attribuitur filio. Orpheus illam appellat palladem, ex Iouis capite natam. hęc.n. eſt Dei patris imago altiſsima, quadã tamen relatione, aut aliquo abſoluto intrinſeco, tanquám genita à generante diſtincta: quæ apud Eccl. ait. Ego ex ore altiſsimi prodij ante omnem creaturam primogenitam. Nata eſt igitur pallas de Iouis cerebro, hoc eſt, à paterno intellectu: vnde intellectus Diuinus cognoſcendo eſſentiam, tanquam ſibi obiectum proportionatum, hanc notitiam genitam producit, quæ eſt filius. Azo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

roastre mens paterna vocatur: vñ mens est intellectus, essentiã hñs presentẽ in rõne obiecti, & actu illã intelligens A Mercurio dicitur filius Dei: vnde in Asclepio, Deus meus, atq; pater, mentẽ sibi aliã opificẽ pepit. & alibi Monas gignit monadem. s. Dei filiũ primam mentem, Diuinum. s. intellectum: tradunt Plotinus, & Philo, á Deo patre manantem, quẽadmodum a loquẽte verbum, vel sicut a lumine lumen, hinc & verbum, & sermo, & splendor Dei patris, nomina accepit. Diuina enim mens, cum se vnico & nusquàm interrupto actu, absque ulla internotione aut vicissitudine, intelligit Diuinam essentiam, tanquàm summum bonũ prolem & filium in se progenerat: quæ est plena intelligentia, plena sui imago, & plena mundi exemplar, quod Iohãnes noster & Mercurius verbum nominãt, siue sermonem. Pythagoras sapientiam vocat. parmenides sphæram intellectualem, cuius centrum est vbique, circunferentia verò nusquám: quia ipse Deus, vera sphæra est, in ipsum terminans, a quo & principium habet. nam ipse est principium, & finis omnium. Hinc omnia creata, quæ Dei vestigium habent, ad rotunditatem tendunt: vt de cęlis, terra, cęterisque elementis manifestè patet. Et hoc idem est de alijs.

Quamuis

Quamuis non ita clarè appareat. Centrū autem ſphæræ huius, quod eſt tota hæc mundana machina, eſt vbique: quia omnem locum occupat: cum vltra mundū non ſit locus. Circunferentia verô, quæ eſt ipſe Deus omnia ambiens, nuſquā eſt: quia à loco non capitur, ſed ipſe omnia capit: quia vt eſt capaciſsima figura, nec principium, nec finem habens, ſic ſapientia illa Diuina omneis cōtinet ideas, & ē infinita: diuerſa ergo nomina eandem realitatem ſignificant, ſapientiam videlicet Diuinam. Eſt igitur idem, mens apud Mercurium, quod intellectus apud Plotinum, & ſapientia apud authorem libri ſapientiæ, dicitur. Quod patet bene perſpicienti huiuſmodi ſapientum ſententias. Ait. enim Mercurius. Quicunq; Dei munere mentē conſecuti ſunt (ò Tati) ſecundum operum comparationem pro mortalibus immortales habentur: intelligentia ſua cuncta complexi, quę in terra ſunt, & quę in mari: & ſi quid eſt præter ea ſupra cęlum: Atque adeò ſeipſos exigunt, vt ipſum quoque bonum intueantur. Quod ſanè cum perſpiciunt, eam, qua hic veſcimur, uitam miſeriam quandam arbitrantur. Deſpicientes vtique tū etiā corpora omnia, ad vnum ſolum feruntur. cui adſtipulatur

Plotinus, dicens. Hęc eſt vita fœlicium hominum, & eorum, qui intellectum adepti ſunt, fuga ſolius ad ſolum, quod appetunt. multa quoque huiuſmodi dicit in tractatu quem de pulchro ædidit. nec ab his diſcrepat author libri ſapientiæ, qui ait. Omnium enim artifex docuit me ſapientiam. Et quęquid de Diuinis dixere philoſophi, habuerunt à prophetis, variatis vocabulis: ſic aſſerit Ariſtoteles, de Diuinis loquens. dicens. ſic docuerunt patres Chaldæi, qui fuerunt Iudæi. Quare illorum pręcipuus pater Abraham venit de Aram chaldeorum terra: Idem affirmat Euſebius, & quidam alius philoſophus, de Platone verba faciens, dicit. Plato eſt alter Moſes attica lingua loquens.

P.M. Modus, quo rationales animæ per Archangelum Deo ſacrificantur qui à cabaliſtis non exprimitur, non eſt, niſi per animæ à corpore ſeparationem, non corporis ab anima, niſi per accidens, vt cõtingit in morte oſculi: de quo ſcribitur, præcioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorũ eius.

Chal-

A. Chaldeorum philoſophi ſtupendã quã-
dam narrant mentis noſtrę potentiã, vz,fie
ri poſſe,vt mẽs ipſa tota acie in Deũ defixa
Diuino numine impleatur: atq; ſic lumine
impleta, effuſis radijs per ſingula media,
vſque ad hoc craſſum,tenebroſum, graue,
morrale corpus,ipſum quoq; copioſo lumi
ne circunfundat, raddatq; ſtellis ſimile, &
æquè coruſcans,tum etiam radiorum ſuorũ
copia,ac leuitate tollat in ſublime, tãquàm
ſtuppam eleuatam per ignis flammam: ali-
quando ſtatum corpus, veluti ſpiritum ad
longinquas partes transferat: ſicut de Phi-
lippo legitur in actibus Apoſtolorum, quã
do baptizato Eunucho in India, ſtatim in-
uentus eſt Azoti: & de Habacuc,ſimilia pe
nes Danielem,ſic de Petro Apoſtolo. Et de
alio petro exorciſta penetrantibus portas
clauſas, cuſtodes,euaſerunt, & vincula. In
hoc admirari debet nullus: ſi enim melẽ-
cholici ambulant in ſomnis, & per inuia
vadunt, & aſcendunt per inaceſſa,& exer-
cent vigilantium opera: quorum non eſt
alia ratio in natura,quam fortis imaginatio
ſi inquam tanta eſt virtus imaginationis, vt
ſe poſsit inſinuare, cui velit,nulla loci,nec
temporis intereapedine impedita, ſecũ tra-
hat graue corpus, non eſt dubitandũ,quin
maior ſit potentia mentis, ſi quando fuerit

 na/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

naturã suã assecuta. sed nunc ad exemplar tam copioso lumine cęlestiũ stellarũ animæ abundant, & ingens inde in corpora sua redundet copia luminis: sic Mosis facies adeò splendebat, vt non possent intendere in illum filij Israel ob vultus eius splendorem: sic Socrates transfiguratum fuisse legitur, sic Zoroaster, sic Enoch, & Helias igneo quodã curru cęlos ascendisse: sic Paulus tertium cęlum raptũ esse: homo.n.p corporis naturam sub fato est, per mentẽ verò est supra fatũ. Et mens spiritũ nostrũ adiuuat Vnde Mercurius asserit mens est adiutrix animarũ, eas in bonũ propriũ reuocãs: & adeo vnit eas cum Deo: similesque ei efficit, vt animæ ex sui cognitione Deum cognoscant, & sint vti Deus in corpore humano. Hinc alibi dicit idem Mercurius. nisi te Deo æquaueris: Deum nunquàm intelliges. nam simile semper a simili suo cognoscitur. Expurgatus itaque, & menti, id est, radio diuino vnitus homo melior in Deum euadit, vnde ipse subnectens, ait. Extende teipsum in magnitudinem sine termino, emersus è corpore: totum supergredere tempus, ęternus existens: mente & contemplatione videlicet. sic Deum denique cognosces impossibile in teipso nihil existimans: teipsum immortalẽ puta cõpræhendere cuncta potẽtẽ,

sciam

ſcientiam omnem, atque omnem pariter artem, omni ſublimitate ſublimior effe-ctus, omni fundo profundior, aſſiſtens omnibus mundi partibus, cęlo terræque, & mari. Quod Paulus tetigit dicens. Viuit verò in me Chriſtus: verbum videlicet, in quo ſunt omnia, & per quod omnia cõpræhendi poſſunt. Quomodo verò mens noſtra ſe habeat cum Deo, Mercurius id aperto ſermone reſerat, dicens. qđ mens noſtra ab eſſentia Dei nullo modo diuiſa eſt; ſed ei eſt coniuncta, ſicut radius Solis cum ipſo Sole. nam hæc mens Deus eſt in hominibus. Hinc nonnulli ex hominum numero Dij dicuntur: eorumque humanitas diuinitati proxima eſt. propterea non ab re Iohannes, ait. Dedit eis, ſcilicet hominibus poteſtatẽ filios Dei fieri. Et hoc tripliciter: primo ſi ſe a carne& sãguĩe dimoueãt. Scđo ſi lucẽ, quæ oẽs illuminat, ſuſcipiãt. Tertio ſi regenerẽtur ſcđm Deũ. Anima itaque in mẽtẽ p rõnẽ aſcendit, vbi diuino lumine repletur: & tũc fieri põt, vt pars rõnalis animę (quẽ poſsibilẽ intellectũ pipatetici vocãt) ad hoc pueniat, vt ſine cõuerſiõe ad phãtaſmata diſcurrat, & operetur. Habere mentem hoc modo, eſt habere regnum Dei. hoc uidetur ĩnuere Chriſtus, vbi de regno Dei, qđ vocat vitam æternam, agens ait. Hęc eſt vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. nam hęc cognitio haberi nequit ſine mente: quã lumē Diuinum, & lucem illam omnes illuminãtem eſſe diximus: ſine quo lumine Deum cognoſcere, vel contemplari nequimus: ſicut nec Solem, niſi Solis lumine videre valemus. Hinc pſalmographus canit. In lumine tuo, videbimus lumen. Regnum enim Dei eſt Diuinitatis habitatio in nobis per lumen, & amorem ipſius Dei. Quod lumen cum Chriſtus nobis atulerit, non immerito de ſeipſo loquens, dixit. Regnum Dei intra uos eſt. Et illa Diuinitatis habitatio in nobis, meritò vocatur Regnũ Dei: quia illud Diuinum quod in nobis habitat. venit a loco, qui apud ſecretiores theologos dicitur Malchut, quod Regnum ſignificat. Regnum autem illud eſt numen, quod omnia inferiora diudicat, & regit: eoſque, quibus ſeſe communicat, Reges facit: nam per virtutem Diuinitatis in nobis habitãtis, omnibus imperare, & dominari poſſumus. Iuxta illud Saluatoris: Ecce dedi vobis (per communicationem videlicet Diuinitatis) poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Quod autem hoc ſit Regnum Dei, paulo inferius ipſemet declarat dicens. ſi in digito

Dei

Dei eijcio demonia, profectò peruenit in vos Regnum Dei. Hęc enim virtus, & potestas prouenit ab illo numine, quod dicitur Regnum Dei. Quod quidem Regnum, ante omnia quærendum est: cum ab ipso omnia bona dependeant: vt ipse Christus nobis insinuat, dicens. Quærite primum Regnum Dei: & hęc omnia adiicientur uobis. tantum est denique ipsius rationis imperiũ, vt quotienscunque aliquid incurrit, vel in mentem, vel in naturam, vel in corpus, non potest transire in animam, nisi ratio sese ad hoc intendat: hoc modo in sensibus exterioribus, anima nec videre, nec audire, nec sentire, nec pati se quicquã percipit, donec ratio cogitatrix id prius percipiat: percipit autem, cũ vacat, vt patet in eis, qui obuios sibi non aduertũt, dum aliud quippiã atentius cogitant. & iste est modus, quo rationales animæ Deo sacrificantur, qui a cabalistis silentio preteritum est: & est animæ a corpore separatio modo predicto: tunc. n: sensibus non vtitur, distracta a mente, non corporis ab anima; etenim anima non desinit informare corpus: & talis raptus, seu extasis dicitur mors præciosa: mors iustorũ, & hanc mortem quærebat Salomon, vt pz. in canticis canticorum dicens. osculetur me osculo oris sui, reuelando mihi secreta Di-

uina

uina, quæ haberi non possunt, nisi quis mo riatur modo prædicto. prophetæ oẽs recipiendo reuelationes, sic moriebantur, alioquin minimè reuelationes recipere capaces fuissent: sicut ait Mosi Deus: non videbit me homo per mentis excessum, & viuet .s. vita sensitiua, vt dixi: ideò prophetę in suarum principio reuelationũ, incipiunt. Visio Esaiæ prophetæ, & sic de cæteris, & pro tũc erant mortui: ideò in raptu Paulus erat mortuus modo prædicto, & tunc vidit arcana Dei, sicut ipse testatur, siue in corpore, siue extra corpus nescio Deus scit: quia tales pro tunc extra hunc statum existunt. Mercurius sapientiam suam, quam mentẽ vocat hausit, non ex studio literario, cum sapiens dicat. Omnis sapientia, à Domino Deo est. cui adstipulatur Iacobus, dicens. si quis indiget sapientia, postulet a Deo: qui dat omnibus affluenter: Et hoc modo concinne petat: prẹmissa videlicet animi purificatione. nam in maleuolam animã, non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito prædictis: vt sapiens inqt. vnde, vt intelligamus sapientiam hanc à Deo venire, & ab insufflatione, & chrismate spiritus sancti subinfert sapiens. spiritus sanctus disciplinę, id est, infundens disciplinam, effugiet fictum. Viginti itaq;

&

& octo annis elaborauit Mercurius, ut men tem adipisceretur, illustraretur videlicet lumine Diuino. Vnde & sapiens effectus est. Et per mentem, intelligit Mercurius intellectum adeptum, vt peripatetici dñt. vnde aduertendum est secundum academicos, & secretiores Theologos: quod homo pręter rationalem discursum, illustratur diuino quodam radio: de Iohanne ait. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Quàm lucem Aristoteles vocat intellectum agentē: Plotinus simpliciter vocat intellectum. Hebræi verô nessamah נשמה, vel spiraculum vitarum: Augustinus autem portionem superiorem. Quæ lux & si omnibus inest, non tamen ab omnibus depręhenditur: vt Plotinus testatur, vbi eam vocat oculum, dicens. Quem oculum habent quidē omnes, vtuntur verô per pauci. Quod Iohannes antea dixerat. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non compræhenderunt. Qui autem adeò sunt expurgati, vt lucem illā videre posint, hi consequuntur mentem, adipiscuntur intellectum, & sapientiæ veræ compotes efficiuntur. Ad hunc gradum acquirendum, multa sunt præuia. sunt enim necessariæ orationes, eelemosinæ, cordis, corporisque mundicia.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Et mens iſta, cum animali noſtro quomodo ſe habeat, docet Triſmegiſtus apertê. Quibuſcunque animis (inquit) pręſidet, ſuo illos fulgore illuſtrat: eorum morbis, maliſque reſiſtens. Quemadmodum enim medicus eruditus ęgrotantis corpus doloribus afficit, vrendo illud, atque ſecando, recuperandæ ſanitatis gratia. ſic quoque mens voluptuoſam affligit anima, vt radices voluptatis euellat. Et hęc vera & colluſtrata cõſcientia, vel ſynderesis omni malo remurmurans. Subinfert autem idem Mercurius de ijs, qui mentis ſunt expertes. Quorumcunque (inquit) hominum animæ mentẽ nequaquam ſortite ſunt gubernatricem, eadem, quę & brutorum animæ patiuntur. Dimittit enim eas mens cupiditatum imperio: ad quarum expletionem ardenti quodam impetu feruntur: rituq; ferarum immoderatè iraſcuntur, & cupiunt, & (quod deterius eſt) nullum libidinibus finem imponunt, nullumque malarum paſsionum reperiunt terminum. His autem velut lictorem & iudicem: Deus legẽ dedit. Quæ lex proponit ea, quæ homo fugata & ſopita mente cognoſcere nequit. Et maximè genius proprius, & etiam tali influxui præpoſitus eſt maximè Archangelus Michael, vel cæteri inferiores Angeli, ei addicti, qui cir-

ca

ca nos operantur, opem ferendo noſtro ſpiritui ad hanc cognitionem aſſequendam, & & hii in virtute Archangeli Michaelis, cui ſubſunt, agunt, tamen dicitur, quod eſt Michael, quia boni Angeli ſemper ad bonum trahunt; ſicut mali ad malum, & hoc eſt, quod dicit paulus. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, id eſt, Diabolus Satan incitat ad malum. ſpiritus autem aduerſus carnem, id eſt, Michael incitat ad bonum. Cum corpus hoc noſtrum menti contrarietur, quomodo debemus circa ipſum nos habere; id reſerat Mercurius. Ait enim niſi prius (ò fili) tuum corpus oderis, teipſum amare non poteris. Quamprimum verô nõ te, ſed ipſum Deum dilexeris. mentem protinus conſequeris. Et odio habendum eſt corpus, quia. (vt idem Mercurius ſubinfert) impoſsibile eſt vtriuſque ſimul intendere, mortalibus videlicet atque Diuinis. Corpus enim mortale eſt, ſpiritus verò Diuinus. Electione autem vnius, alterum amittitur, & quotieſcunque vnius cura remittitur, alterius actus intenditur. hinc dixit Apoſtolus. Cũ infirmor, in animali videlicet homine tũc fortior ſum, ſcilicet in ſpirituali homine; Debilitandum eſt itaque illud animale, cum ea, quæ Dei ſunt, non percipiat, & tantum ſpirituale diſtrahat, quantum

tum

tum in ipſum præualet. Et ad hanc ſapientiam ad piſcendam, docet Mercurius filiũ, ſuum, dicens: Lauari oportet in patera, hanc rerum cognitionem vocat: tam creatarum videlicet, quàm Diuinarum. Vnde ablutio Mercurij, & aliȩ Platonis idem videntur. Quomodo autem poteſt quis cognitione ablui, docet ſummus doctor, dũ ait. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem ego locutus ſum vobis. nec mirum ſi ſermo & ſapientia Dei abluat animas: cum ipſa ſapientia dicatur aqua. in qua quidem aqua, lauamur in baptiſmate: nam huius veræ & ſupramundanȩ aquȩ hȩc elementaris eſt ſignum. Expurgat autem & pulchrã facit animam rerum cognitio, maximè Diuinarum: vt Zohar pleriſque in locis docet, differens quantam purificationem, & vtilitatem ſuſcipiat meditans in lege, ſapientia plena animȩ ergo ſacrificantur per Archangelũ, quando rapiuntur in extaſi, & moriuntur modo prȩdicto: adiuuant ad hoc Michael, vel Angeli eius: & hoc ſemꝑ fit, quando pars rationalis adhȩret neſamah, ſiue ſuperiori portioni: tunc enim relinquit nephes partem animalem: & tunc moritur talis per accidens, id eſt, per aliud hoc eſt realiter non ſeparãtur anima & corpus, ſed ſeparantur quo ad officium ſenſuũ

cor-

corporaliū (vt dixi) quare huiusmodi non videt &c. Quomodo autem Angeli nobiscū operentur ad talem transfigurationē, Osori tradenda est doctrina : quare, &c.

P.M. Non potest operari per puram cabalam, qui non est rationaliter intellectualis.

F.A. In cabala operatio fit per potentiam intellectulē : nam illa operatio fit in virtute Diuinorum nominū, huiusmodi effectibus appropriatorum : talium enim nominum cognitio ad intellectum, & ad partem rōnalem attinet. operari ergo per cabalam est a sensibilibus abstrahere insensibilia, hoc est intellectualia, vt ait paulus. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. proculus verò vir vtiq; Christianissimus contrarium tenet . s. quod Deum venari non possumus per sensibilia argumenta : huius est ratio talis: quia omnis nostra argumētatio fit ex sensibilibus: nam, scđm Aristotelis doctrinam, nihil est in intellectu quin prius fuerit sub sensu : natura verò diuina merè est spiritualis: ergo nullam probabilitatis conuenientiam cum creatis sensibilibus habet. Alia est ratio, quia syllogismus est compositus ex maiori, minori, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

conclusione: per compositionem verô, rem merè spiritualem, & simplicem intelligere non possumus, vt est Deus. Hęc proculus, in libro de inuentione patris: vbi probat, quod venari patrem per sensibilia non possumus. pauli autem verba a Dionysio ita declarantur, p̄supposito Aristotelis dicto phy. 2. quod non possumus per philosophiam causam primam intelligere: sed hoc facere si volumus, oportet nos inducere aliud indumentum, vel habitum. s. metaphysicum: ratio est, quia Deus est mouens, non motũ physica verô scientia non considerat nisi de motis; sensus ergo pauli est secundũ Dionysium, quod a creatis oportet nos abstrahere illud totum, quod non est de eius quiditate, vt puta, considerare humanã naturã, siue humanitatem puram ab hinc, & nunc abstractam, non per argumentum, sed per intellectum. & sic inueniet, quod homo est Dei imago, ẽt & mundus: nã cum sit vnus Deus, mundum creauit vnum: cum ipse sit infinitus, mundum creauit rotundum: cum ipse sit ęternus, mundum creauit incorruptibilem, & æuiternũ: cum ipse sit immensus, mundum creauit omniũ maximũ: cum ipse sit summa vita, mundum etiã vitalibus exornauit seminibus, ex sese cuncta gignentem; & cum ipse sit omnipotẽs, sua sola uo-

luntate

luntate, nõ vlla naturæ necessitate mundũ, nõ ex preiacente materia, sed ex nihilo creauit: & cum sit summa bonitas verbũ suum, quod est prima omnium rerum idea optima sua voluntate, essentialiq; amore complexus, mundum hunc extrinsecum ad exemplar mundi intrinseci. vz. idealis fabricauit: de ideæ tamen essentia nihil extra mittendo, sed ex nihilo creauit, quod ab æterno habuit per ideam. Creauit ẽt Deus hominem ad imaginem suam: nam sicut Dei imago est mundus, sic imago mundi est homo: ideo homo ad imaginem, quasi imaginis imago est, iccirco microcosmus dictus est, hoc ẽ paruus mundus. Mundus animal est rationale immortale, ita & homo, dẽpta immortalitate: & est hæc non nullorũ opinio: ita de hominis animo dicatur. quòd sicut Deus nec tangi potest, nec auribus percipi, nec oculis cerni, neq; ab vllo compelli: ita nec hominis animus: hæc omnia cognoscit, qui probabiliter est intellectualis: quia secundum Aristo. homo maximè est intellectus: & per hunc intellectum abstrahentẽ cognoscimus Deum membra habere: de quibus satis dixi in porta lucis, & alibi. habet enim membra Deus, hoc est, virtutes operatiuas. ad similitudinem membrorum nostrorũ, remotis tamen imperfectionibus,

 quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quę ſunt in nobis. Ad concluſionem igitur: qui vult per cabalam operari, oportet adire Diuinorum nominum loca, talibus effectibus deditorum. quare ait veritas. In domo patris mei mãſiones multę ſunt, quæ nominum attributa, & proprietates cognoſcuntur, non per argumenta, ſed per rationem, ſiue per intellectũ, patet Moſis exemplo: qui ſanare volens Mariam ſororẽ ſuã, à Deo lepra percuſſam, ob murmurationẽ, contra Moſen factam, eô quôd ęgrè ferret, Moſen coniugalem torum diuertiſſe, vt Diuino vacaret honori, & reuelationibus, eô quòd ipſa quoque, & Aaron frater eius vacarent eiuſmodi officio, ſicut & Moſes: & tamen obſeruabant coniugia; quod cognoſcens Deus, ipſam lepra percuſsit. propter quod Moſes vir mitiſsimus ei compatiens, ad nomen pietatis accedens, pro ea orando dixit. Elna rapha nala אל נא רפא נא לה, hoc eſt dictu. ô Deus (miſericordiæ) quæſo ſana eam, rogo. quod & obtinuit. Oportet ergo qui vult operari per cabalã, eſſe rationabiliter intellectualem, vt ſciat diſtinctè cognoſcere nominum attributa, quod fit per rationem: alioquin nihil fieret. Aliter, & doctius, prędicta concluſio ſic declaratur. Cabala operatiua eſt poteſtatis plurimæ: & eſt altiſsimis plena myſterijs, & rerum pro-

fun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

fundiſsimam contemplationem ſecretiſsimarum complectitur, qualitatem, ſubſtantiam, virtutem, immo totius naturæ cognitionem appræhendit, & quomodo res inter ſe conueniant, & differant, & qualem occultam proprietatem cũ Diuinis attributis habeant, oſtendit. propter quòd mirabiles effectus, vniendo actiua paſsiuis proportionata, interuenientibus Diuinis nominibus, facere docet. Hæc eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum ad cõſumatiſsimæ philoſophię principia viam habens; philoſophia enim regulatiua diuiditur in phyſicã, quę docet eorum, quæ ſunt in mundo naturam, illorum cauſas, tempora, effectus, loca, modos, euentus. &c. in mathematicam, quæ docet nos tres dimenſiones, in terram, & in cęlum porectas; in theologiam, quę docet, quid Deus ſit, quid intelligentia, quid mens, quid Angeli, quid Demones quid anima, quid religio, quid ſacramenta, quid myſteria, qd virtutes theologicæ. &c. Haſce treis præcipuas, & ſingulariſsimas facultates operatiua cabala cõplectitur, vnit, & actuat: meritô igitur ab antiquis probatiſsimis viris ſumma, ſanctiſsimaq; ſcientia eſt habita: Inter quos fuit Zoroaſter, Triſmegiſtus, Mercurius, Plotinus, proculus, Orpheus Thracius, Appolinus Tyaneus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Pythagoras, Plato, & conplures alij phylosophi. De Hebręis multo excelentiores prę dictis. primus Abraham senex, porta lucis, ortulus nucis, &c. Quicunque igitur in hac arte studere affectat, oportet quod in physica sit eruditus, in qua rerum qualitates demonstrantur, & cuiusuis entis occultę proprietates aperiuntur: oportet etiam, quod sit in mathematicis inbutus. s. in stellarum aspectibus: à quibus virtus sublimis, & proprietas pendent: opus est præterea, quod in scientia theologali valeat, vbi immortales substantiæ manifestantur: quæ omnia dispensant, & administrant. Qui ergo talibus non pollebit scientijs, non poterit esse rationaliter intellectualis: nullum enim opus ab ipso extabit: quia non est aliquod opus verè magicum, quod hasce treis facultates non complectatur. Mirabilia huius artis non fiunt, nisi per vnionem, & actuationem eorum, quæ seminaliter, & separate sunt in natura, quod idem est, quod maritare mundum.

P. M. Qui operatur in cabala sine admixtione extranei, si diu erit in opere morietur ex binsica: & si errabit in opere, aut non purificatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

accesserit, deuorabitur ab Alza-
zele per proprietatem iudicii.

F.A. Quando quis Deo vocat, debet tota mẽtis attentione, & spiritus sursum ascendere, vt in missarum, ac diuini officij celebratione fieri debet, & nullatenus impertinentiũ phantasmatũ debet ingressum permitere accedens ad cultum diuinum, vt docet veritas dicens. neminem per viam salutaueritis. Et Eliseus seruo suo Iezi, idem præcepit, ad nos admonendum, vt per nullam quãque rem mentem nostram interrumpere debemus, nec cogitatione, nec locutione, nec sensu, nec verbo, nec opere: quia hoc est, extranei admixtio, siue impertinens: & qui diu in hac cõtinua sublimiorum contemplatione perstiterit; quæ quatenus profundissima mentis intentione animum incorporeæ sapientiæ coniungit, eatenus vehementioribus suis agitationibus ipsum seuocat á sensibilibus, & corpore, vt ait Plato, ita quod corpus quasi dissolui videtur, & talis sic perseuerans, moritur ex bisica, siue ex raptu, qui est animæ abstractio, & alienatio, & illustratio a Deo proueniens: per quẽ Deus animam a superis delapsam ad infera, & rursus ab inferis ad supera retrahit. & sic quasi semimortuus sensibus relinquitur. Et hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

eſt, quod Pythag. docet, dicens. Si tu relin quendo corpus in ętherem liberum tranſieris, eris immortalis Deus, huic mundo mortuus. Sic legimus Zoroaſtem, pythagorã, Socratem, Heraclitum, Platonem, Plotinũ raptu ſolitos ſe uocari; Et ſic multarum rerũ ediſcere ſapientiam. Apud Auguſtinum ſanctum legimus, prout ipſe narrat de ſacerdote calamenſi; Iacebat (inquit) ſimillimus mortuo ſine anhelitu: & cũ vreretur, & ſeccaretur, non ſentiebat. patet etiam de raptu multiplici ſancti Franciſci. Tanta eſt igitur animæ imperium, quando .ſ. ſuam naturam aſſecuta fuerit ita, quòd non fuerit ſenſuum grauata illecebris, vt virtute ſua non modo in corpore manens, ſed aliquando cõpedibus ſoluta extra corpus volitans ad ſupercęleſtem cohabitationem, vbi Deo quamproxima, & quamſimilima, Diuinorũ effecta receptaculum, diuino lumine oraculisque repletur: & tunc efficitur lumen Dei ſecundum cabaliſtas: Et enim ſecundum Ciceronem, quando peruenerit ad illũ ſtatum, qui ſupremus eſt gradus contemplatiuæ perfectionis, tunc rapitur ab omnibus creatis ſpeciebus. & intelligit, non per ſpecies acquiſitas, ſed per inſpectionem ad ideas, omniaque idearum lumine cognoſcit, cuius luminis Plato dicit paucisſimos in hac

vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

vita homines participes fieri. Attentio tantam vim habet in opere, vt secretiores theologi dicant nihil fieri posse per verba & orationes sine ipsa attentione, quam ipsi cauana כוונה uocant. Vnde est sapientum & commune adagiũ, quòd imaginatio facit casum: vt Auicena, & alij scribunt. Hinc Apostolus dicebat. Orabo spiritu: orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Vnde innuit, quòd nisi mens attendat, oratio cassa nullaque penitus est. Quamuis operando in sacris nobis obstet defectus istius attentionis, quia tunc deficit numerus & harmonia rõnalis in opere efficacissima. Magis tñ obstat quando opera domestica contrariantur sacris: sicut per Isaiam Deus protestatur, dicens· cum multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiam: quia manus vestræ plenę sunt sanguine. Si quis enim operatur in sacris contrariante alio opere, aut inatente, errat, & deuoratur (vt secretiores theologi dñt) ab Hazazele per proprietatem iudicij: proprietas iudicij est talis, ꝙ errantes in operibus diuinis, dantur in manibus Alzazel, seu Diaboli: qui virorum virga dicitur, vt habetur 3. Reg. vbi dicitur. Quod Salomon correptus fuit in virga virorum, & in plagis filiorum hominum: nam & si vt aliqui dicũt, Salomon sustinuerit aliquos ho-

stes

ſtes & inimicos: ſed nullus hoſtis eum infe ſtauit, neque ipſius domum dum viueret: Et lizet Razon, Adadehezer & Iereboham inimicati fuerint ei: nihil tamen ei nocuerunt, ut habetur, tertio Regũ corripere igitur in virga virorum & in plagis filiorũ hominum) vt Zohar aſſerit) eſt aliquem tradere in interitum Sathanæ ſecundũ cernẽ: vt ſpiritus ſaluus fiat. Sicut paulus Corinthium illum tradi iuſsit. Et ſic etiã (vt ipſe Zohar aſſerit) traditus fuit Salomon in dictionem Aſmodei: qui ipſum a regno eiectum per aliquot annos in deſerto detinuit. Vbi componens Eccleſiaſtẽ, dixit. Fui Rex in Ieruſalem: ac ſi tunc non eſſet. Sic & Nabuchodonoſor regno expulſus fuit: vt Daniel refert. Tunc enim Aſmodei effigiem & indumenta Regia indutus pro Rege iura reddebat. Hoc ſecretum reſerans paulus ait. Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diudi cans corpus domini. Confert igitur multũ in operibus Diuinis mentis attentio. nam intelligentię a grauaminibus corporeis ſolutæ ſola mente operantur: ſicut anima ſola voluntate & intentione mouet pro libito omnia corporis membra. Et ſi adextra per aliquod menbrum operatur, vtitur ipſo, tanquam inſtrumento: dum corporeo car-

cere

cere detinetur. nam si ab ipso corporis ergastulo absoluta esset, non indigeret instrumento alicuius membri: sed à seipsa operaretur. Operatur quoque in bonum consonantia ipsa, in malum verò dissonantia: sicut ex lupi præsentia tristatur ouis, quia dissonantiam eius sentit. Hinc est Hagarenorum adagium, quod amici flatus confortat: inimici autem perturbat. Et hæc est ratio quare simplices & idiotæ aliquando fortius operantur, quàm sapientes. Quia simplices magis diuino quã humano sensu ducuntur, & magis dispositi sunt ad suscipienda diuina charismata, & illustrationes. Hinc per Isaiam inquit Deus. Ad quem respitiã nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos. quia Deus est magis illius familiaris: dicente Christo. Confiteor tibi pater Domine cęli & terræ: quia abscundisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Requiritur ẽt puritas & purificatio in ijs, qui Deo seruire student, quod declarat Plotinus, dicens. si nondum cognoscis te pulchrum, & mundum, statuarium imitabere. Hic enim, vbi statuam optat pulchram, partim abscindit, partim quoque dirigit, & expoliturus abradit, partem leuigat, & abstergit: donec faciem in statua exprimat speciosam. Ita &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tu tolle ſuperuacua, obliqua dirige, obſcura purgando colluſtra: neque deſinas circa ſtatuam tuam elaborare, quouſq; diuinus virtutis fulgor tibi ſubrutilet. Si hoc ipſum euaſeris, ac purus iã habitaueris ipſe tecum, nihil habens impedimenti, neque duce amplius, iudiceque egeas: tunc ſolitarius effectus ingentẽ poteris aſpicere pulchritudinem. Oportet enim viſurum videndo cognatum ſimilemque effici. Et poſt multa concludens, dicit. Efficiatur igitur quis diuinus, pulcher, atque Dei formis, ſi modo Deum ſit, & pulchritudinem inſpecturus. Et ſi talis in cabala operans errauerit in opere, aut purificatus non fuerit ſecũdum ordinem datum à doctoribus, is traditur in manibus Alzazelis, qui & ſatan, dicitur: Sortitur enim varia nomina Diabolus, ratione diuerſarum tentationũ ab ipſo nobis illatarum: vnde Homerus, & Virgilius illum canem tricerberum vocant: a Dante verò cum tribus faciebus deſcribitur, ad ſignificandum triplicem tentationẽ, quibus vtitur nos tentando, & ex his varia ſortitur cognomina: quatenus enim ad auaritiam inducit, Mãmona dicitur: prout de ſuperbia Aſmodeus: prout verò ſtimulat pruritum carnis, Alzazel nomen illi attribuitur. Qui ergo in hac arte, operando errauerit,

is

is in carnis miseriã ab Alzazele inducitur. Et hęc punitio fit secundum hunc doctorẽ, per proprietatẽ iudicij, hoc est, pro vt Deus sic decreuit secundũ regulas Geburah mensurę Dei iustitiæ. hoc est etiam, prout Deus sic decreuit: aliter enim fieri nequit, nisi secundum decretum hoc definitum fuerit, vel permissum. Tradetur ergo in Alzazel manibus, tanquàm tortoris punientis, secũdum proprietatẽ iudicij determinati á Deo Geburah, Qui determinat, auarum tradi in potestate Mãmonæ: superbum in potestate Asmodei: carnalem, in potestate Alzazel: hæ sunt iudicij proprietates.

P.M. Per literam scin, ש, quæ mediat in nomine Iesu יש, significatur nobis cabalisticæ, quod tunc perfectè quieuit, tanquàm in sua perfectione mundus, cum iod coniunctus est cum vau וי, quòd factũ est in Christo, qui fuit verus Dei filius, & homo.

F.A. Nominis Iesu, literę, puncta, & accentus, magni sunt misterij, immô hoc etiam verũ fit de tota lege, non tam mosaica, quã euangelica, hebraice tamen notatis: quòd affirmans

mans Christus, ait. Iotha vnum, aut vnus apex non præteribit à lege. Nihil enim ibi inane ponitur: cuncta igitur diligenter spe culari oportet. Litera ad partem inferiorē, puncta ad mediam, accentus ad supremā pertinent. Iesu ישו autem nomen hęc tria in se includit, ideo perbelle paulus ait. In ipso est omnis sapientia. Litera igitur scin ש, in nomine Iesu posita, significat nobis cabalisticæ (hoc dico, quia nulli alij considerant tam diligente, diuina mysteria, sicut cabalistę) ꝙ tunc perfectè quieuit mundus, cum iod י coniunctum est cum vau, ו, Vnde nota quod multa mysteria continentur in nomine Iesu ישו, per numeros theologizando: Qui modus apud Hebręos est celebratissimus, vocitatus Ghemateriah (vt declaraui in loco suo) sicut & in alijs diuinis nominibus. Vnde hunc modum philosophandi prosequuntur pythagoras, plato & omnes Academici. prima enim litera ipsius nominis est iod, י, quę decem significat, & denarium illum celeberrimum innuit, qui est finis omnium numerorum: & cui debentur decimę tanquàm causę finali & beatificanti. Vltima verò litera est vau, ו quę senarium numerum reddit, numerum quidem perfectum: quo (vt Augustinus differit) creatus est Mundus: &

quæ

quæ arborem vitæ significat: illam videlicet vitam, de qua scriptum est. Ego sum vita. Media autem litera est scin, ש, quæ tercentum præstat. Et hęc innuit remunerationē, quę fit per centenarium ter complicatum: tres diuinitatis personas innuens: quarum visio est merces nostra. Hinc saluator de eo, qui ipsi perfectè adhæserit, loquens, ait. Centuplum accipiet: & vitam ęternam possidebit. vita enim æterna est diuinitas illa continens tres personas: quarū cuilibet respondet centenarium: adeò vt explicentur in trecenta, vnitati essentiæ counita: & collecta in illud vnum, quod omnibus summopere necessarium est: vt Christus dixit. Tanti est hoc nomen Iesu, vt pater audito eius nomine, statim concedat petita in nomine eius: quia per nomen Iesu ישו datur peccatorum remissio (teste Petro) Remissionē peccatorum accipere, per nomen eius. Et per ipsum habetur salus: vt ipse Petrus perhibet, dicens. Alibi: non est aliud nomē, datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: nisi videlicet istud. Tota etiam virtus diuinorum influxuum reperitur in nomine Iesu. Hinc ipse Christus per nomē suum tradidit Apostolis virtutem miracula & prodigia faciendi, dicens. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur

nouis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

nouis : & quæ ſequuntur. Quod nomen acquiſiuit ipſe operans redemptionem humani generis. ſicut Apoſtolus reſerauit, dicens. Humiliauit ſemet ipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Quieſcere ergo, ſiue quies, eſt vnio conuenientis cum ſuo conuenienti; qđ fit, cum res ſuum adepta eſt finem. Cum ſit ergo, qđ Deus noſter vltimus ſit finis; ideò quis tunc quieſcit, quãdo ſuo creatori Deo vnitur per fruitionem: ſed Mundus nunquàm quietem adeptus eſt iſtam, niſi poſt Ieſum; ideò in nomine illo ponitur ſcin, ש que eſt prima littera nominis Sabbath שבת quod quieſcere importat (vt ſupra dixi) et ſignificat quietem noſtram in nomen Ieſu, ישו, efficiendam: nam ante chriſti aduentum mundus haud in quiete fuit: patet; nã Deus primo Adam patrem noſtrũ creauit; qui non quietem, ſiue ęternam vitam tribuit, ſed mortem ſic, quòd potius nos mortificauerit, quàm viuificauerit. poſt eum venit Abraham; qui Dei cultum vnius erexit, ſed non perfectè nos quietos reddidit, at potius illi dictum eſt. In ſemine tuo benedicẽtur omnes tribus terrę, id eſt, in chriſto de eius lumbis venturo, benedicendę

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſunt, id eſt, quietandę, ſiue glorificandæ. poſt eum venit Moſes, qui ſcriptā dedit legem, at non quietem: propterea quod nemo iuſtificatur (paulo teſte) per legem: vnde hanc quietem reliquit Chriſto, quare in multis ſcripturæ locis de Chriſto loquitur. Deute. dicens, prophetam magnum de fratribus veſtris ſuſcitabit dominus similē mihi: ipſum audite. Alia validior auctoritas ponitur, Gen. A Iahacob prolate: Veniet Meſsiah, & ipſi congregabuntur: hebraicē יבא שלול, Iabo ſelo velo: horum capita nomen Ieſu ישו conſtituunt, ad ſignificandum quod quies facienda erat per Ieſum. Et hāc auctoritatem Iudæi negare nullatenus poſſunt: quia targom Ionathæ exponit de Meſſiah. Venit igitur Ieſus, & nos Deo reconciliauit: & á nobis originale, & actuale peccatum āmouit: tandemque cęli Ianuā primus aperuit: quia nemo aſcendit in cęlum primo, niſi qui deſcendit de cęlo, in incarnationē, videlicet, & ſine ipſo nemo poteſt illuc intrare, vt ait veritas ipſa; ſine me nihil poteſtis facere: Et Dauid, tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Et Chriſtus; ſi exaltatus fuero a terra (in cælum vz.) in die aſcenſionis, omnia traham ad me, per deſiderium. Vnde ait Augu. Fecisti nos domine ad te; & inquietum eſt cor noſtrum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

donec requieſcat in te: quia ſcilicet es noſtra quies; ſicut ipſe Chriſtus teſtatur, dicẽs Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Ducimur ergo per Chriſtum ad illum finem, propter quẽ creati ſumus. Conueniens igitur fuit, in eius nomine ſcin literam ש ponere, quietem ſignificantem. Alia litera huius ſanctiſsimi nominis Ieſu eſt Iod, id eſt, י quod (vt ſuprà vidimus) totam repræſentat trinitatem, vt oſtendat, quòd in Chriſto eſt tota trinitas, & diuinitas, vt ipſe ait; Ego in patre, & pater in me eſt. Et de ſpiritu ſancto ait Math. ſpiritus ſanctus ſuper me, eo qđ vnxerit me.&c. Alia litera eius noĩs eſt vau, ו, u, & ſignificat arborem vitæ, fontem vitę, panem vitæ, & ipſam vitam, vt ipſe ait. Ego ſum uia veritas & vita: Et Pau. viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. vnde locus Chriſti in cabala dicitur Tipheret תפארת: & eſt in medio Sephirot poſitus: & influit in omnes alias Sephirot vitam, & bonum influxum: ita Chriſtus omnibus communicat viuentibus vitam, & eſſe: & per illam viam, per quam a Deo eſſe accepimus, per eandem á Chriſto deducimur ad Deũ, qui & Tipheret ſeu pulchritudo dicitur: in quo (ſecundum paulum) viuimus, mouemur, & ſumus: & ſi per animam formaliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

viuimus; radicaliter tamen Tipheret, hoc est, in christo, tanquã in radice ideali viuimus. præsens vita, proprié non est vita; nã (vt ait Paulus) quãdiu in hoc mundo viuimus, peregrinamur a domino: Christus enim in nos vitam diffundit: sursum nos reuocat ad quietem: vnde propriè quiescere, est finem, ad quem conditi sumus, assequi; sicut lapis in terræ centro quiescit, tanquàm in loco sibi conuenienti: propter hoc Christus in Apoc. ait; Ego sum alpha α & omega ω. Et, quia ipse solus hoc facit, ideo hoc nomen Christo competit, & nulli alij. Ad propositum igitur, In nomine Iesu ישו, duæ literæ tetrag. יהוה includuntur, iod, י, videlicet quæ est litera patri competens (vt norunt antiqui theologi, vocantes ipsum patrem coronam supremam) & vau, ו, quæ est vita, designans filium. Duo verò he הה, significantia spiritum sanctum. (alterum in eò, quod est nexus patris & filij: alterum in eo quòd est opifex & medium, quo pater & filius se nobis communicant) mutata fuere in scin, ש, quod est principiũ Sabbat שבת, id est, requiei (vt dixi) Ad quã dandam venit Iesus. sicut ipse testatur, dicens. Venite ad me omues, qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. In cuius figura iubetur leuitici, ne ager seminetur

anno ſeptimo requiei deddito. Quia Deus tanti facit quietem diei & anni ſabbatharij: vt promittat dare fęcunditatem terræ duplicatam anno ſexto: vt expreſſe habetur in textu. Quod ordinatum fuit, vt in hoc ſeptenario obſeruaremus quietem, quã ipſe obſeruauit poſt mundi fabricam: & quam ſeruat in liberatione & remiſsione: quám ipſe facit anno ſabbatario. Quam remiſsionem Hebræi vocant Semitha שמטה à verbo ſamat שמט, quod ſignificat remiſit. Ordinata quoque fuit huiuſmodi requies, vt inde indicaretur millenarius ſabbatarius: in quo vt Iohannes inquit, ligato ſatana, omnes erunt ſacerdotes Dei & chriſti: & regnabunt cum illo mille annis, id eſt, æternaliter, in quiete, videlicet per hunc annũ ſabbatarium figurata. Et hęc eſt requies ſignificata per ſcin ש literam nominis Ieſu ישו, mediantem. Figuratur etiam requies iſta ꝑ annum Iobilei qui perficitur per quadratũ ſeptenarij. In quadrageſimo enim nono anno erat ſemitah שמטה prędicta, quod remiſsio interpretatur. Quia in hoc tempore Iobilei diuerſa fiebant. primo enim remittebantur peccata. Et hoc erat in quadrato ſeptenarij, memori remiſsiui. Et id fiebat quadrageſimo nono anno. poſtea liberabantur captiui & ſerui; & omnia ad pri-

ſtinos

ſtinos poſſeſſores reuertebantur. Et hoc fiebat anno quinquageſimo. Qui numerus protrahitur ex primo & vltimo circulari, quinario videlicet & denario: quando alter per alterum complicatur. Quinquies enim decem, reddunt quinquaginta: & è couerſo. Sicut enim planetę omnes completo ſuo curriculo, aliud eodem ordine incipiunt. Relictis autem alijs de ſole loquamur. Sol completo curſu per duodecim ſigna, iterũ eundem curſum repetit, & in qualibet repetitione, tota terra renouatur, noua dans germina, nouos flores, nouoſque fructus, adeò vt videãtur redire, & reſtitui omnia pdita. ſic completa ſupramundanorum ſyderum reuolutione ſequitur annus ſabbatarius. Et completa reuolutione quadrata, ſequitur plena reſtitutio, & renouatio omnium, quæ perdita & alienata fuerãt. Hoc enim diuinus ordo exigit, vt, quę æternitate gaudere nequeunt, ſaltem renouatione conſeruentur. Et hoc fit officio ſpiritus ſancti, propter hoc myſterioſe miſſus fuit ſuper Apoſtolos in quadrato ſeptenarij numeri, id eſt, in quinquageſimo die, vt per illum Apoſtoli anunciarent mundo Euangelium, id eſt, quietem vitę æterne, vt patebit in ſequẽtibus. Quieuit igitur mundus cũ iod cõiunctus fuit cum vau in nõie Ieſu.

P.M. Per nomen iod, vau, he, יהוה, quod est nomen ineffabile: quod dicunt cabalistæ futurum esse nomen Messiæ, euidenter cognoscitur futurum eum Deum Dei filium, per spiritum sanctum hominen factum: & post eum ad perfectionem humani generis super homines paracletum descensurum.

F.A. Nolebant antiqui patres secretiores theologi vt ait Rabbi Tarphon, & Rabbi Moses Aegyptius, & plures alij, qui scripserunt, secundum præcepta magistrorum, illud nomen Tetrag. cuiquã mortali ostendere, nisi admodum digno. Sic enim dixerunt, qđ non tradatur nisi humili, & ei, qui stat in dimidio dierum suorum, non iracundo non ebrioso, nec prauis moribus fędato, sed viro pacifico, & qui suauiter loquatur cum creaturis, & qui custodiat illud cum munditia: talis enim dilectus est sursum, & circa nos desideratus deorsum: & timor eius cadit sup creaturas. Et istud nomen est innominabile: non enim qualiter scribitur, profertur: nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

nā ſcribitur iod he vau he יהוה, profertur verò per Adonai. Hoc dicunt cabaliſtæ. Et ſi hoc nomen leuetur in mutationibus, hoc fit in duodenis reuolutionibus, & etiam in proprijs caracteribus ſimplicibus, ſic videlicet, יהוה, vel etiam in caracteribus integris ſic יוד הא וו הא, hæc fieri non poſſunt ſine magno deſcrimine vitæ: & debet fieri, ſiue proferri nemine audiente: quatuor tamen illę literæ non ſunt magnum Dei nomen nouiter nominabile, prout prophetauit Eſai: nomen nouū (quo ſcilicet ad prolationem) faciet dominus: non quo ad ſignificatum. Et hoc eſt nomē Ieſu ישו. Meſſiam vocari Tetrag. יהוה nomine patet p doctores Hebræos. Vnde Targum Rabbi Ionathæ ſic dicit. Ecce dies venient, dicit Dominus. Et ſtatuam Dauid Meſſiam iuſtum, & hoc eſt nomē eius, quod ipſi appellabūt eum, Deus יהוה (Tetragrammaton) iuſtus noſter. ſuper plantum Ieremiæ vbi dicitur. Quia elongatus eſt a me conſolator conuertens animam meam: Quod eſt nomē Meſſię? Rabbi Abba dixit. Deus יהוה (Tetragrammaton) eſt nomen eius. ſicut dictum eſt Ieremiæ. 23. Hoc eſt nomen eius, quo vocabunt eum, Deus (Tetragrammaton) iuſtus noſter. Dixit nanque Rabbi Leui. Fęlix ciuitas, cuius nomen eſt, ſicut nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Regis sui, sicut scriptum est Ezechielis vltimo, & nomen ciuitatis ex die, Deus (Tetragrãmaton) ibi. Et nomen Regis sui, sicut nomen Dei sui. vt dictum est, & hoc est nomen eius, quo vocabunt eum, Deus iustus noster. Hæc traditio. Nomen igitur Tetrag. יהוה futurum erat nomen Mesſiæ Iesu ישו; sicut ab Esaia prænuntiatum fuerat, dicente. nomen nouum faciet Dominus super terram. Et si Dauid de hoc nomine loquens dicat. In capite libri scriptũ est de me. Cui adstipulatur paulus dicens. Ipse est primogenitus in multis fratribus. et alibi Clarius. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. si igitur est omnibus antiquior, etiam nomen eius omnium antiquissimum esse debet. Dicitur tamen nouũ Messiæ nomen, quia nundũ in terris fuerat auditũ. per nomen etiam sæpenumero apud sapientes virtus Dei intelligitur: vocatus fuit Messias nomine nouo, quia venit cũ vtrtute noua nedum faciendi miracula (quia in nomine Tetrag. multa per Mosem & alios facta sunt miracula) sed cum virtute noua facilius & perfectius remittendi peccata, aperiendi cœlos, pacificandi omnia, quæ in cœlis, & quę in terris sunt, attrahendi omnia ad se, & multa huiusmodi faciendi, quæ nunquãm

alias facta fuisse leguntur. Et quamuis in nomine Iesu, desint illę duæ he חח nominis Tetrag. יהוה, non per hoc cadit à dignitate diuina: Nam Paulus horum sacramentorum consius, dixit. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Interposita enim fuit inter duas literas quadriliteri, loco duarum literarum pretermissarum, scin ש; Quæ litera (vt dictum est) Sabbat שבת, id est, requiei principium est. Et hoc in figura valde mysteriosa factum est. Vnica enim est litera tres habens ramos. Et hæc innuit personarum trinitatem in vna essentia. Quarum trium personarum virtus in Iesu habetur conclusa: non tantum ex Augustini sententia, dicentis. Opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, sed ex sacris oraculis. Dixit enim Gabriel. Virtus altissimi obombrabit tibi. Ecce pater. Et expresse spiritus sanctus superueniet in te. Quorum scilicet virtute paries filium, qui dicetur & erit filius Dei: nam cum ipso semper fuit pater. Iuxta illud. Qui me misit (pater videlicet) mecum est. Fuit quoque semper spiritus sanctus. sicut dictum est Iohanni. super quem videris spiritum sanctum descendentem & manentem, hic est, scilicet filius Dei & Redemptor qui baptizat in spiritu sancto, quem sup.

mis-

missurus erat in pentecoste, vt patuit in prę cedenti conclusione. Etiam (vt supra vidimus) in hoc nomine sunt duo he ה, in scin ש inclusa; & est iod, י, & vau, ו, per primum he ה, signatur vnio patris & filij, ęterna à spiritu sancto facta per mutuum amorem: quia he ה est sigillum Binah, loci spiritus sancti: per secundum he ה significatur: quod Christus Dei filius vniendus erat cum homine per assumptæ humanitatis vnionem. Iod י, est sigillum chocmah loci filij Dei, & in se continet totam trinitatem, siue diuinitatem. Concludendum est ergo quod Iod he vau he יהוה, est nomen Messię, id est, Iesu: Quapropter Christus in diebus carnis suæ dixit. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et post suam carnis resurrectionem, ait. In nomine meo demonia eijcient, & quæ sequuntur silentio prætermittit nomen magnum: in quo Moses, & cæteri prophetę vsque ad Christum miranda operabantur. Non arrogauit hanc sibi rapinam, vt se arbitraretur æqualem Deo esse. Hoc rectè egit: quia sensit magni nominis virtutem, à patre sibi donatam, atq; in proprio nomine suo conclusam. Dedit itaque potestatem hominibus: qui miracula perpetrarent, loquerentur linguis, & huiusmodi; quæ fiebant in

virtute

virtute nominis magni Tetrag. Sed hoc nostro temporis curriculo à Iesu citra portare debemus ipsius Iesu ישו nomen in corde, & consequenter magnum Dei nomen יהוה, in ipso nomine Iesu inclusum. Et hoc est qđ dicit Auctor, quod in virtute huius sanctissimi nominis, spiritus sanctus est descensurus ad humani generis perfectionem, vt testatur ipse Christus dicens. spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo &c. Et hoc factum est in die pentecostes: propter quem pusillanimes apostoli, mulierũ verba pauentes, audaces facti sunt, non timẽtes principum verba, nec minas, nec verbera, neque necẽ: immò gaudẽtes, ibant ad mortem, nihil principum iussa timentes: quoniam digni sunt habiti pro nomine Iesu cõtumeliam pati, propter scilz spiritũ sanctũ receptum: amor enim foras mittit timorẽ: quia, moriendo, vitam acquirere putabant: quoniam Christus est vita nostra, teste Dauid. Apud te est fons vitę, ratione cuius ponitur vau, ו, qđ est sigillum arboris vitæ.

P.M. Ex mysterio trium literarum, quæ sunt in dictione Sabbath שבת possumus interpretari cabalisticæ, tunc sabbatizare mundum, cum

Dei

Dei filius ſit homo: & vltimo futurum ſabbatum, cum homines in Dei filium regenerabuntur.

F.A. Sabbatum idem eſt, quod requies: in hac enim dictione ſcripta hebraice שבת ſunt tres literę: primo eſt beth ב quod eſt ſigillum ſummę ſapiẽtiæ chocmah, quę & filius dicitur Dei: et eſt thau ת vltima litera alphabeti hebraici, rationem finalem deſignans: reliqua eſt ſcin ש litera, huius principium dictionis Sabbath, id eſt, requiei. Apud cabaliſtas prima dictionis litera totã ſignificat dictionem, vti & apud nos, c, valet pro cętera, &, i, pro ideſt. ſcin ש, ergo litera dictionis Sabbath, totam dictionem ſignat. Si igitur hoc totum taxatur, hoc importat, ſapientia, vel filius Dei eſt finis, & requies: quæ pręcipuè Chriſto conuenit, ſicuti probat Paulus, cum Hebręis diſſerens, Dauidis afferens dictum; Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra &c. nam, ſi Moſes eis requiem pręſtitiſſet, nunquam de alia loqueretur: hac die itaque relinquitur Ieſus ſabbatiſsimus populo Dei, qui ingreſsi ſunt, aut ingredientur in requiem eius:

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

in qua ipse quiescit. Festinemus ergo in requiem illam ingredi. Hanc Apostoli authoritatem sequens Augustinus contra Manic. dicit. In Christo enim tanta requiescit plenitudo diuinitatis, vt omnia, quæ in antiqua lege diuersissimis partita rationibus videbantur, multigenis sacrificijs, quam plurimis præceptis, inexplicabilibus cæremonijs, hoc vnico absoluuntur fine, christo Iesu: qui (vt ipse Apostolus ait) Est fidei author, & consumator; & in quo omnia consumari, & quiescere debent. Quæ requies in hoc continuo motu, & peregrinatione vitæ huius haberi non potest, ideo inquit Paulus. Festinemus ingredi in illam requiem, quæ est cœlestis patria, & vita æterna, quæ datur a Christo, vt ipse testatur. Ego veni vt vitam habeant. Et alibi. Ego vitam ęternam do illis. Et, vt se uitę obiectum ostendat, subinfert. pater meus, quod maius est omnibus, dedit mihi (scilicet essentiam) vt obiectum in quo omnes beari debent. Et alibi. Hæc est vita æterna, vt videant te Deum, & quem misisti Iesum Christum. Christus ergo est verum sabbatum: ideo ait. Venite ad me omnes,

qui

qui laboratis, & onerati esti, & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris. In vltimo maximè finali iudicio hoc verificabitur, cum Christus vnicuiq; secundum opera propria, reddet. Et tunc secundum hunc Doctorem regenerabimur scilicet per reassumptionem carnis gloriosæ. Et tunc regenerati sunt, nedum Israelitę, sed etiam cęteri homines. Vnde Dauid canit. In omnibu; gentibus salutare tuum: Ideò confiteantur tibi populi omnes. Et Apostolus. An Iudæorum Deus tantum? nonne & gentium? Et clarius posteà. nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Vnde ad hoc referandum ipse Apostolus adducit illud Osee. Vocabo non plebem meam, plebem meam. Deus enim nō suum populum fecit suum: quia regenerauit etiam eos, qui non erant ex plebe sua, & fecit vernaculos suos & de domo Israel. Nam Israel significat hęredem Dei, aut militantem sub Deo. Hic omnes per baptismū regenerati meritò domus Israel dici possunt. Vnde Christus per vniuersum mundum destinauit Apostolos, vt prædicarent, docerent, & generarent omnes meliori genitura: sicut scriptum est. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et sic Christus

ſtus dans virtutem regenerandi omnes, dicitur vniuerſalis pater & Iudex, primariumq; omnium fundamentum. Et in hac regeneratione aliquid noui producitur, non corpus, non anima, nec tertium illud reſultans ex vtroque, ſed vnus ſpiritus: Iuxta illud prophetæ. cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. ſi .n. in penitente fit renouatio & creatio quędam noua, multo magis in regenerato. ſpiritus enim differt ab anima, vt dicit Auguſtinus, de ſpiritu & anima. Vnde per virtutem ſermonis Dei (vt ait Apoſtolus; ſeparatuſ ab ea. Inquit enim, quôd ſermo Dei pertingit vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus. ſpiritus itaque in regenerato, aut renouatur, aut de nouo producitur. Iuxta illud Apoſtoli. non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Ipſe enim ſpiritus de nouo generatus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei per iſtam nouam regenerationem, ſicut Iohannes ait. Et in ſignum regenerationis iſtius. Regnum promiſſum Iſrael, datum eſt gentibus. Quia lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli. Et hoc aſſignatur à ſumma veritate in cauſam verbi ſubſe-

quenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quentis, quod est. Auferetur a vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructum. Etiã quia regnum temporali promissum fuit illis, qui erant in figura & secundum carnẽ: regnum autem ęternum omnibus, qui in Christo Iesu pie viuere volunt. Fili ẽt regni secundum nomen ij sunt, qui habẽt insigne Abrahę, id est, circuncisionem: aut insigne Christi, quod est baptismus: Filij autẽ regni secundum veritatem sunt ii, qui in veritate adhęrent summo regi Christo. Vnde ipsemet Christus a centurionis fide propulsatus ait. Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham Isahac & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Misit igitur Deus filium suum vnigenitũ (inquit Iohan.) vt omnibus salutẽ daret, & quietẽ, & vt faceret non plebem suã, plebẽ suam. Quia vult Deus omnes saluos fieri. Fuit igitur regeneratus & renouatus homo in aduẽtu Christi: sicut ipsemet ait. Oportet vos nasci denuo. nam sicut olim homo genitus fuerat a patre terreno secundum hominem animalem: Ita regenerari debuit à patre cęlesti secundum hominem spiritualem & cœlestem: Iuxta illud Apostoli. primus homo de terra terrenus: secundus homo de cęlo cęlestis. Qualis terrenus, tales & terreni:

qualis

qualis cęlestis, tales & cęlestes. Et quamuis anima nostra producta fuerit a Deo omninm formarum datore, productione communi, quam naturalem vocant: sicut & bestiarum animæ productæ fuerunt: Non sufficiebat ad hoc, vt hæredes Dei, & cohęredes Christi essemus. Ideò oportuit nos renasci, & filios Dei fieri: vt ipsius Dei idonei hęredes essemus. sabbatizauit igitur mũdus, quando filius Dei factus fuit Homo: nam tunc totus mundus assecutus est suum finem, id est deificatus est. nam homine facto Deo, omnes creaturę factę sunt Deus: cum homo habeat esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis (secundum Gregorium) Ideo deificato homine, deificata sunt omnia creata, sabbatizata, & quietata. secũdo sabbatizabit mundus in iudicio, quando vniemur cum Christo capite nostro, ꝑ amorem, & fruitionem, vt ipse Christus testatur dicens. Volo pater, qđ sicut ego & tu vnũ sumus, ita & isti vnum sint in tę, per vnionẽ charitatis & amoris. Et hoc significatur per literam scin, ש quę componitur ex duabus he ה, talem vnionem significantibus, vt supra visum fuit.

P.M. Qui sciuerit, quid est vinum purissimum apud cabalistas, sciet, cur dixerit Dauid. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: et quã ebrietatẽ dixerit antiquius vates Museus esse felicitatem: Et quid significent tot Bacchi apud Orpheum.

F.A. Lac, vinum, & aqua, in sacra differunt scriptura: Lac enim semper in bonã accipitur partem: significat nanque rerum diuinarum intelligentiam, seu sapientiam: Et hæc fuit in Christo. De quo loquens Esai. ait. Butyrum, & mel comedet. butyrũ aũt nihil est, quàm lac coagulatum; ideô subdit, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Et Moses vice Dei ait. Dabo vobis terram fluentem lacte, & male. Vnde secũdum secretiores theologos, hæc promissio intelligitur de Diuina sapientia; eô quòd, secundum Hebręos prophetię, spiritus solum fuit in Hierusalem donatus, siue in promissionis terra. Euangelium item in illis partibus, primo fuit promulgatum, quod est verè sapientia patris. Et quamuis Daniel Babyloni hunc prophetiæ spiritum assecu-

tus

tus fuerit, hoc prouenit ex influxu Euphratis fluuij, qui transit illac; Et qui de voluptatis paradiso origenem trahit: & secū aliquam eius influxus partem differt. principaliter tamen talis prophetandi spiritus est in Hierosolymitis partibus, vt patet de omnibus prophetis, qui inde originem traxere. Lac igitur diuinam significat sapientiā: & mel gustum, ex sacræ sciprturæ intelligentia, habitum significat: nam legere, & non intelligere, nullum affert fructum. Lac igitur, & mel sunt semper assotiata. Aquę diuinam legalem significāt sapientiam; vnde p̄s. percussit petram, & fluxerunt aquæ. Hæc petra erat Christus: Paulo teste. petra autem erat Christus, fuit enim lex data à filio Dei, & ab ipso pendet, cum primo esset in illo (secundum Augustinum) anteaquám promulgaretur, vt supra dixi. percusit ergo Moses hanc petram, Christū petendo supernorum notitiam, scilicet theologiam primam, seu euangelium. Et fluxerunt aquæ inferioris theologiæ, hoc est, notitia legalis. petra Christus illis aquam dedit, notitiam videlicet tebernaculi construēdi, & sacrificiorum offerendorum, &c. nobis verò lac tribuit, sacram scilicet theologiā siue apertam, & claram illorum cæremoniarum denique notitiam, et, sicut lac est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

aqua dulcius, ac nobilius, ita euãgelium est perfectius, & suauius lege Mosaica. Nam ex ore Dei processit euangelium. idem Dauid, hoc anhelans lac euãgelij, dicebat. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauum. non loquebatur de mosaica lege, quæ dura, & aspera extabat. Vinum in scriptura sonat in malum. Vnde Loth inebriatus cum filiabus concubuit. Noe hausto vino uerenda monstrauit. Doctor tamẽ iste laudet ipsum vinum quod duplex est. vnde Dauid loquens de proprietate vini dicit. Vinum lætificat cor hominis (secundũ prophetam) non loquitur de vino illo, quod nazareis & sacerdotibus sacra peracturis interdicebatur. Hoc enim exhilarans cor ipsorum lætitia quadam corporea atque venerea, distrahebat eos a lętitia contracta & saturnia: qua veri amici Dei solent cum ipso Deo oblectari. sed de illo vino est sermo, quod effigiat Christi sanguinem in remissionẽ peccatorum effusum. A quibus peccatis exoneratus homo, ea lætitia exultat, cui similis nõ habetur. Hinc Dauid, dũ esset in peccatis, dicebat. Redde mihi lętitiã salutaris tui. Qua lætitia etiam oblectantur Angeli, qui (teste summa veritate) gaudent sup̄ vno peccatore pęnitentiam agente. Loquitur etiã de vino illo in domo patris ęterni sumendo: de quo

summa

summa veritas ait. Amen dico vobis nō bibā genimine vitis: donec bibam illud nouū in regno Dei: Quo ēt vino inebriantur sancti, sicut summus pastor omniū dixit. Donec bibam illud nouū in regno Dei. Et illud erit vinum conuersum in sanguinem Christi, quem bibemus, sicut & manducabimus panem conuersum in corpus eius, cum viuemus in patria, meritis & vita acquisita ab ipso Christo: qui corpus & sanguinem pro salute nostra tradidit. Et vinum illud nouum stillabit ab illa vite, quæ ait. Ego sum vitis, & uos palmites, qui manet in me, & ego in eo. Et hic videlicet sentiet cibum & potum, quo vtor in symposio patris mei: in cuius pignus & arrham tradidi corpus meum & sanguinem in cibum & potum.
Hinc ipse propheta Dauid subinfert. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et sicut hoc inferius vinum plus æquo sumptum nocet, quia vnumquodque nutrimentum & oblectatio non minus in proportione, quam in re ipsa consistit. Hinc cibus disproportionatus natura vel superfluitate nocet, pari modo sol sua luce & calore confortat: nimis verò nocet. studium quoque, vnde prouenit cognitio veritatis, est iucundissimum (adeò vt Lactantius dicat. Nullus suauior est

animæ cibus, quàm veritatis cognitio) nihilominus ſuperfluè & vltra vires frequentatum ad nocuam atramque bilem conducit. Sed quid dicemus de vino ſpirituali & cęleſti: quod ſummitur vſque ad vomitum. Iuxta illud. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Hæc quippe eructatio non erit ex nimia ſuperfluitate, ſed ex lętitia & iucunditate cordis, illa ſuauitate debitè repleti. nam & ſpiritualia conueniẽti menſura donantur. Iuxta illud. Vnicuique ſecundum propriam menſurã. Et Deus in Iſaia promittit dare hoc vinum & lac abſque vlla commitatione: quia bonorum noſtrorum non indiget (vt in pſalmo dicitur) ideò gratis dat. Etiam quia Diuina & ſpiritualia vendi non poſſunt, nec debent. Hinc Chriſtus gratis aquam obtulit in templo, & in cęna nouiſsima, prę magna munificentia ait. Accipite & bibite ex eo omnes. Et Deus ſæpius promiſit patribus dare terram, lac & mel fluentem. Quod lac eſt (vt dixi) ſapientia rerum diuinarum ad aſſequendam hanc propoſuit Salomon ſe abſtinere à vino Ecc. 2. Quia non contentus ſapientia rerum inferiorum per vinum ſignificata (quam petierat ad regendũ populum nulla prorſus de rebus Diuinis ac ſuperioribus mẽtione facta) cogitauit ad me-

liorem

liorem ſapientiam ſe transferre. Cum qua ſapientia, quia non conuenit hęc rerum humanarum peritia. Hinc propoſuit ab illâ ſe abſtrahere. vt liberius ad meliorẽ tranſuolaret. Ideo in canticis ait. Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino: Cui reſpondet ſponſa dicens. Veni in hortum meum, & dabo tibi vbera mea. Quod ſapientię genus lac denominatũ cum non poſsit haberi per ſtudium, ac diligentiam humanam, ſed per Diuinam reuelationem: quæ fit purificatis, raptis & mente ſubleuatis. (Quem exceſſum antiqui theologi vocant mortem oſculi: Ideo flagitans ipſe Salomon huiuſmodi oſculum) dicebat. Oſculetur me oſculo &c. quia videlicet melius eſt lac propinatum ab vberibus excœlſis, quàm vinum, ideſt cognitio rerum inferiorum. Per vinum igitur intelligitur ſapientia rerum inferiorum: per lac autẽ ſapientia rerum diuinarum: & per mel guſtus ipſius ſapientiæ. Quę quidem ſapientia tanto melior eſt, quanto lac & mel meliora ſunt vino. Vinum enim ex vite procedit, lac verò ex animali, & mel ex ape. Quæ omnia meliora ſunt plantis. Vinum tamen duplex eſt, ſcilicet purum, & mixtũ: primum eſt ſapientia, quæ de Deo habetur ſine admixtione erroris: & hoc eſt vinũ

purum, & laudabile, non illius quidem sapientiæ superioris, quę a chocmah procedit. Et in scriptura lac dicitur, quod paucis datur; vinum verò pluribus. de hoc in canticis inuitat accipere, dicens. Bibite amici mei, & inebriamini. Et ps. Calix meus inebrians, quám præclarus est. Quem calicem propinans in die pentecostes adeô inebriauit Apostolos & discipulos, vt putarent homines, qui aderant, eos esse tumulentos: Ebrij quippè eran, & pleni illius vini: quod veré cor hominis lætificat. Et Græcè dicitur paracletus, idest, consolator. quod degustans Petrus in monte Tabor, dixit. Domine bonum est nos hic esse. Item Paulus degustans, ait. Cupio dissolui, & esse cum christo, vt illud melius, & nouum bibam in domo patris eius. Dauid, gustato hoc vino, cæteros inuitat, dicens. Gustate, & videte; quoniam suauis est dominus. Hoc vinum amoris gustarunt martires ita, quôd ebrij ad mortẽ currebant, vt citius illud melius degustarent. Et hoc vinum exprimitur ex vite christo; qui dicit. Ego sum vitis vera. Et vinum venit á Tipheret, qui est christi locus, & virtus eius. Et Moseus poeta, & theologus Gręcus ponit felicitatem in huius purissimi vini gustu. Vinum mixtum cum errore est ma-

lum

lum: quod patet in Solomone: qui primo lac bibit purissimę sapientiæ, vt patet in canticorum canticis: miscuit tamen inferiorem sapientiam rerum creatarum cum lacte Diuinę & superioris sapientiæ: quia post assecutionem diuinæ sapientiæ lactis, omnium spirituum immundorum potestatem concupiuit habere, & maximè Asmodeum demoniorum principem captum appetijt: Et hoc duabus cum foueis, vna lactis plena, & altera vini: nam post supernorum agnitionem per lac designatam, didicit artem notoriam siue magicam per vinum designatam: ideo ait. Miscui vinum cum lacte meo. Et in hoc Solomon ab Asmodeo fuit captus, eô quòd genua curuauerit coram Baal, ab ipso addiscendi hanc artem auxilium petendo: quam ob causam in carne, non in anima fuit punitus: sicuti Deus patri suo Dauidi, promiserat dicens. Si peccauerint filij tui, percutiam eos virga virorum, id est, per tortores Demones: qui & in scriptura dicuntur virorum virga, id est, flagellum in carne tantum, vt dicit Rabbi Beniocai in Elzohar. Et Paulus corinthum, qui cum nouerca concubuerat, tradidit ui Demonis in interitum, vt spiritus eius saluus fieret. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

propter hoc Solomôn fuit regno priuatus, quandiu ab Asmodeo fuit possessus; sicut & nabuchodonosor, vt patet Ecc. vbi ait. Fui Rex in Hierusalem, &c. fui dixit: quasi dixerit; quandoque eiectus fui. & ad se reuersus ait. Deum time, & mandata eius obserua. Ideo de talibus loquens Deus Deut. ait. Vinum vuę bibent amarissimum: nã sicut lac cum vino mixtum, cito corrumpitur, & putrescit, sic & isti. Dicit igitur conclusio. (Qui sciuerit quid est vinum purissimum apud cabalistas) quod (intellige) est sine admixtione erroris: & est ex parte Gheburah (sciet cur dixerit Dauid; Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ) id est, tipheret: quæ est domus Christi. ad quàm Dauid in illis verbis sermonem dirigebat. Et est domus Iacob, in qua Christus regnat, vt Gabriel dixit Mariæ (et quàm ebrietatẽ dixerit antiquus vates Muscus) qui dixit omnes beandos fore in tipheret, qui est christus: quod confirmat ipse, dicens. Ego vitam ęternam do eis (& quid significent tot Bacchi apud Orpheum) omnia mundi entia aliqua ex superis numina fauentia sibi habent, & præsidentia, vt puta, ventis pręest Eolus: Blado, Ceres; terræ ops: mari Neptunus. Inferis Vulcanus: vino autem præest Bacchus. Et apud Orpheum sex

Bacchi

Bacchi inueniuntur, id eſt, ſex proprietates vini tipheret: Ipſe nanque tipheret, influxum continet ſex inferiorum ſephirot, per quas beandi ſumus ſinguli.

P.M. Qui coniunxerit Aſtrologiam, cabalæ, videbit, quod ſabbattizare, & quieſcere cõuenientius ſit poſt Chriſtũ die dominico, quã die ſabbati.

F.A. Sabbatũ diligenter cuſtodiri pręcipitur, adiunctis grauibus contra transgreſſores cõminationibus, vt patet in Exodo. quia ad honorem maieſtatis diuinę pertinet, qui in ſabbato potiſsimè Deo exhibetur, Et quia Deus omnia præcepta tradidit in beneficiũ noſtrum, ſatis eſt, per quietem in ipſo die ſeruatam, ipſi Deo aſsimulemur. Cuius quidē aſſimulationis Deo ſemper cura fuit. Quamuis in alijs pręceptis non tam clarè exprimatur ratio, quàm in iſto. Ait enim legislator. Quieſcite in die ſabbati, ſicut requieuit Deus in die ſeptimo ab omni opere, quod patrauerat ſex diebus. In ſabbato nempê, homo ab omni negotio & cura diſtrahēte liber per ſacrificia & orationes erigebatur in Deum; cum quo domeſticè

agens sanctificabatur, & semidiuinus efficiebatur. Et quod illi in septima die sabbati obseruabant, in prima sabbati obseruamus nos. Tam acriter igitur puniebantur q sabbatum violabant: quia pręceptum hoc pertinet ad primam tabulam, contra cuius præcepta facientes habentur tanquàm rei criminis lesæ Maiestatis. Et ideô blasphemus iubebatur lapidari, & omnis idolatra penitus exterminari. Etiam adultera lapidari iubetur, quia peccat contra primā tabulam dum iniuriam facit copulę in cęlo factę iis, supernis. quorum matrimonium hoc sacramentum magnum est, vt apostolus docet. Violantes etiam sabbatum acriter puniebantur, quia præceptum hoc maximi momenti erat. Vnde non sine causa huic solo pręcepto præponitur momento. nam obliuiscens diei sabbati, obliuiscitur proprię salutis. nec præponitur memento præcepto cultus & amoris Dei, quia ille debet esse continuus. sed obseruantia sabbati prætermittebatur in sex diebus operis. Hinc admonebatur populus vt relictis negotiis quantumuis vtilibus Dei & propriæ salutis recordaretur. Et lapidantur isti, quia contra huiusmodi (ait Abachuch) de populo suo. Lapides de pariete clamant. Sed etiam hoc parum est, respectu

illius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

illius, quod dicitur in ſententia contra eum lata, quòd anima eius debet perire vel incidi (vt literæ veritas habet) de populo ſuo. Cum hæc ſit vera excommunicatio & abſciſſio menbri putridi, & irremediabilis facta non ab homine, ſed á Deo ſabbatum tranſmutatum eſt in dominicam diem apud chriſtianos: Quia ſic Petrus iuſsit vt dicunt canoniſtæ: cui & Paulus conſentire videtur, dicens. nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut patre diei feſti, aut neomeniæ vel ſabbatorum, quæ ſunt vmbræ futurorum. Sed cum nihil abſque ratione fecerit, nec apoſtoli, id meritô voto feciſſent, niſi aliqua ratione ducti fuiſſent. Rõ ergo legis immutatæ, eſt quia chriſtus eo die reſurrexit, & dedit initium nouæ vitę: quę eſt excellentior quiete, in ſabbato obſeruanda. Quieſcebant enim Iudęi ab omni opere corporeo ac ſeruili. ſed nos, qui datus eſt introitus in nouam vitam, & operationem, huiuſmodi opus operari debemus, de quo ait Apoſtolus. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Alia ratione hoc factum eſt (vt Paulus Oroſius ait) Iudicium fiet in die dominico, & conſequenter introitus in Regnum, quo tendimus. Et ideò hunc diem obſeruare debemus, vt iudicium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ac regnum præ oculis ſemper habeamus, maxime in die feſto, quo ſpiritualibus vacare debemus. Mutari igitur debuit ſabbatum, in lege & prophetis adeò celebratum. non quidem mutanda erat requies ſeptimi diei, qui ſabbatum dicitur. Sed abſque læſione legis mutabilis erat dies: vt docent etiam Rabbini Hebræorum. Nam de tali mutatione huius diei clare in Oſæa dicitur. Et ceſſare faciam omnem ſolennitatem eius. neomeniam & ſabbatum. Quòd nunc oculata fide videmus, experimẽtoque comprobamus. Et de meliori ſabbato in Iſaia dicitur. Et vocabis ſabbatum delectabile, vel delicatum, vt habet traductio vulgata. Quod quidem ſabbatum melius eſt priori ſabbato: & eſt dies, quam nos dominicam vocamus. Hebræi ſanctiſicando diem dominicũ ſeruarent legem cum nõ ſit indictus eis dies determinatus, ſed ſolummodo dies ſeptimus. Vnde ſententia eſt Hebræorum Rabbinorum, quod ſi quis in itenere eſſet, & diem ſabbati omitteret, incipiens à quocunque die, & ſeptimum ſanctificans, legem ſeruaret. Et ſic diem ſeruare poſſent, quem nos dominicum appellamus: qui eſt dies ſolis. Et ſi contendant dicentes, quòd ſabbati diem ſeruare debent, ſupramundano dedicatum Saturno, quem Binah vocant (vnde

annus

annus ſabbatarius & annus Iubilei, remiſſio quoq; & quies, poſſent etiam ſeruare, diem ſolis ſupramundani videlicet: vbi ipſi ſuum patrem Iſrael vel Iahacob immediate locant. vbi etiam eſt ſedes Meſsiæ, qui nouũ hoc ordinauit teſtamentum. Vnde dictus fuit. ſol iuſtitiæ a Malachia. Qui etiam ſolarem erexit Eccleſiam: in qua compræhendit hebraicam ſynagogam, ſaturniam & lunarem. De quarum vtraque ſimul canit propheta, dicens Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in ęternum. Vnde Hebræi tanto digniores eſſent in ſynagoga vel Eccleſia hoc ſolari, quanto ſol perfectior & dignior eſt luna. Conuenientiſsime itaque hic Saturnius dies, qui ab Hebræis olim obſeruabatur, apud chriſticolas in ſolarem diem cõmutatus eſt. cum Religio chriſtiana a ſole archetypo vim & influxum ſuſcipiat: ſicut Hebræorum ſynagoga a Saturno. Ideò ipſi (vt dictum eſt) ſabbatum ſaturni diem obſeruabant: nos autem ſolis diem colimus. nam & inſtitutor huius religionis ſol a Malachia dicitur: non vtique hic nobis viſibilis, ſed melior, qui ab ipſo Malachia & ab Eccleſia ſol iuſtitiæ denominatur. Et hoc totum factum eſt, quia Deus in tota lege nihil aliud pretẽdit, quám nos ipſi creatori conformes fieri: vñ,

ſi quis toto ſuo conatu naturali, ſibi a Deo præſtito, in Deum tenderet, quamprimum ad perfectionis gradum perueniret: eòq; in habentibus ſymbolum, facilis eſt tranſitus. Homo autem Deo maximè conuenit, non ſolum per animæ imaginem, ſed p corporis compages: tot enim oſſa magiſtralia in corpus noſtrum poſuit Deus; quot affirmatiua in lege continentur pręcepta, videlicet, 365. vnde Dauid, Reuela oculos meos, ad cognoſcendum ſcilicet compagem corporis mei. ſequitur. Et conſiderabo mirabilia de lege tua .ſ. conformari corpori meo. Atq; , ad hoc melius faciendum, pręcepit Deus Exo. 20. vt ſabbatum cuſtodirent, hoc eſt ſeptimo die quieſcerent mundo, & Deo vocarent: quoniam tali die quieuit Deus; vt homo ei aſſimularetur. pro eius tamen clariori notitia, nota quod omnes mundi nationes tenentur ſabbatizare: hoc eſt, ſeptimo die quieſcere, Deoq; vacare: ſiue ſeptimus dies fuerit ſabbati, ſiue dominica, ſiue Iouis &c. vt, ſi quis ſolus in deſerto habitans, diem obliuiſceretur dominicum, huic ſufficeret vnum determinatum diem hebdomadæ pro ſeptimo ſibi conſtituere, illumque ſanctificare (ut ſupra dixi) Iudęi ſabbatum ſibi in ſeptimum conſtituere. Et ratio huius fuit (ut dicit Petrus Illia-

cus,

cus nam quęlibet secta duos habet planetas sibi fauentes. Iudæorum verô secta Lunam habuit, & Saturnum sibi addictos; ideò sabbatum Saturno deditum obseruabant & in fauorem Lunæ eorum festa attendebantur circa ipsius Lunæ plenilunium; sicut Mosi præceperat Dominus, vt Lunæ cursus attenderet, Christus verò nouam sectam cõstituens, religionem videlicet Christianam, dedit ei fauentes duos planetas Solem videlicet, & Mercurium supramundanos, id est tipheret Solem domum Christi: de quo dicitur; est sol iustitię Christus Deus noster. Et Mercurium: nihil enim est in his inferioribus, secundum Platonem de Rep. quin illud (cuius hoc inferius est sua imago) sit in superis, siue in cœlo supramundano: In eo enim sunt rerum veræ quiditates, vt puta, equi, asini: quod affirmat Iohan. in Apoc. dicens. Vidi equos: & serpentes, &c. in supremo scilicet mundo archetypo res enim quælibet visibilis suũ habet esse correspondens superiori mundo. Tres sunt mundi, supremus videlicet, medius, ac infimus, quod ostẽdit Iohan. dicẽs. In Mundo erat (scilicet Deus) archetypo, hoc est, in se ipso: in quo sunt idealiter omnes creaturæ. Sequitur, & mundus (infimus qui scilicet sumus nos quãdiu in medio mũdo degimus) eũ nõ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cognouit.homines enim non cognouerunt Christum dominum Deum, mundum supremum archetypum; cuius medius,& infimus mundus sunt eius vmbra: vt ponit Plato, exemplum de alligato ad columnã, qui nũquam vidit nisi lucernæ lumen post tergum lucentis: & per hoc solum videt vmbras pretereuntium. sicut ergo in hoc visibili mundo sunt septem planetæ materiales & visibiles: ita & in supremo sunt septem immateriales, & inuisibiles, vt patet de septem numerationibus; quibus septem Angeli subsunt, ab ipsis septem dimensionibus influxum recipientes; atque influentes in septem planetas inferiores: Et postremò in nos ipsi: nam(secundum Arist.)necesse est hunc mundum inferiorem elementarẽ superioribus lationibus gubernari: planetę igitur sectis dominantibus, sunt mundi supremi archetypi, qui dicuntur & dimensiones. Ad rem igitur. Ex quo lex scripta uenit à Binah, cui Elohim quiescit: & toties in mundi fabrica nominatur: et dicitur Saturnus supramundanus: et est Mosis locus: p quem ad 49.portam eiusdem Binah peruenit: & per illud lumen dedit legem: ideò sabbati diem sibi Iudæi asciuere: & ab ipsis sanctificatur; & in illo die quiescunt.nõ igitur sabbati dies à Iudæis in memoriam Dei

quie-

quiescentis sanctificatur, quia hoc non præcepit Deus; sed quod septimus sanctificaretur dies, qualiscunque fuerit ille. præcepit, etiam lunam ipsis suis in festis obseruare: nam luna supramundana dicta Malchut, eis fouebat, vt patet in porta lucis. Venit Christus, qui est Tipheret sol supramundanus. De quo Moses Deut. Orietur vobis sol iustitiæ, idest, christus, quod ipse approbans, dicit. Ego sum lux mundi, scilicet supramundana dicta tipheret: ideò in honorem christi diem dominicū pro septimo ad quiescendum, accipimus. Habemus etiam & fauentem nobis Mercurium Archetypū, dictum Iesod, vt infra patebit. Et quoniam quilibet planeta habet suum angelum sibi assistentem: quia Michael est Angelus, nobis fauens; ideò diem mercurij in peculiarem habemus. Dicit ergo cōclusio: Qui cōiunxerit astrologiam cabalæ, id est, qui applicauerit hanc inferiorem astrologiam superiori astrologiæ cabalę (qua Abrahā vsus est) clarè cognoscet, quod sabbatizare conueniētius fit post Christum die dominico, quam die sabbati ratione supradicta: et hoc applicando dies, & horas planetis archetypis eo modo, quo fit in astrologia hac inferiori. Quæ hoc modo fit: prima hora diei dominici attribuitur soli; quia sol tunc re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

gnat: propter quòd talis dies vocatur Sol secundę horæ eiusdem diei præest Venus: tertię Mercurius. quartę Lunę: quintæ Saturnus: sextæ Iupiter: septimæ Mars octauę iterum Sol. nonæ Venus, decimæ Mercurius; vndecimæ Lunę duadecimę Saturnus; decima tertiæ Iupiter decima quartæ Mars, decima quintę tertio Sol decima sextæ Venus, decima septimę Mercurius, decima octauæ Luna, decima nonæ Saturnus, vigesimæ Iupiter, vigesimę primę Mars, vigesimę secundę, quarto Sol, vigesimę tertię Venus, vigesimę quartę Mercurius. primæ horæ sequenti Luna præest: idcirco dies sequēs diē dominicum Lunæ dedicatur. Sic in archetypo regnant planetæ supremi, & influunt in inferiores planetas materiales: Hoc mō tipheret præest Soli, Lunæ Machut, Marti Geburah, Mercurio Iesod, Ioui Gedula, Veneri Nezach, Sabbato Hod. Et sic cōclusio remanet declarata.

P.M. Si dictum illud prophetæ: vendiderunt iustum argento: cabalisticē exponamus, nihil aliud nobis significat, quàm hoc scilicet vt Deus redemptor venditus fuit argento.

Apud

ɣ.A. Apud mortales preciosius est aurum argento, non tamē apud Deum in maiori habetur pretio; iuxta sententiam summæ veritatis, auro templum præferentis; quod illud videbatur ornare: in multis quoque scripturæ locis videtur argentum præferri. hinc Abraham præcipuus pater, non auro, sed argento emit sepulchrum pro se, & vxore sua, sacramentorum plenum. Et omnia pia in lege argento commutantur.& hoc, quia argentum est in dextra coordinatione: sicut est verbū, & sapientia Dei choemah: & sub ipsa est Ghedulah locus argenti, in misericordiam prætendentis. Aurum est in sinistra aquilonari Geburah; iusta illud Iob; Ab Aquilone aurum venit Dauid insuper paruipendebat aurum, respectu legis, dicens. Dilexi mandata tua super aurum, & Topazion. Vnde sapiens: nec cōparaui ei (scilicet sapientiæ Diuinæ chocmah) lapidem prætiosum, (tendentem videlicet in Aquilonē Geburah) Aurum igitur significat iustitiā, argētū vero pietatē pp hoc ī lege ꝓhibetur fieri Deus, Deos argētos, quod argētū cū pietate cōuenit. & à loco pietatis emanat: vt innuatur nō esse facīēda idola sub ꝑtextu cuiuscūq; pietatis. Et idē ꝓhibet Exodi: ne faciamus illa sub ꝑtextu alicuius terroris. Vnde statim subinfert

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

neq; Deos facietis ex auro: quod á terroris loco ꝓcedit ab Aquilone videlicet, vt dicit Iob. Alius terminus declarãdus est iustus, q in triplici diferẽtia inuenitur: Est. n. iustus in lege, id est, custodiens legem. Alius est iustus, id est, iustificatus, vt dicit Paulus. Iustificati quidem per gratiã pacem habeamus per dominum &c. Alius est iustus, sine peccato existens, & alios iustificans, vt est christus, secundum ꝙ ait Iohannes. De plenitudine eius omnes accipimus. Atq; talis iustus est fundamentum mundi, vt ait p̃s. Et Paulus. Fundamentum aliud nemo ponere potest preter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Christus enim venit á Iesod, quod fundamentum significat: & ab illa dimensione venit creaturarum viuificatio, & nostra iustificatio. &, quãuis Elzohar dicat hunc iustum alios iustificantẽ fuisse Abraham: qui nouus homo venit cum nouo fœdere: tamen, cũ de futuro propheta loquatur, qui Abrahã posterior fuit; vel, si de præsenti immobili loquatur, puræ creaturę cõpetere minime potest: ideò verus iustus fuit Christus, alios iustificans: qui venit à Iesod, tanquam nostræ salutis fundamento. nõ negamus Abraham fuisse iustum, sed alios nõ iustificauit: immô per credulitatem in christo habitã, iustificatus fuit, vt dicit scriptura.

Credidit

Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, Dicit igitur concluſio (ſi dictum illud prophetæ) ſcilicet Amos. 2. (cabaliſticæ exponamus) ſcilicet accipiēdo argentum pro miſericordia, & pietate, & iuſtum pro fundamento mundi (nihil aliud nobis ſignificat, quàm ſ. vt Deus) dicit Deus: quia (vt vidimus) Meſsiah eſt Deus: & enim nomen eius Ieſus eſt nomen diuinitatis (Redemptor) quia venit à Ieſod, à quo vita procedit: ſic & Chriſtus vitam nobis donauit, vt ipſe ait. Ego vitam do eis (venditus fuit argento) id eſt, propter pietatem, quam erga nos ferebat (peccatores, qui eũ vendiderunt, argentum acceperũt, vt Iudas triginta argenteos) id eſt, remiſsionem pijſſimam ſuorum peccatorum. Argentum. n. ſignificat miſericordiam, mors chriſti vita nobis.

P. M. Si interpretationem ſuam aduerterint cabaliſtæ ſuper hac dictione hu הוא quæ ſignificat ipſum quod eſt, de trinitatis myſterio multum illuminabuntur.

F. A. Deus nēpê vnus eſt, ſicut habetur Deut. 6. vbi dicitur: Audi Iſrael, dominus Deus tuus: Deus vnus eſt. Et hoc dictum eſt, ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

error inuaderet quempiam audientem verba, quæ videntur innuere multiplicitatem in Deo. vt illud: Deus Abraham, Deus Isahac, & Deus Iahacob. Etiam cum audiuntur diuersa nomina quibus vocatur Deus, ut Elohim אלהים, El אל, Adonai ארני, Tetragram יהוה Sadai שדי, & huiusmodi: etiã cũ audiuntur, quæcunq; enumerationes, quæ Deo aut Diuinis attribuuntur. Cum Deus huiusmodi sit, vt nunquàm ab vnitate discedat per quascunque enumerationes in ipso factas. Nam omnia quæ in eo sunt ratione suę infinitatis adeô identificãtur, vt semper liceat, & debeat dici, ꝙ in eo omnia sũt vnum in quam sententiam non modo lex, & Thelogi nostri conueniunt, sed etiã Philosophi. Quod & rationibus probant. Hinc Aristo. Homeri sententiam prosecutus, ait, Entia nolunt malè disponi, ideò vnus princeps. Plato autẽ Parmenidem imitatus nõ tantùm dixit, ꝙ omnia, quę sunt in Deo, sunt vnum, sed omnia quæ sunt, inquantũ sunt in Deo vnum sunt. Et quamuis de cantet psaltes Deus Deorum Dominus locutus est. Vnus tamen est Deus per essentiam: multi autem per participationem. Quo sensu alibi dixit idẽ Vates Ego dixi, Dii estis, & filij excęlsi oẽs. Quod exponẽs Christus, dixit. quod Dii sunt, ad quos sermo Dei factus

ctus est nam denuò (ut Iacobus ait) genuit nos verbo veritatis. sunt ẽt Dii per participationem, & per chrisma diuinitatis: iuxta illud Iohannis. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Dicuntur etiam Dij per virtutis excellentiam, vt ait Aristo. in Ethi. Et sic dicuntur, quia vicem Dei tenent. sicut de Iudicibus in Exodo dicitur. Ad Deos vtriusq; causa perueniet, id est, iudices. Et propheta: Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat, id est, iudices qui malè iudicant. Quãuis igitur isti dicantur Dij participatiue, non tamen per essentiã, quia solus Deus fruitur hac gloria. Vnde Isaiæ 42. dicitur. Hoc est nomẽ meum: illud hoc, non est relatiuum, quia nihil ipsum præcedit, per quod illud possit referri. Igitur illud hu הוא significat, hoc vel ipsum quod est scilicet est nomen meum. Sicut in exodo dicitur. Ego sum qui sum (vt habet nostra cõmunis traductio) sum ille videlicet: qui sum á me ipso, & à nullo dependens. Sed vt mysteria secretiora tangamus (in hoc verbo hu הוא su sunt tres literę, quarũ vna aleph א v3, pertinet ad patrẽ tanquã eius sigillum: vau ו ad filiũ, he ה, ad spiritũ sanctũ eadẽ ratione, ut secretioribus Theologis notũ est. Itẽ aleph א ẽ cheter pater mittẽs filiũ. Vau ו est chocmah missus: He ה est Binah

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſpiritus ſanctus vniẽs naturam diuinam cũ humana. Et ſic hu הוא cabaliſticè expoſitũ, trinitatem includit. Et illud hu, eſt nomen Dei ab omni ratione extrinſeca remotum, ſignificans ipſum Deum in ſolitaria ſua natura, Hebraicè Enſoph אין סוף nuncupatum. Qui ſic conſideratus, hanc gloriam, ſcilicet eſſendi hoc ipſum à ſe, alteri non communicat: ſicut ſubinfert prædictus vates, dicens. Et gloriam meam, hanc videlicet, alteri non dabo. non quod inuidus ſit ille, qui eſt forma boni liuore carens: vt canit Boetius: nõ quippè eſt inuidus, ſed cõmunicat omne cõmunicabile. Hoc autem implicat contradictionem maximam, quod videlicet Deus ſit penitus à ſe, & alteri tradatur. nam qui ſub altero recepit, non poteſt eſſe à ſe. Immo pater nec filio, cui omnia dedit, hoc donauit: quantum ad perſonam productam, quæ non eſt à ſe, ſed a patre: ſed in eo, qđ eſt idem in eſſentia, eſt a ſe. cętera autẽ omnia ipſe filius ſe habuiſſe a patre fatetur, dicens. Omnia tradita ſunt mihi a patre meo. ſi autem tota trinitas intelligatur, ipſa a nullo dependet, ſed omnia ab eo: Ideo hoc nomen gloriæ hu הוא, eſt nomen trinitatis: Et hu, idem eſt ꝙ, ipſum quod eſt, ſcilicet a ſe. Quod nomen ſoli trinitati cõpetere poteſt. Manet igitur veritas concluſionis huius:

Quod

Quod cabalistę aduertentes interpretationē huius dictionis hu, de trinitatis mysterio multum illuminabuntur:

P.M. Qui coniunxerit dictum cabalistarum dicentium, quod illa numeratio, quæ dicitur iustus, & redēptor, dicitur etiam ze, cum dicto Thalmudistarum dicentium, q̄d Isahac ibat sicut ze, portans crucem suam, videbit, quod illud, quod fuit in Isahac præfiguratū, fuit adimpletum in Christo: qui fuit verus Deus argento venditus.

F.A. Si Deus enim secundum Amos prophetam, non facit nouum super terram, quin primo illud annuntiet p̄ prophetas sanctos suos, quanto magis decens fuit, vt Christi aduentus prædiceretur a sanctis prophetis, & pręfiguraretur a patriarchis: Fuit ergo multifariam a prophetis pręsignatus. primo a Mose, vt ait ipse Io. 5. Moses de me scripsit. Petrus & Paulus in suis actibus idem testantur, dicentes. Huic omnes prophætæ testimonium perhibent, remissionē peccatorū

accipere

accipere per nomen eius. & Luc. 14. incipiens à Mose interpretabatur illis in omnibus scripturis. Studuit enim Deus Diuina occultare mysteria, vt videntes non viderent, & audientes non intelligerent: & hoc propter eorum imbecillitatem, & indignitatem, prout prędixerat Esai. propheta. Doctor igitur iste intendit probare Christum, à multis prophetis fuisse prædictum: pro cuius notitia sciendum est, quod ze צא, addita litera nun, נ, reddit zon צאן, quod Ouem significat. Sciendum est etiã, quod nõ est res in mundo, quæ suum verius esse nõ habeat in Deo, ut ait Mercurius Trismegistus, & Marsilius Ficinus de cõsensu Platonis. Sciẽdum prætereà, quõd quęque in his inferioribus creata, suum habẽt esse ab aliquo planeta: à simili nostrum esse in Deo pendet à quopiam planeta supramundano, vt puta ab aliqua Sephirap. & sibi inuicẽ correspondent superiores, & inferiores planetę. Sicut ergo creata pendent ab aliquo determinato planeta inferiori: ita etiam pendent ab eo planeta superiori, tali inferiori planetæ corrispondente: & ita quælibet res locum quẽpiã possidet in archetypo planeta quopiã. & sic dicimus. Leonem esse in Gedulah, Ceruum in Tipheret: ze verò ouis est in loco vbi est zadic צדיק id est iustus: eisdem nã

que

que literis ſcribuntur, zon צאן ouis, & zadic
Et talis locus dicitur Ieſod Iſahac itaq; portans ze, id eſt, ouem, Chriſtũ pręfigurabat, qui ẽ in Ieſod, vt in ſuperioribus vidimus: non negatur tamen quin ipſe ſit etiam locatus in omnibus Sephirot, diuerſis attributis ſibi additis. Habet enim Chriſtus omnium Sephirot proprietates, ac attributa, ut ipſe teſtatur; omnia dedit mihi pater. Et Paulus complacuit omnem plenitudinem habitare in eo. Et Eſaias. Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, &c. Et alibi mulieres ſeptem (ideſt, ſeptem enumerationes) accipient virum vnum (Chriſtum) ſic enim exponit Origines Chriſtus ergo quatenus imolandus, erat in Geburah iuſtitia, prout per paſsionem ſuam fecit miſericordiam, eſt in Gedulah pietate: Ideo ait Iohannes. Chriſtus venit, non in aqua ſolum, id eſt, miſericordia Gedulah; nec in ſanguine ſolum, id eſt, in Geburah mera iuſtitia: ſed in aqua, & ſanguine, id eſt, in Tipheret aqua miſericordiæ, & ſanguine iuſtitiæ mixto. Nam Tipheret cõtinet virtutem, & influxum Gedulah, & Geburah. Et Iſahac eſt à latere aquilonari, ſacrificiis dedito, vbi ſanguis effunditur. Quatenus vero Chriſtus contulit nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

requiem gloriosam, est in loco Dauid voca to Malchut: prout tamen ipse fuit sacerdos Deo pro nobis seipsum in holocaustum offerens, est ex parte Aabraham, id est, Gedulah pietatis. Quatenus verò occisus est, fuit attinens ad Isahac, id est Geburah. Dicit igitur conclusio (Qui coniunxerit) cõiungere est in eodem aliqua distincta ponere, vt vnire illud; iustus, & redemptor, & ze, in Iesod (cum dicto Thalmudistarum dicentium, quòd Isahac ibat cum ze: Textus nõ dicit quôd Isahac portare ze, siue Ouem, ex quo ipsemet immolãdus erat: Thalmudistę tamen dicunt, quod ipse portabat ouem per voluntatem, scilicet: nam voluntariè in sacrificium se obtulit: agebat enim tunc. 37. annum: & pater eius senio confectus existens. 137. annorum: quare fortior patre extabat filius: dicit tamen textus, quod ibant parirer, non in membrorũ viribus, sed in voto (portans crucem suam) id est, ligna crucem significantia (fuit adimpletum in Christo) quia dicitur ouis, non per proprietatem, sed per similitudinem, & voluntariè se obtulit, vt ipse dixit; potestatem habeo ponendi animam meã, & sumendi eam. Et Abraham, patrem ęternũ figurabat, immolantem filium Christum; sicut testatur ipse pater per Esaiã. propter

scelus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſcelus populi mei percuſsi eũ. Iuſſum fuit Abrahæ immolari Iſahac in monte Moriah qui eſt in Ieruſalem, quæ iccirco dicta eſt viſio pacis, quia pax fuit oſtenſa pro mortalibus poſt oblationem Iſahac figurantis illũ, qui per ſanguinẽ ſuũ, pacificauit ea, quæ in cęlis & in terris ſunt: vt Apoſtolus ait. Et ad montem illum perrexit Abraham cũ filio. primo ſtrauit Aſinum, corpus videlicet, & hominem animalem, tanquàm indignũ tam ſublimi myſterio. ſecundo iuit cũ duobus iuuenibus, id eſt, duobus populis, pro quibus Iſahac in figuram offerebatur. Futurus. n. erat pater Iahacob & Eſau, Iſraelitarum videlicet & Idumeorum: pro quorũ quolibet impetrauit fauorem, oblatus in fauorem Chriſti, pro ſalute Iſrael & gentiũ, & pro ſalute hominis animalis & ſpiritualis immolati. Iuxta illud. Homines & Iumẽta ſaluabis Domine. Tertio portabat ligna, figurantia ligna crucis, in remedium peccati per lignum commiſsi. Quarto habet gladium & ignem: quem Ieſus venit mittere in terram, vt ipſemet teſtatur. Quinto applicuerunt die tertio: quo homo perfectè purificatur. Sexto, pergebant pariter, in uoluntate videlicet Hinc pariter meruerunt offerens & oblatus in figuram illius: de quo dictum eſt. Oblatus eſt, quia ipſe voluit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Et iterum. Sic Deus dilexit Mundum, vt filium suum vnigenitum daret Aries ille cornibus inter vepres hærens, fuit ab Angelo pręparatus (ut Zohar asserit) vt pro Isaac immolaretur. Et hoc in complimentum figuræ illius: cuius suprema portio (Diuinitas videlicet) per Isaac figurata: & pars inferior (humanitas videlicet) conditionibus & passionibus humanis irretita: qui pro peccato offerri consueuerat. Sicut & Christus pro peccato oblatus est. De hac oblatione dicitur Malachię. A solis ortu vsq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & vbique offertur nomini meo oblatio munda. Vnde præter populum Hebræum habebat Deus cultores, offerentes sibi oblationes mundas: Iuxta illud Iohannis. Multas oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Nā ouis ipsa, pro reliquis ouibus oblatus est. Loquitur etiam vates, futura prænuntians (secundum Hieronymum) tanquám præsentia, loquens de oblatione facta á Christo pro ouium salute: quæ quotidie commemoratur ab omni natione, quę sub cœlo est, dēptis Hebræis & Hagarenis in seruitutem (vt Paulus ait) generantis. Ad se enim Christus moriēs in cruce traxit sacerdotium Melchisedech Hebræorum, & omnium numinum: sicut ipse prædixerat. Cū exaltatus (inquit)

fuero

fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. eſt enim Chriſtus ſacerdos in æternũ, quia functus eſt ſacerdotio legali (cum non habeãt Hebræi neque templum, neque ſacrificium) perſeuerant ſacerdotes Christi: & vſque in ſempiternũ perſeuerabunt: quia hoc eſt nouiſsimum, & æternum ſacrificium & ſacerdotium: vltra quòd non erit aliud. Fungitur etiam ſacerdotio ſempiterno in cœlis, & ſi mortalem hanc vitam terminauit: ſicut apertè teſtatur Paulus ad Hebræos. Alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, eò quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium: Vnde & ſaluare in æternum poteſt, accedens per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Et iterum. Talem habemus pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis, ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri: quod fixit Deus & non homo: cœli videlicet. Diuino decreto humani generis redemptio per lignum facta: ſicut canit Eccleſia, vt qui in ligno vincebat, & per ipſum humanum genus infecerat, per lignum quoque vinceretur, & expiaretur homo. Et non fuit hoc, lignum aliquod cõbuſtibile: ſicut de cruce dicitur, ꝗ fuit compoſita ex cedro, cupreſſo, oliua, & palma. Sed quid hæc ligna ad ſalutem animarum. Igitur de lignis

illis est sermo, de quibus propheta canit. Et cedri libani, quas plantauit, scilicet pater æternus ne eradicentur: vt in Euangelio dicitur: Lignum enim & arbor eodem vocabulo dicuntur ab Hebræis hez עץ videlicet. Quarum arborum prima secundum æternam fœturam, fuit Adam, in quo vicit Diabolus, Secũda verò ratione fœturæ externę, sed dignitate, & decreto mentis Diuinæ prima fuit Christus in quo victus fuit Diabolus. Quod Apostolus clarè reserat, dicens. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Nã per Christum fuit data nobis victoria: per Crucem autem, tanquã per instrumentum & patibulum. Et hæc crux fuit torcular positum in vinea. Mat. 21. vbi Christus expressit vinum illud, sanguinẽ videlicet suũ preciosum, sicut inuit Isaias, dum inducit Angelos Christo ascendenti, dicentes (vt Dionisius exponit) Quare rubrum factum est indumentum tuum: sicut calcantium in torculari? Quibus respondens ait. Torcular calcaui solus. Nam solus ipse Christus sustinuit tormentum crucis in Redemptionem humani generis: nec voluit habere coadiutorem, ne aliis, sed ipsi soli redemptori teneremur. Hinc Paulus ait. Palàm triumphans illos, id est, de illis in seipso. Vnde ꝑ

bello

bellè crux fuit torcular: quia in ipſa totum vinum ſanguinis Chriſti expreſſum fuit. Et hoc eſt ꝙ dicit concluſio: quôd Iſaac ibat ſi/cut ze, ſiue zon, id eſt, ouis portans crucem ſuam. Et poſitus fuit in cruce Chriſtus ouis, tanquã ſignum, cui contradiceretur: ſicut Symehon prædixerat. Poſitus fuit in ſignũ, in quod omnes dirigere debẽt ſagittam in tentionis ſuæ: ſicut docet Apoſtolus, dicẽs. Curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorẽ fidei, & conſummatorem Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. Poſitus fuit in ſignum, & vexillum terrificum contra hoſtes humani generis: iuxta Iſaiæ. Leuabit Dominus ſignũ in nationes, & cõgregabit profugos Iſrael: vt videlicet ſub ipſo militent. Et paulo ſuperius. Ecce radix Ieſſe: qui ſtat in ſignum populorũ. Cõtradicitur autem huic ſigno ab iis, de quibus Apoſtolus. Nos (inquit) prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Quibus verbis omnia genera contradicentium cruci Chriſti complexus eſt. Laudatur tamen lignum illud crucis ſapientię 14. vbi habetur. Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia: quamuis pendens in ligno maledictus cenſeatur per legem. Deut. 21. Et hoc quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ipſum lignum eſt inſtrumentum iuſtitiæ di uinæ: quę bona eſt. Sic quoq; benedici po teſt ignis, quo quis torquetur, vt ſalutẽ con ſequatur. Iuxta illud Apoſt. Vniuerſisque opus quale fuerit, ignis probabit. Si cuius opus arſerit igni, detrimentum patietur: ip ſe autem ſaluus fiet. Ignis igitur cruciãs ma ledictos, alios purgat, vt ſaluentur. Benedi- ctum tamen fuit lignum crucis, in quod re- ducta fuit omnis Mundi iuſtitia, patiẽte pri mo homine ſpirituali, ad expurgandum de lictum primi hominis animalis: & in quo ip ſe homo ſpiritualis præbuit vim qua regene raremur omnes immaculati. Nam (ut Augu ſtinus ait) de latere Chriſti patientis: exiuit virtus baptiſmi, in quo regeneramur. Et ſi maledictus ſit, qui pendet in ligno, quia ſic lege ſtatutum erat. Et etiam quia (vt altius conſcendamus) ſicut omnis remunerandus benedicitur: ſic omnis puniendus maledici tur. Quod clarè diſcere poſſumus a forma ſententiæ quàm Chriſtus dixit ſe laturũ in extremo iudicio. Nam bonis dicet. Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Pu- niendis verò. Ite maledicti in ignem ęternũ. Cum igitur ſuſpendendus in ligno, eſſet cõ demnatus, conſequenter, & maledictus erat, id eſt, malo dicatus. Sed cum Chriſtus adiudicatus fuerit cruci, non tantum à Pila

to,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

to, ſed à pâtre æterno (ſicut ſcriptum eſt) filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptũ eſt, ſeu definitum eſt de eo, ideò videtur fuiſſe maledictus. Vnde ait Apoſtolus Chriſtus factus eſt pro nobis maledictum: quia maledictus omnis, qui pendet in ligno. Quod ſanè declarando dicimus, ꝙ Chriſtus ſuſcepit omnem ſententiam, quam merebat quicunq; tranſgreſſor, & conſequenter maledictionem: vt ſublata maledictione, omnes benedicerẽtur. Hinc ibi dicit Apoſtolus Chriſtus nos redemit à maledicto legis. Et iterũ. Maledictus fuit, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu. Auctoritas Zachariæ igitur in qua in cap. 9. dicitur qđ Meſsiah erit iuſtus, & Saluator: adimpleta eſt in Chriſto, qui fuit verus Deus: verbum enim præcedens dicit, hu אוה, id eſt, ipſe eſt Saluator iuſtus alios iuſtificans: quia, niſi fuiſſet Deus, non ſaluatus fuiſſet homo: Et illud hu, Diuinitatem ſignificat: vt in præcedenti concluſione patet.

P.M. Per dicta cabaliſtarũ de Rubedine Eſau, & dictum illud, quod eſt in libro breſit Rhaba, quod Eſau fuit rubeus: & rubeus eum vlciſcetur: de quo dicitur: quare ru

 beum

beum eſt veſtimẽtum tuum, habetur expreſsè, quod Chriſtus, de quo noſtri doctores eundem textum exponunt, ille erit, qui vltionem faciet de virtutibus immundis.

F.A. Varij homines varios à planetis tam materialibus, quàm Diuinis influxus recipiũt: vt Abraham ſubeſt Gedulah pietatis plena: & Iſaac ſubeſt Geburah, timore, ac iudicio abundãs, &c. Sic pariter de cæteris dicatur creatis: vt nix, aqua, lana, argentũ, & quæq; alba miſericordiã prætẽdunt, & ponũtur in Gedulah: Aurũ item, & purpura, ignis, & omnia rubea prætendunt iudicium, & ponuntur in Geburah Aquilonari. De quo Eſai. Ab aquilone venit aurum. Color viridis, qui de extremis participat coloribus, venit à Tipheret medio inter Gedulah, & Geburah. Chriſtus verò fuit rubeus, dicente Eſaia vice Angelorum. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de boſra? Edom, vel potius Adom, idem eſt, quod rubeus. Et Chriſtus vt hoſtia venit de Geburah rubea. Angeli igitur (ſecundum Dionyſium) videntes Chriſtum aſcendere cum triumpho ex victoria parta in cruce, dixere.

Quis

Quis est iste qui venit, &c. Et venit de Edō, quod carnē, & sanguinem significat. Hinc dixerunt. Quarè rubrum factum est indumentum tuum, intinctum videlicet de Boſrà, quod vindemiam significat. Factus nanque fuit (ut Michæas ait) sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ. Vindemiauit enim vineam suam, de qua plęrisq; in locis habetur. Et vindemiauit fructus nō dum productos ab iis, qui eū secuturi erāt: nam ait Iohannes. Agnus occisus est ab origine mundi. Hinc tunc decreti fuerunt omnes fructus colligendi in omnibus futuris, & temporibus virtute crucis: in qua vindemiauit, & præbuit, vnde fructus producerē tur. Lex etiam Mosaica, eò quod lex erat timoris, & pœnę, venit á Geburah: ideo, dū daretur, mons fumigabat, tonitrua, & fulgura audiebantur. Quare autem Christus, vt hostia ab illo loco venerit, est, quia, per quę quis peccat, per ea puniri debet: cum sit ergo quod homo per sanguinem, & carnem peccauerit; quia caro, & sanguis regnū Dei non poſsidebunt: Ideò Christus volens pro nobis satisfacere venit in sanguine, illū pro nostra salute effundens. Vnde Esai. Liuore eius, scilicet Christi, sanati sumus. nam naturę ordo hoc exigit, ꝙ ęgrotante corpore medicina sumatur à capite in beneficium

 omnium

omnium membrorum Cum igitur Christus (teste Apostolo) factus sit caput corporis Ecclesię, & mystici: quod ad similitudinem corporis nostri ordinatum est. Et hãc medicinam amaram pro nobis sumere debuit omnibus, propterea sentiens ipsius medicinę horrorem, ipse Christus caput nostrum: Orauit patrem dicens. Pater, si possibile est, trãseat á me calix iste: statim tamẽ voluntati paternæ se submittens. Ideò ait Esai. de Christo in persona patris loquens, propter peccata populi mei percussi eum. Et hoc per animalium sanguinem præfiguratum fuit, qui figuratiuè effundebatur in peccatorũ remissionem, & efficaciter in carnis emundationem: santificabat enim ille animalium sanguis carnem; de hinc præfigurabat Christi sanguinem animam sanctificaturũ: ideô Christus fuit rubeus tanquã totius humanæ naturæ caput, medicinam sumens, vt membris præberet sine amaritudine sanitatem. Et propter hoc etiam instituta est circuncisio, tanquàm quid passionis Christi figuratiuum: nam (ut ait Paulus) feré omnia in sanguine mundabantur: quia ꝑ Christi sanguinẽ omnia sanctificãda erãt venit ergo Christus à Geburah: ex qua dimẽsione veniũt ministri iustitię Dei: quare dicitur, ab aquilone omne malum, idest,

Angel

Angeli tortores, q & benê Elohim ſcriptura vocare conſueuit, id eſt, filii Dei punientis ſcilicet Geburah Chriſtus verô, qui illos debellare venerat, emiſit ſanguinem ſuũ, quare dixere Angeli in aſcenſu Chriſti in cœlũ. Quis eſt iſte qui venit &c. ad ſignificandũ, quòd per ſanguinem ſuum pro noſtris peccatis ſatisfecerit, figuratis per carnem & ſanguinem. Dicit igitur concluſio (per dicta cabaliſtarũ de rubedine Eſau) cabaliſtæ dicunt, quod Eſau rubeus, rubeum Meſsiam per carnis aſſumptionẽ ſignificat (in libro breſit raba) id eſt. in libro geneſeos amplia to magis, quã Moſis Geneſis dicitur (quod Eſau fuit rubeus) nam Eſau ſignificat hominem animalem, qui Edom, id eſt, rubeus, vel ſanguineus dicitur: cuius filii, cum ſint ei ſimiles, eodẽ nomine, quo & pater, aplantur. Iuxta illud Apoſtoli. Primus homo de terra terrenus. ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Significat etiam naturã humanam ex peccato per carnem, & ſanguinem contracto rubeam (& rubeus) ſcilicet Meſsias xiſtens in peccati carnis ſimilitudine (eum vlciſcitur) vindicando Demones, maximè Samaelem, qui in cratera inferiori correſpondet Geburah, & in huius ſignum dixit. ponam ſedem meã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ad Aquilonē, & ero ſimilis altiſsimo, Chriſto videlicet vēturo in Geburah, quò à Chriſto ſuperato, dixit Chriſtus: nunc princeps huius Mundi eiicietur foras, ipſum ſpoliādo, & eius ſequaces aquilonares (qui vltionē faciet de virtutibus immundis) & hoc, qñ fuit in cruce exaltatus. Ideò ait Chriſtus. Si exaltatus fuero á terra, omnia traham ad me à nobis ammouendo, peccati pondus. Et hoc eſt quod dicit Paulus inimica deſtruetur mors. Et hoc erit cum ad patriam deuenerimus: de qua dicitur: Et mors vltrà non erit. Sed prius interfecto Antichriſto (vt Paulus teſtatur) à ſpiritu Domini Ieſu. In ipſo enim Antichriſto Diabolus, qui & Angelus mortis, & ipſa mors, omnem vim, omneq; robur ſuum collocabit, adeò vt eo deſtructo pereat omne robur eius. etiam hoc adimplebitur, quando à Chriſto dicetur. Ite maledicti in ignem æternum, cruciandi videlicet cum Diabolo, ſublata ab eo omni poteſtate tentandi, & nocendi. Quod tamen erit in virtute crucis Chriſti, in qua ipſum iam debellauit, vt ipſemet perhibet, dicens. Nunc, id eſt, cum crucem aſcendero, princeps huius mundi eiicietur foras: & omnia traham ad me ipſum, & ſic per paſsionem Chriſti debellatus fuit hoſtis.

Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

P.M. Per illud dictum Hieremiæ: Laceravit verbum suum, secundum expositionem cabalistarum, habemus intelligere, quôd Deum sanctũ, & benedictũ lacerauit Deus pro peccatoribus.

F.A. Deus lacerauit. hæc positio de se ẽ falsa, cum Deus sit impaßibilis, & illacerabilis. Deus enim est ab omni iactura immunis: quare positio supradicta ẽ abusiua locutio, nisi dicatur. Deus est in humanitate passus: & est communis expositio, non tamen sequitur. Deus in humanitate passus est. Igitur Deus est passus. Si Deus non patitur, quomodo igitur pro nobis passus est. Ad notitiam igitur huius habendam, sciẽdum, quôd sicut hæc est vera: Verbum caro factum est, ita & Deus passus est. prima de rigoris sermone est falsa: nam valet â tertio adiacente ad secundum adiacens. Sic verbũ caro factum est: verbum igitur factum est: consequentia non tenet: nam verbum non est factum. Errarunt fortè traductores textus huius, sicut erauit in Genesi Bibliam tra ducens, vbi dicitur: Fiat lux, & facta ẽ lux: quæ est falsa: quia lux non fit, cum æterna sit: lux enim illa idem est, quod Deus, om nem

nem illuminans naturam ſeu creaturam: vnde textus Hebræus habet: Iehi, id eſt, ſit, hor .i. lux viuificans videlicet omne viuens: ſic á ſimili, fortè voluit textus habere: verbum fuit caro, id eſt, repleuit animam Chriſti & conſequenter totam carnem Diuinitate: Deus enim totum replet mundum, teſte Hieremia. Cœlum,& terram ego impleo. Et Virgilius de mente Platonis, ait. Spiritus intus alit, &c. Et Orpheus. Deus eſt quodcunq; vides, quod cunq; mouetur, &c. Et quamuis omnia Deus impleat, perfectiori tamen ſorte hominem: qui cæteris creatis eſt magis Diuinitatis capax: quia (ſecundum Pythagoram) Diuinum genus hominibus ineſt. quare Chriſti diſcipuli, repleti fuerunt in pentecoſte, prout Dauid prædixerat, dicens. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto,&c. De Moſe dicitur: quôd erat vir Diuinitatis plenus. Huius repletionis cauſa naturalis aſsignatur ab Ariſto. dicente. Non datur vacuum in natura: ita noſtris in animis. Animæ igitur noſtræ, aut Dei ſunt plenæ, aut Diaboli. Vnde Luca dicitur; & ingreſsi habitant ibi ingreſsi inquam primo recedente Deo. & ê contrario. & quanto vna anima eſt melior, tanto Diuinitatis eſt plenior: cum ergo Chriſtus fuerit magis Dei plenus,

quám

quàm cæteri omnes, ideò propter Antonomasiam dicitur crisma. vnde Christus, Messias, & vnctio idem est Chrisma, & oleum idem sunt: oleum verò, & Diuinitas idem etiam existunt nos igitur dicimur Christiani: quia vncti sumus: Diuinitate nobis inhabitante, dummodo in gratia existamus: &, qui magis est vnctus, plus de Diuinitate participat: & quoniam Christus est magis nobis vnctus prout prædixerat Dauid, dicens. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię pręparticipibus tuis. adeò, vt excellentiorem omnium effecerit in Diuiuinitate ipsa communicata. quare per Antonomasiam, & Hyperbolem quandã Dicitur Deus: sicut vinũ nimis limphatum dicitur aqua vinata, versa vice vinũ modice limphatũ dicitur vinum limphatũ, nam virtus vini excedit aquæ virtutẽ, in primo è cõtra. Ita nos, & sancti participamus de Diuinitate primò modò, Christus autẽ secundo mõ. Videas, quomõ dicitur primò Deus: qa Diuinitas excessit humanitatem in Christo: fuit tñ Christus semper homo ob hoc igitur Christus dicitur vera vnctio, & Messias, quę idem sunt. Nos verò homines Deati, siue Deificati. Primo ergo dicimur homines: quia in nobis est magis de humanitate, quàm de Diuinitate: quare non dicimur

mur Christi, sed Christiani: Nam sicut christiani nomen à Christo nomine descendit, ita vnctio nostra ab vnctione Christi deriuatur, prout prædixerat Dauid, dicens. Sicut vngentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aron, quòd descendit in oram vestimenti, &c. Vnguentum istud fuit diuinitas: quæ primûm Chisto abundantius fuit, illi communicata, scilicet pro se, & pro nobis tanquàm capiti, & conueniens fuit, vt quem Deus excellentiorem, regem, sacerdotem, & redemptorem constituerat, illum Diuinitate quoque magis docoraret: quod oleũ in sancta scriptura dicitur: ideò primo Christum tanquám caput vnxit: deinde descendit in barbam Aron, id est, in Sacerdotes: qui dicuntur sacra dantes: à Sacerdotibus descendit in vestimenti oram, id est, ad plebem per sacramenta à Sacerdotibus ministrata. nec obiiciant aliqui: dicentes: quod vnctio ista non arguit in Christo Diuinitatem, sed tãtummodo coniunctionem, Christus enim declarat qualis fuerit huiusmodi vnio, dicens. Rogo pater, vt, sicut ego, & tu vnũ sumus, ita & isti vnum sint in te. Vnio verò Christi cum Deo qualis fuerit, declarat ipse, dicens. Ego in patre, & pater in me est. Et alibi. Ego, & pater vnum sumus, quę

omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

omnia Paulus, declarat, dicens. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus efficitur cum illo. Si ergo omnes effici poſſunt vnus ſpiritus cũ Deo, cur non erit cum ipſo vnitus ille: qui propter Antonomaſiam dicitur Meſsias, Chriſtus, & vnctus, videlicet, Diuinitate: qua adeô plenus erat, vt de eius plenitudine omnes accipiamus. Ad rem igitur: Verbum caro factum eſt, id eſt, Verbum fuit caro: replendo videlicet animam, & carnem Diuinitate, humanitatem excedente: quamobrem Chriſtus dictus eſt Deus: à ſimili, ad concluſionis propoſitum (Deus lacerauit verbum ſuum) id eſt, Deus lacerauit Chriſtum hominem, factum Deum ex ſuperanti Diuinitate: hoc ſuppoſito, non ſequitur quodquam inconueniens, videlicet, quod Deus ſit laceratus: ſed, quod homo factus Deus, ſit laceratus. Et ad hunc ſenſum exponit Bonauentura illud Iacobi dictum: ſuſcipite inſitum verbum, id eſt, incarnatum: quia humanitas tota per Adæ peccatum ſterilis admodum terra facta eſt, & infructuoſa: idcircò: ſi bonum operatur, hoc fit ex inſito verbo, id eſt, Diuinitate à nobis participata. Exemplum arboris ſterilis, in qua inſeritur arboris fertilis ramus: ille ramuſculus tantæ exiſtit virtutis & efficatie, quod arboris ſterilitatem deuincens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cens, reddit illã fæcundam bonorum fructuum, suo generi conuenientium: ita humanitas nostra sterilis arbor existens, vnctio Diuinitatis per Christum in nos diffusa, tanquàm per caput, facit nos fructus bonos producere: iccirco ait Christus. Sine me nihil potestis facere. Verũ hæc vnctio, siue Diuinitas tali modo in Christo est insita, vt humanitatem superarit: & ita Deus dicitur incarnatus: quia Christum perfudit Diuinitate, at non, quod Deus descendẽs de cœlo in terram: sed vt sol in viscera terrę radios suos emittens, & tamen sol non descendit de cœlo, est etiam habens diuinitatem, quare est persona diuina.

P.M. Per responsionem cabalistarum ad quæstionem, quare in libro numerorũ coniuncta est particulæ mortis Mariæ, particulæ vitulæ rufæ, & per expositionem eorum super eo passu, vbi Moses in peccato vituli dixit. Dele me & per dicta in lib. Zohar, super eo textu: & eius liuore sanati sumus. Redarguuntur ineuitabili-

ter

ter Hebræi, dicentes, non fuisse conueniens, vt Christi mors satisfaceret pro peccato humani generis.

A. In hac conclusione Doctor intendit probare, qualiter quis pati potest pro alio ita, vt pro peccatis proximi satisfaciat. Et primo adducit quandam cabalistarum respõsionem, quam faciunt super hanc quæstionem: quare numeri 20. ponitur mors Mariæ sororis Mosis, ordo oblationis vitulæ rufæ: ponitur numeri 19. vnde ibidem dicitur. Locutus est Dominus ad Mosen, & Aaron, dicens. Ista est religio victimæ, quã constituit Dominus: præcipe filiis Israel: vt adducãt ad te vaccam rufam ætatis integrę: ĩ qua nulla sit macula: nec portauerit iugũ: tradesq; eam Eleazaro Sacerdoti: qui eductã extra castra immolabit in conspectu omniũ. Et tingens digitũ in sanguine eius, asperget cõtra fores tabernaculi septem vicibus: combureta; eam cunctis videntibus &c. & inferius: Hæc vaca pro peccato combusta est. & sic per totum illud capitulum, dicit efficaciam emundationis huius vitulæ rufæ Et, licet omnes expiationes á summo legislatore fuerint miro ordine constitutæ, mysterium tamen vacę rubeæ excellentissimũ,

N &

& ſuper alia ſacrificia celeberrimum exſti-
matur. Cum id ordinatum eſſet in expiatio
num immaniſsimorum ſcelerum, & tran-
ſgreſsionis primorum parentum, & confla
ti vituli. In expiationem dico, quatenus fi
guratiuum patiebatur ſacrificium: nam ve
rè omnia expiantur in Chriſto. Et, quò hoc
myſterium de vacca rubea excellentius redē
ptionis opus præfigurauit: eò eſt celebrius.
Cuius myſterium aliqualiter percurramus.
primò vacca, ſiue vitula eligitur, tanquàm
debilior ſexus; ne credamus expiationem
fieri ex virtute ipſius animalis: non enim
ex animali, ſed ex diuino numine influe-
bantur: vnde expurgatio fieret, ſcilicet à
Chriſto rufo, carnem ab homine rufo tra-
hente ſcilicet ab Adam. cuius nominis pri-
ma litera eſt aleph א à, & eſt litera diuinita
tis: & Dam דם, quod ſaguinem ſignificat:
quapropter Paulus vocat Chriſtum, Adam
ſecundum: quia per aleph א literam denota
tur eius Diuinitas: & per Dam, eius huma
nitas ſanguinolenta. Dictus eſt etiam Da-
uid electus Domini: hebraice admoni, id eſt
rubeus. fuit enim Dauit rufus, ita & Chri-
ſtus in cruce: & in perſona quoque, vt pi-
cturę docent, fuit etiam rubeus, in veſtibus,
ita, vt (Dioniſio teſte) Angeli admirantes,
dicerent illud Eſaiæ. Quare rubrum factū
eſt

est vestimentum tuum. Et hoc ratione feruoris sui, in sua vestimenta diffusi. Fuit igitur hæc vacca rufa, ad figurandum expiationem, faciendam per hominem iustum cœlestem, à peccato contracto per hominē rubrum terrenum. Et hæc perfecta esse debebat, & nulla macula deturpata, alterius videlicet coloris. nullumq; iugum seruitutis exportare assueuerat: vt plenè indicaret expurgationem, quæ fieri debebat in lege libertatis, perfectissima fore ab eo, qui ab omni seruitute nos liberauit. Iugulabatur quoque vitula ipsa extra castra: propterea, & Iesus, vt sanctificaret per sanguinem eius populum: extra castra passus est, vt expiaret eos quoque, qui per peccatum extra cœtum iustorum exclusi erant, iuxta illud Saluatoris. non veni vocare iustos, sed peccatores, & alibi. Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. In sanguine quoq; vitulæ iugulatæ, Sacerdos intincto digito aspergebat contra fores tabernaculi septies, numerus quidem remissionis, vt iudicaret remissionem in sanguine agni hominis holocausti faciendam, qui etiam ipse solus est ostium, per quod ad salutem ingredimur. Et fuit combustus ab illo igne, quem ipse in terram mittere venit. Cabalistæ igitur dicunt, quod sanguini vitulæ sub

 sequi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſequitur mors Mariæ : ad ſignificandum, quod oblatio illa vitulę pro peccato Marię, contra fratrem ſuum murmurantis : eam à morte liberauit, id eſt, a' peccato á fortiori, ſangis Chriſti albi per innocentiam : & rufi per charitatem ſanare debet a' culpa, ut ait Paulus differens cum Hebræis. Si enim ſanguis hircorum, & vitulæ aſperſus ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti. Immolabatur etiam vitula in teſtimonium homicidii non commiſſi, id eſt, fiebat in teſtimonium infamię. Sed vt ad altiora cōſcendamus. Vitula offerri iubetur, quæ nō portauerit iugum ſignificās Chriſtum, qui nullum portauit iugum peccati. Vnde immolabatur in teſtem innocētię in figuram Chriſti, qui à Iohanne dicitur teſtis verus & fidelis. Nec enim poterat haberi teſtimonium verum, illius occulti homicidij, cadaueris videlicet inuenti, niſi ab illo ſummo veritatis fonte : qui ait. Ego ſum veritas. Sicut igitur fiebant multę expiationes per animalia, Chriſtum omniū propitiatorem figurantia. Sic fiebat dilucidatio veritatis per animal illud, quod ipſum veritatis fontem figurabat. Et expurgatio illa fiebat in myſterium expiationis factæ ab vniuerſali peccato. Nam cadauer inuentum in via eſt humanum genus, quod

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

in hac peregrinatione fuit occisum ab illo Serpente: per quem (ut inquit Apostolus) mors introiuit in omnes. Vnde de mandatũ fuit, vt causa diuolueretur ad seniores (vt in textu habetur) illos forsitan, de quibus Iohannes ait. Et supra thronos viginti quatuor sedebant vigintiquatuor Seniores, astantes videlicet summo iudici Deo. Ex quorum quidem seniorum consilio accipiebatur vitula à iugo libera, caro videlicet Christi, & deducebatur ad vallem asperam, & saxosam, nunquàm aratam: pro cibo videlicet pietatis præstando (quæ vallis indicat Caluariæ locum, vbi non arabatur, sed puniebantur rei mortis, & ibi expiabatur homicidium istud causatum, non ab homine simpliciter, sed à Diabolo occulte procuratum: adeò vt inter mortales author huius homicidij reperiri non posset. Potest ergo quis pro alio mereri. Et hoc idem probatur alio medio sic. Moses ascendit in mõtem, vt legem acciperet: vidensq; populus, quòd moram faceret Moses, descendit de monte: cõgregatus aduersus Aaron, dixit. Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant: quod & fecit, formans opere fusorio vitulum conflatilem: dixitq;. Hi sunt Dij tui Isael, qui te eduxerũt de terra Aegypti, &c. Quamobrem iratus Dominus, dixit Mo-

ſi. Dimitte me, vt iraſcatur furor meus cõ
tra eos, & deleam eos, faciamq; te in gen-
tem magnam. Moſes verò fidelis in tota
domo Dei orabat Dominum, dicens. Cur
Domine iraſcitur furor tuus contra popu-
lum tuum, quem eduxiſti de terra Aegy-
ptiin fortitudine magna, & in manu robu
ſta: ne quæſo dicant Aegyptij: callidè edu
xit eos, vt interficeret in montibus: Quaſi
diceret Moſes. De me nihil curo. Dele me
de libro, in quo me principem ſuper hunc
populum elegiſti: & alium conſtitue in eo
rum ducem:& parce populo. Nõ enim in
tuitu honoris ſui orationibus obſtabat, ſed
honoris Dei: ne ſcilicet æmuli Deum diffa-
marent: tanquàm populi ſuoi illuſorẽ. Ex
his patet Moſis fidelitas in tota domo Dei:
& ideò Moſes fuit exauditus: quare placa-
tus eſt Dominus, ne faceret malum, quod
locutus fuerat aduerſus populum ſuũ. Mo-
ſes ergo potius elegit deleri de libro vitæ,
quàm permittere, vt deſtrueretur populus.
Nec enim peccauit eligens ſeparari a' Deo:
immò ſummum indicauit ſignum fidelita-
tis in Deum, cum prætulerit gloriam Dei
ſuo cuiuis cõmodo: illi potiſsimè, quod om
nibus charius eſſe debet. Iuxta dictum Sal-
uatoris. Nolite gaudere, quia ſpiritus vo-
bis ſubiiciũtur: ſed quia nomina veſtra ſcri
pta

pta sunt in cœlis, vel in libro vitæ. Id verò neglexit ob gloriā Domini, dicens. Ne fortè dicant Aegyptij. callidè eduxit eos, &c. & iterum recordare Abraham, Isahac, & Israel seruorū tuorum, quibus iurasti &c. Quasi diceret. ne dicant impij te fuisse trāsgressorem fœderis & promissi patribus facti de terra posteris tradenda. Nec enim me mouet, ꝙ his peremptis maiori (vt promittis) populo præficiar. Nam tuam, non meā gloriam quero, quam etiam saluti propriæ præfero. Et ideò Moses dictus est fidelis in tota Dei domo. cum pro omnium salute tam instanter deprecatus sit: vt etiam pro ea impetranda proprij commodi (vt nuper dictum est) oblitus fuerit. Fidelis quippe fuit Noeh in generatione, ac familia sua tantùm, cum pro eius salute Arcam fabricauerit. Verùm Moses nunquàm Deo acquiescere voluit: nisi prius obtenta pro tota Dei familia salute. Fuit etiam Moses fidelis in tota domo Dei: cum primo honorem Dei procurauerit. Etiam nedum figuratiuæ domus & familiæ, sed etiam figuratæ, quæ ex figuratiua procedere debebat, salutem procurauit, dicens. Mitte quem missurus es. Ergo vnus pro alio mereri potest: quia petebat pati pro populo suo. Ita a' simili. Christus potuit pati pro nobis. primo enim pas-

 sus

ſus eſt pro peccato in cœlis commiſſo ab Angelis: æqualitatem Chriſti deſiderantibus: quare ipſe de ſe attulit figuram Ionæ dicentis. Propter me orta eſt hæc tempeſtas, proiicite me, &c. Angeli enim expiati fuerunt per ſanguinem Chriſti, vt Paulus innuit, dicens. Pacificans per ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Et quamuis ſanguis exquiratur in expiatione peccati, quod per ſanguinē contrahitur: Angeli tamen per ſanguinem expiantur: & ſi ipſi carne, & ſanguine careant. Vnde Paulus ait. Pacificans, non autem, expurgans: pacificauit enim accuſatores noſtros, qui in cœlo coram tribunali Diuino exquirebāt ſanguinem in expiationem peccatorum noſtrorum: quem lex, non ſine magno myſterio exquirit. Expurgauit itaq. per ſanguinem inquinata ſunt, quæ autem per ignem ſuperbiæ, igne expiantur: alia verò per aquam. Sicut in libro numerorum dicitur. Omne quod trāſire poteſt per flammas, igne expurgabitur, quicquid autem ignem ſuſtinere non poteſt, aqua expiationis ſanctificabitur. Hinc Paulus non dicit abſolutè omnia, ſed penè omnia mundantur in ſanguine. Angeli enim ſuperbiæ, igne expiantur, qua expiata quomodocunq; pacificati ſunt. Similiter

militer propter Christum quoniam orta est tempestas peccati Adæ, in voluptatis paradiso existentis; desiderans ipse quoq; gradum Messiæ. Immò necesse fuit Christum pati: alioquin nec Mariæ peccatum, nec Mosis in aquis contradictionis, nec Aaron in conflatione vituli, nec Dauidis dimissum fuisset, prout ipse dicit. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, holocaustis vtiq; non delectaberis. Et concludens alibi dixit. in te Domine speraui: quoniam tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Et huius ratio est, quia horum peccata fuerunt in spiritum sanctum, ideo inexpiabilia, solùm verò per Christum Dei filium. Et huius ratio est: quia familiares Deò, & à secretis eius adeô, vt omnia penè arcana sibi reuelata fuerint participesq; Diuini verbi, & virtutum seculi venturi: errarunt, vt dixi. Et de huiusmodi dicit Paulus. Quod semel pro lapsi, impossibiliter per pœnitentiam releuantur, nisi (intellige) a' Christo mediatore: prout prophetauit Esaias. Liuore eius sanati sumus. quod dictum exponit Elzohar de Messiah: qui sua morte omnes sanauit. Multa sunt peccata quæ per legem morte plectebantur. Et primo blasphemi: qui lapidabantur, & homicidæ, qui interficiebantur: vt in leuitico habetur. Adulte

ra-

ra quoq; , & Moechus lapidibus obruebãtur : vt in Deute. Et Leuitico habetur . pari modo , & coiens cum bestia , aut fœmina, iumento se supponens, ut in Exo. & Leuit. demandatur. Nec secus cum masculo coiens coitu fœmineo. Quod vitium nonnulli vocant contra naturam . Similiter filius proteruus. sic & violantes Sabbatum lapidabantur, vt in libro numerorũ legimus. Et visum fuit : ut huiusmodi expiarẽt peccata morte propria . Quia sacrificia figuratiua huiusmodi peccato expiare nequibant dictante diuina sententia, quòd ii erant rei mortis : Ideò morte animalium expiari nõ poterant , sed sola morte illius, qui omnes, tanquàm pater, & prima omnium origo in se continebat . Vnde in eius morte aliquomodo moriuntur, & eius sanguine expiantur , sicut per sanguinem , & semen primi parentis infecti, omnes inficiuntur . Et tàm gratum fuit obsequium Deo huius oblationis , quam Christus fecit pro omnibus , vt acceptaret illam pro pœna , quàm omnes mortales pro delictis suis sufferre debebant. Iuxta illud Isaiæ . Dolores nostros ipse tulit. Et expresse habemus in scriptura, quòd Christus tulerit omnia peccata supradicta, pro eis satisfaciens morte sua sola. Id habemus a' Paulo , dicente . neque per sanguinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

nem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuente, Et alibi. Nūc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos ſanctos, & immaculatos. Quod, & Iſaias apertè p̄dixerat· vt patet intuēti, & cognoſcēti vim vocabulorū, quibus ipſe vtitur. Omnia.n. peccata, quæ ſacrificiis expiabātur vocabātur chatat חאטת ſeu chatah חטאה, ſiue aſſam אשם, aut ſaga שגה, id eſt, peccatum per fragilitatē aut per incuriam commiſſum, vel defectus in explendis commiſsis maximè ſacris, & huiuſmodi. Sunt quoque alia peccata grauia, quæ dicuntur hauon עון, id eſt, iniquitas, reſſa רשע, id eſt, impietas & peſſah פשע, id eſt, rebelio in quorum numero eſt Blaſphemia, homicidium, adulterium, & reliqua ſupramemorata, quæ per ſacrificia nunquā expiata fuiſſe leguntur. Quod autem huiuſmodi per Chriſtum expianda eſſent, Iſaias perhibet, dicens. Et poſuit Dominus in eo inquitates omnium noſtrum. Vbi in Hebræo habetur. hauon culanu עון כלנו. Et iterum. & ipſe infirmatus, vel vulneratus eſt propter ſcelera noſtra, percuſſus propter iniquitates noſtras. Et iterum propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Hinc habetur fortiſsimum argumentum, cui nullus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

lus adhuc Hebræus potuit respondere: in comprobationem, videlicet quòd Christus esset venturus ad tollenda peccata: quę per sacrificia tolli non poterant qđ cognoscens Dauid, qui homicidii reus erat, dicebat. quoniam si voluisses, sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis non deletaberis, id est, nõ placaberis: vel holocaustum non placebit: vt Hieronymus benè interpretatur. Nec.n. per sacrificium aliquod expiari vnquàm potuit homicidiũ, nisi per oblationem illius, qui mortem destruxit, & vitam omnibus condonauit. Nam virtute ipsius absoluimus ab homicidio. Quod tamen temerê vel facilè fieri non debet: nisi prius sartiantur damna ex morte interfecti illata. Mors igitur Christi adeô fuit efficax & sufficiens Tribunali illi, vt cuiuis sufficiat, qui reus mortis reperitur. Vnde sicut fuit interfectũ totum genus humanum ex radice primi parentis infecta: Ita omnes expurgantur per radicem regenerationis, quæ est Christus. Hinc Apostolus audacter dixit. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur, & à morte liberantur. Potest ergo vnus pro alio pati, & mereri. Et sic Christus pro omnibus passus est.

Quilibet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

1. Quilibet cabaliſta habet concedere, quod Meſsias eos à captiuitate Diabolica, & non temporali erat liberaturus.

Meſsiam futurum Deum, & hominem
A. nō eſt ſanæ mentis, qui ambigat: quod oſtē-dunt verba Iahacob. non auferetur ſceptrū de Iuda יהודה hoc in nomine continentur omnes quatuor literæ Tetrag. יהוה, interpoſita litera dalet, ד, quæ quatuor importat in numeris. ex quo innuitur Diuinitas, & Regia Maieſtas: quæ continentur in tetrag. habita ac inuenta fuiſſe in corpore humano quadrario ex quatuor elementis: quibus eſt compoſitum. Cum igitur Meſsiæ competat illud ſacrum nomen, & fuerit verus homo, facilè intelligimus ipſum eſſe verum Regē ſupramūdanum, & de vera tribu Iuda: quamuis pro tempore peregrinationis ſuæ latuerit in quadrario corpore humano: nunc autem Regia pompa eſt in ſolio cœleſti, cum qua apparebit in ſecundo aduentu etiam mortalibus: vt ipſe teſtatur: cū venerit filius hominis in ſede Maeſtatis ſuæ, &c. Si futurus ergo Meſsias eſt Deus, in meliorem igitur ſortem reducturus erat populum Iſraelis, quàm Iehuda poſſederit: quare, interrogatus Chriſtus à Pilato, an

Rex

Rex esset, respondit: tu dicis, quia Rex sum ego: Regnum meum non est de hoc mundo. Sed supramundanã radicem habeus in archetypo, Malchut dicto: á quo descendẽs originem traxi Quare dixit alibi: Exiui à patre, & ueni in Mundũ: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. cum exaltatus fuero omnia traham ad me: liberando eos à captiuitate satanica: primò eius culpã auferendo postremò illis conferendo gratiã Ideô malefici nostri temporis nihil aut parum operantur respectu antiquorum. Eo quia sublata est potestas malarum uirtutũ: quarum fauore multa faciebant Antiqui: sicut summus princeps ꝓtestatus est, dicẽs. nunc princeps huius mundi eiicietur foras. cuius eiectionis tria euidentissima signa habemus. Primũ enim est, quià iam non amplius Diabolus adoratur in mundo. Quãuis nescio quid, de quibusdam Indis particularibus dicatur: sed unus flos, non facit ver. secundum est, quia ulterius dœmones non dant responsa, ut olim solebant. sicut Plutarchus lungo sermone disserit, Citans Plotinum, Cleombrotum & multos alios. Tertiùm, quia oblata est in aduentu Messiæ, diaboli potestas sicut Porphyrius ueritate cõpulsus perhibet, dum ait

Ablata

Ablata est pythii vox haud reuocabilis vlli
Tēporibus longis:etenim iã cessit Apollo
Clauibus occlusus silet. Hinc quidam malus Dœmon apertè Cypriano confessus est, dum vellet iustinæ animum ad amorem suũ flectere, quòd Christus in eos præualuerat: Et nostris temporibus nonnulli artem magicam callentes dixerunt se habuisse ab ipsis spiritibus, ꝙ Christus ab eis potestatem abstulit. Hinc parum vel nihil huiusmodi malefici facere possunt: Christus igitur traxit ad se omnem potestatem inimici: Ideò dixit. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Omnia videlicet numina & virtutes rerũ, & nominum quoruncnmq; vnde Paulus. Quoniam complacuit, scilicet patri in ipso habitare omnem plenitudinem. Et iterum, expolians principatus, & potestates, palám triumphans, illos traduxit in se ipso. De huiusmodi liberatione habetur Exo. vbi dicitur: Quia manus super sedem Dei ad pugnandum pro Domino contra Amalecin generatione, & generationem Amalec iste pugnans contra Israel, fuit nepos Esau: quẽ Deus oderat, natus ab Eliphani filio ipsius, nefaria commitione cum Tamna concubina. In quem tota pollutio & immunditiam Hesau collecta fuit. Vnde Dœmoniacus to

tus erat. Immò diabolicus, nedum figuratiuè, ſed per proprietatem. Sicut de proditore dixit ſumma veritas: Vnus ex vobis Diabolus eſt. Hinc ipſe Hamalech ſummo Deo, eiusq; primo genito Iſraeli, ac omni cœlorum hæredi ſemper inimicus fuit. Et manus iſta quę eſt ſuper ſedē Iah יה, id eſt, Dei pugnans contra Hamalech, dor dor דור דור, id eſt, à generatione in generationem: vt in Exo. dicitur. Facta eſt, vt ſuauior eſſet concentus operum Dei: ipſe ſummus moderator ſtatuere voluit malum contra bonũ penè in omnibus. Eo igitur ordine ſtatuit principem lucis Chriſtum, contrà principem tenebrarum Diabolum. Contrà quē ipſe Chriſtus ab origine Mundi (teſte Iohāne) occiſus eſt. Et ipſe eſt manus aut virtus cui dictum eſt. Sede à dextris meis: Quæ manus adeò pugnauit, ac pugnat contrà Diabolũ: vt, quiſquis vicerit, & vincat, eius fauore vicerit vincat. Iuxta illud Apoſt. Deo autē gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum. Ipſe enim expolians principatus, & poteſtates (ut idem Apoſtolus perhibet) palàm triũphauit in ſemet ipſo. Manus igitur fuit primò in ſe poſteà in Dauide דוד qui per numeros more, & ordine Hebræorũ (quem ipſi Ghemateria dicũt) quatuordecim reddit, quot & Iad יד, idem

manus

manus. Hinc non sine causa & mysterio dicitur, ꝙ Dauid debellauit Amalech. Quem & omnes veri christicolæ debellare debent, edocti a principe Christo, qui ait nūc princeps huius mundi eiicietur foras. De qua pugna loquitur Moses in libro nume. dicens. Iccirco dicetur in libro bellorum Domini, qui est euangelium, quod dicitur liber bellorum Dei. Ideo Moses de futuro loqtur: quia futurum erat euangelium. & ibi. narrantur bella principis gloriæ contra principem tenebrarū. & pugnat quotidie in mēbris militantibus, quousq; conducantur ad veram quietem, de qua dicitur in Esaia. Requiescet populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, in requie opulēta, Et in eodem. Posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrum, & liuore eius sanati sumus. Hæc est redemptio Israel. & Dauid propheta. Misit verbum suum, & sanauit eos, scilicet à culpa, & à potestate Diabolica. Diuisit enim spolia eius, vt ait Isaias tradens in mortem animam eius. Quod clare referat Paulus, dicens. Tulit cirograhum de medio: quod erat contrarium nobis: & affixit illud cruci expolians principatus & potestates. In qua quidem cruce tradidit in mortem animam suam. Qua traditione liberauit captiuos infernum & potestates te-

nebrarum expolians: quia illic detenti erãt propter peccata: quæ non expiabantur, nisi morte propria, vel Christi, qui pro omnibus mori dignatus est. Vnde Dauid (vt supra diximus) expiari non poterat nisi p propriam mortem, quod tamen non fecit. Ideo necesse fuit q Christus sit mortuus pro eius expiatione, alioquin, nundum expiatũ esset eius peccatum. Ideo volens inducere pusilanimes in spem Christi, dixit. Respice in faciem Christi tui: per quem supple habemus plenissimam peccatorum remissionẽ: vt Petrus & Paulus perhibẽt. Qui Christus tantam adinuenit gratiam coram patre pro nobis: vt iubeat nos omnia petere in nomine ipsius. Hinc cum aliquid á patre obtinere volumus, merito dicere possumus. Respice in faciem Christi tui. Et quamuis p passionem Christi debellatus fuit hostis antiquus. Tamen magnam vim adhuc posidet cõtra nos, vt inducat ad scelera multa. Hoc prænuntiatum fuit à propheta, qui patrem inducit Filio hæc verba promentem. Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quod exponẽs Paulus Corinthis, ait. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius: & tunc inimica destruetur mors. Et idem ad Hebræos scribens, repetit.

Quamuis

Quamuis igitur inimici per crucem & mortem Christi deuicti sũt: nihilominus adhuc dimissi sunt, tanq; hostes mortalium: vt habeant, vnde decertantes coronam mereantur. Ideò Messias á captiuitate Diabolica nos liberauit: & non temporali quia ꝑmittit nos quandiu hic degimus temptari á Diabolo, non tamen vinci, nisi velimus. Liberauit tamen nos à peccato originali, per baptismum, & mortali per cætera sacramenta, sine quibus sacramẽtis minimè manus eius euadere poteramus. Et in hoc apparet fatuitas Iudæorum Messiam expectantium, qui à captiuitate temporali in qua detinentur liberari.

P.M. Quilibet cabalista habet concedere ex dictis doctorum huius scientiæ, hoc manifeste dicentium, qđ peccatum originale in aduentu Messiæ expiabitur.

F.A. Peccatum originale apud Hebręos multiplici nuncupatur vocabulo. vocant enim ipsum Iezer hara: יצר הרע, quod idem est, quod plasma, siue figmentum malum. Et Rabbi Ioses super illud. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum: ait. Triste, &

tenebrosum est fermentum: contra q testimonium perhibet, qui creauit illud, quod malum sit. Magistri autem dixerunt: Tristis est planta, contra quam plantator ipsius testimoniũ perhibet, quod mala sit, iuxta illud Hier. xi. Deus exercituum, qui plantauit te, locutus est super te, vel de te malum, & vocatur yecer hara, idest, figmentum malum. Rex & senex, quia omnes ei obediunt & cõiungitur homini ab infantia eius, vsq; ad eius senectutem, quare dicit Rab. Samuel filius Nachamani: non cum socio suo per vnam horã ambulat, & efficitur ei amicus: sed yecer hara, idest, figmentum malum natum est cum homine, & cum eo crescit cunctis diebus eius, sicut scriptum est Gene. 8. Figmentum hominis cordis malum à pueritia sua, & in hoc peccato perstitere omnes ab Adamo vsq; ad Christum: patet per dictum Rab. Meir, dicentis: In hora, qua stetit Israel super montem sinai, vt legem acciperet: dixit eis Deus sanctus & benedictus: nõ dabo vobis legem, nisi dederitis mihi fideiussores, quod seruabitis eam: & hinc dabo vobis. Dixerunt coram eo: Domine Mundi patres nostri fide iubebunt pro nobis. Ait Deus benedictus: patres vestri tales sunt, quod ipsi fideiussoribus egent: Abraham enim reus est mihi: qa Gen. 15. dixit mihi.

Domine

Domine Deus in quo ſciam, quod poſſidebo eam: Iſahac etiam reus eſt mihi, qui dilexit Eſau inimicum meum. Dixerunt ei, Iahacob erit ille. Dixit Deus: ipſe quoque reus eſt mihi: quia dixit Eſai. 40. Abſcondita eſt via mea à domino. Dixerunt ei: prophetæ erũt illi. Dixit Deus: etiam & ipſi rei ſunt mihi: ſicut dictum eſt in Hiere. 2. Et paſtores culpabiles, vel rei fuerunt in me. Et tunc ait illis. Super eorum manum dabo vobis eam. Hoc igitur peccatum vſq; ad Meſſiam perſeuerauit ſemper in omnes, vt prophetauit Eſai. Deus obuiare fecit in eo peccatum omnium noſtrùm. Hæc dicunt Talmudiſtæ. Cabaliſtarum ſic eſt opinio: quod originale peccatum, per circũciſionem expiabatur: quæ fuit ex patribus, ideſt, Abrahę data, & in lege cõfirmata: quare dicit lex, Anima, quæ non fuerit circumciſa, delebitur á populo, ideſt, à saluãdorum numero. Et per legem fuit completa expiatio ab originali peccato: ſed per vituli adorationem amiſit vim expiatiuam circumciſio: quare non amplius circumcidebantur: nam eis nõ remittebat originale peccatum. Et hoc eſt, quod dicitur, quod, poſt talis vituli adorationem, ammiſerunt veſtimenta, in Oreb habita: Non loquitur de veſtibus, quas ex Aegypto filii Iſrael portauerant. Sed de ve-

ſtimentis illis intelligitur, de quibus dictum fuit. Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem. Quas quidem veſtes dedit Deus primis parentibus ad tegẽdam nuditatem & ignominiam ipſorum, & has tribuit omni Iſraeli: vt in Ezechiele longo ſermone ipſe Deus diſſerit, dicẽs. Expãdi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Veſtiui te diſcoloribus: calciaui te hiacintho: cinxi te byſſo: indui te ſubtilibus: ornaui te ornamento: dedi armilas in manibus tuis: & cætera, quæ ibi enarrantur, myſteriis plena, & hæc omnia, vt candida & pura ſint corã Deo lauari debentur. Et hæc veſtes in Deo quibus nos tegit ſunt ſeptem. De quibus loquens, dicit. Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute. Et alibi. Amictus lumine ſicut veſtimẽto. Hæc veſtimenta obtinuerũt Iſraelitæ in monte Oreb, in receptione legis. Quoniam eouſq; habuerunt legis vigorem, & circuncisionis: &, poſt talem adorationem, remanſerunt nudi absq; veſtimentis cooperientibus illud peccatum, vt Adæ, &, ſi deinceps circumciſio Iudæis profuit, hoc prouenit, quia Deus cooperuit illos pelle agni, Chriſti, id eſt, in merito Chriſti, & non in virtute legis, ſicuti Adæ. Deus poſt peccatum,

induit

induit eum vestem pelliceam, remittendo peccatum merito præuisæ passionis suæ. nō enim fuit Deus lanius, agnos accidens. Cum enim animalia fecerit bina & bina, si duo vel quattuor occidit ad perficiēdis tunicas: num creauit alia deinceps? nō quidem fuit lanio, siue sarcinator: sed hæc sunt per allegoriam dicta. nec enim ex alia pelle factæ fuerunt huiusmodi tunicæ: quę ex pelle illius agni, qui tulit peccata mundi. Qui quidem Agnus (vt Iohānes ait) occisus fuit ab origine mundi, & ipsius meritis omnium peccata teguntur. Iuxta illud prophetæ. Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Vnde & sententiæ illius. Et vestiuit eos: si hebraicè scriptæ literæ vertantur, prout cōsueuere cabalistæ facere: dicunt. Et Iesu cor, idest, refugium eorum. Sic enim scribuntur verba illa Vailbissam וילבשם, idest, & vestiuit eos. Quæ literę, si vertantur, dicunt Iesu lebam ישו לבם, id est, cor eorum. Et idcirco agni sanguis, qui aspergebatur, figurabat talem circumcisionem illis prodesse in virtute agni immaculati, Christi. Quare, post Christi aduentum, non est amplius necessaria circumcisio: eo quod Christus omnē à nobis abstulerit maculam, nos viuificando. Vnde Iusti etiam in morte sua dicūtur viuentes, & maligni etiā

in vita sua dicuntur mortui. Quo peritis in cabala non erit obscura Dei sententia (secundum Reuclin) in die qua comederit ex eo, morte morieris: videlicet non corporali sed spirituali. nam vixit Adam post Esum vetitum vltra nongentos annos, in momento tamen ipso mox atque legem trãsgressus erat, morte moriebatur. In peccato inquàm suo, toti humano generi & prolis futuræ ꝓpagationi æternis inferiorũ habitaculis destinatæ sentico nimis & cõtagioso. Quousq; Dei placito veniret Messias ille redemptor, qui hominem in paradisum reduceret, non terrestrem, sed cœlestem, & vitã liberis redderet, quam parens amiserat, æternam non temporalem, animæ non corporis illam ipsam Dei familiaritatem & iucundissimũ Diuinitatis aspectum, omni voluptate plenissimum. In hunc omnes veri cabalistæ nõ sophistici: totam suam fiduciam figunt atque locant. In hunc omnia sanctarum scripturarum salutaria vaticinia retorquent: De terra promissionis: De Ierusalem ciuitate: cuius participatio est in idipsum: De monte Dei, & loco sancto eius, & via sancta: & sanctuario, & atriis Domini: & templo Domini: & domo Domini. & porta Domini: & cæteris similibus multis: q̃ Rab. Moses Aegyptius in suo Misne, idest, Deutero. Sic etiam intelligi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

telligi de cœleſti beatitudine voluit. Qua de cauſa, multum & ſæpe cum Thalmudiſtis certant cabaliſtæ : & plurimum vtriq; in duas eunt ſententias. Illi omnem liberationem regis Meſsiæ de corporali captiuitate : ſeu diſperſione conantur ad tumultum, ad ſtrepitus armorum : ad expeditiones bellicas: ad expugnationes regnorum, ac regionum & deuaſtationes terrarum : & Iſraelitici exercitus victoriam referre : vt quondã ſaluatore Moſe legimus aduerſus chananeos & paleſtinos maioribus ſuis contigiſſe: aut ſaltem ad exquiſitum euaſionis ingeniũ quo ſunt in aliis liberationibus: vt multi vafrè, vt ego puto ſanctè vſi : quando tot ſeculis ſub tot regnis diſperſi exularunt : vt ſub Babilonico annos ſeptuaginta: ſub perſico quinquaginta quatuor: ſub Græco centum & triginta : nunc ſub Romano mille quingẽtos, necdum fortis. Rectius, meo arbitratu cabaliſtæ Meſsiam eſſe venturũ putatus ad liberandum miſeros humani generis mortales : de vinculis iniuſtitiæ originalis: ad dimittẽdum, & ad ſaluãdum piè Deo ſeruientium animas in Adam patre noſtro à vita æterna excluſas : vſq; ad ſatisfactionẽ Meſsiæ, quàm ad ſaluandum temporale regnum ſecundum Thalmudiſtas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

P.M. Ex principiis cabaliſtarum euidenter dicitur, quod per aduentum Meſsiæ, tolletur circumciſionis neceſsitas.

F.A. Abrahā duos habuit filios myſterioſos: vnum de ancilla, & alterum de libera: qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui verò de libera, ſecundum ſpiritum: qui duo duplicem in nobis figurant hominem, animalem videlicet, & ſpiritualem: qui ſemper adinuicem certant. Et, quemadmodū Deus iuſsit, eum, qui ſecundum carnem natus fuerat, eiici ab Abraham: ita & carnalis, ſiue animalis homo debet à nobis eiici: & homini ſpirituali ſupponi: non enim ſumus carnis debitores: nam, ſi ſecundum carnem vixerimus, moriemur. In cuius adiutorium Deus duo dedit teſtamenta: vnum in monte ſina: alterum in monte Sion. Prima igitur lex data eſt, in ſanctificationē hominis animalis: quare illis data eſt priapi circumciſio, quod eſt membrū animale, & ſenſuale: cuius effuſione ſanguinis domaretur talis homo animalis. Deus magis iuſsit præcidi carnem & ſanguinem ex illo membro quám ex alio: cum peccatum primorum parentum expurgandum videatur fuiſſe propter carnem &

ſan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſanguinem: quia nimis ceſsit & indulſit mulieri & parti ſenſitiuæ pſuadenti. Quod cognoſcens Triſmegiſtus, ait. Homo á contẽplatione patris, in ſphærã generationis collapſus eſt. Cõuerſus videlicet ad dimidium ſui, quod eſt mulier: ſicut docet Plato. Poſtremo venit Chriſtus, ſanctum inſtituens euangelium, hominem ſanctificãs ſpiritualem per aquam: idcirco ait. niſi quis renatus fuerit denuo ex aqua &c. quaſi dixerit. non ſatis eſt ad ſalutem naſci ſecundum carnem per circumciſionem: ſed oportet iterum renaſci ſecundum ſpiritum per baptiſmum. Vnde diſponente Deo, homo naſcitur in peccato, baptiſmo expurgãdo. Paulus aperte hoc declarat, dicens. Concluſit Deus omnia ſub incredulitate & peccato, vt omnibus miſereatur: Tolle peccatũ: vbi dignoſcitur miſericordia Dei. Vbi redemptio, ex qua tenemur Redemptori. Vbi gloria redemptoris nos redimentis. Hinc alibi dicit Apoſtolus. Omnia concluſit ſcriptura ſub peccato: vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Et hoc eſt magnum ſacramentum inter omnia fidei negotia. Mutari enim debebat circumciſio remedium peccati originalis in baptiſmum: ſicut prædixerat Ieremias, dicẽs. Ecce dies veniunt (dicit Dominus) & feriam domui Iſrael, & domui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Iehuda fœdus nouum: non secundum pa-
ctum, quod pepigi cum patribus vestris. Et
quando hoc fuerit: per Isaiam declaratur,
dum de vncto á Spiritu sancto: & misso ad
prædicandum loquitur. Quod Christus de
seipso interpretatur: vt Lucas refert. Pòst-
que subinfert. Fœdus perpetuum feriã eis.
Fœdus fuit Baptismus. Iuxta illud. Qui cre-
diderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.
Ideo populus Israel traductus fuit per ma-
re: quòd Aegyptiis fuit sepulchrum. In figu-
ram veri baptismatis: in quo omnia designa
ta per Israelem populum Dei, saluatur: cor-
pus autem: vel animalis homo: in Aegyptiis
figuratus, cõsepultus iacet. Iuxta illud Apo
stoli. Cõsepulti sumus cum illo per baptis-
mum in mortem. Et alibi. Circumcisi estis:
non in expoliatione carnis: sed in circumci-
sione Christi: consepulti ei in baptismo: in
quo & resurrexistis: quo ad animam videli-
cet: per fidem operationis Dei: qui suscita-
uit illum à mortuis, & cõsequenter nos mẽ-
bra eius. Quoniam in Christo omnes nos vi
uificabimur: dummodo moriamur cum eo
in baptismo. Iuxta illud. Sicut in Adam oẽs
moriũtur &c Et mutauit Christus circumci
sionem in baptismum. Quia sicut Deus in
statu legis seueræ mundari iusserat hominẽ
à prima labe in sanguine, q sub Tribunalis
seueri

seueri ditione situs est: sic quoque voluit in statu gratiæ ipsum hominem mundari per aquam a templo Dei & sede pietatis & gratiæ emanantem: paccato prius Tribunali iustitiæ per sanguinem crucis eius: siue quæ in cœlis: siue quæ in terris sunt. Hinc ipse Christus (vt Iohannes ait) venit in aqua & sanguine: vt seruaret rigorem legis, quæ exigit: vt omnia penè mundentur in sanguine. Postea tribuit aquam in ablutionem perfectã: & in signũ clementiæ & gratiæ dandæ, quæ aquea est, vt antiqui Theologi habent. Et in signum Tribunalis iustitię in circumcisione Hebræi vtebantur cultro ferreo: vt etiam est in frequẽti vsu apud eos, qui circuncidun-tur. Et quàmuis dicatur in Libro Exodi: ꝙ Zipora vxor Mosi accepit acutissimam petram: & circuncidit filium. Hoc nõ habetur in veritate literæ, quôd fuerit acuta, vel nõ: sed ibi dicitur: ꝙ accæpit zor צר. Quod vocabulum. & si petram significare potest: tamen hic significat nouaculam: vt expresse exponit Targum chaldaicum ponens pro zor tenará quod apud chaldæos nouaculam significat. Iussit igitur Deus ferro circuncidi, qui nullum ferramenti genus admisit in Templi fabrica. Legiur enim in volumine tertij Regum, ꝙ maleus & securis & oẽ genus ferramẽti non sunt audite in domo Dei
cum

cum fabricaretur. Quia in Templo, vbi petebantur remisſiones & gratiæ multiplices: non debebat ſentiri aliqua durities & ſeueritas per ferrum denotata. Secus autem fieri debuit in circuncisione: quæ fiebat in vindictam carnis & ſanguinis, quæ fuerunt occaſio peccati. Hinc ſcriptum eſt, ꝙ Adam peccauit ſuaſu mulieris, quæ partē animalem: carnem videlicet & ſanguinem ſignificat. Nam (vt theologi dicunt) circuncisio fiebat in expiationem peccati originalis: ſicut apud nos baptiſmus. Quod expreſſe græ gorius aſſerit: quare circunciſio vltrò non eſt neceſſaria, cū totaliter ſcilicet in vtroque homine per baptiſmum renaſcamur. Plus enim facit baptiſmus ī parte animali, ipſam mortificando, quàm fecerit antiquæ legis circunciſio, quod patet, quia antiquæ legis patres nubere tenebantur, & caſtitatis votū prohibitum illis erat, hocq; propter continentiæ difficultatem. Nūc autem omnibus caſtitatem vouere condonatum eſt. Notandum eſt tamen, quod circunciſio triplicem ſtatum habuit. Primò ante Chriſtum. Secūdò Chriſti tempore. Tertiò poſt Chriſtum. Primò erat neceſſaria. Secundò erat permiſſa. Tertio mortifera fuit, vt docet Paulus. Quoniam ſi circuncidimini, Chriſtus uobis nihil proderit, quia talis ſumens illā,

quaſi

quasi diffideret Christi merito, remota tamen tali intentione dicunt aliqui, quod, si quis circuncidi vellet non peccaret: teneretur tamen ad totalem legis obseruantiam: quia ex quo accepit signum in se, est, ac si vouisset illam obseruare, quod tamen permittitur, sicut permittuntur consilia euangelii voueri, & obseruari sub præcepto, vti de religiosis patet. Christus vero nos à tali iugo liberauit cæremoniarum, quare nō tenemur tale circuncisionis signum suscipere: propter nouam baptismi genituram. Sicut prædixerat Rab. Akiba in libro yoma. cap. yom hakippurum, idest, dies propitiationum. Dixit Rab. Akiba. Beati vos Israel coram illo, à quo mundati eritis. Et quis mundabit vos? Pater vester qui est in cælis: de quo dictum est in Ezech. 36. Et spargā super vos aquas mundas, & mundabimini, absque scilicet circuncisione. Hoc probat Rab. Iehosuah in libro Iebamot, idest, fratrum cap. Hasolem, id est, excalceatus. sic ait. Qui baptizatur, & non circunciditur: ecce ipse est Gher, idest, conuersus de gentilitate ad veram fidem: sic enim inuenimus in matribus, scilicet in Sarrah, & Rebeca: in Rachele & Lia, quæ fuerunt baptizatæ, & nō circuncisæ. Alia ratio est. Paul. Rom. 9. dixit. Omnia penè mundabātur in sangui-

ne: & ſine ſanguinis effuſione nõ fit remiſſio. Et, quoniam Chriſti ſanguis effuſus, ſat eſt pro mille mundis reparandis: idcirco nõ amplius valet circumciſio: nam circumciſio figura fuit Chriſti ſanguinis ſua in circunciſione, & in cruce effuſi. Et perfectius baptiſma in Chriſti ſanguine fundatum, peccata delet, quàm circunciſio, quia tam mulieres, quàm viri eo vti poſsũt. Quare proiectus eſt fratrum accuſator Diabolus, ut habet Iohãnes in apocalipſi. Qui ante Chriſti aduentũ omnes nos gentiles coram Deo accuſabat, tãquàm peccati originalis obnoxios: & immundos tam quo ad ſpiritum, quam quo ad partem animalem. Poſt Chriſti aduentum ceſſauit: ideo Apoſtolus ait. Empti.n. eſtis pretio magno, Chriſti ſcilicet ſanguine, non corruptilibus auro, & argento. Sanguis igitur circuncisionis, qui iuſtitiam ſeueram Geburas גבורה mutatus eſt in aquam gratiæ Gedulas גדולה, quare circunciſionis pactum non manet, ſed baptiſmi, quod cõfirmat Rab. Barachias in libro midras cohelet, ideſt, in expoſitione libri Eccle. ſuper illud. Quid eſt, quod fuit? ipſum, quod erit, dicit. Sicut fuit Redemptor primus, ideſt, Moſes, ita erit Redemptor vltimus: &, quẽadmodum Redemptor primus fecit aſcendere puteum (in potatione ſcilicet ouium

Ietro)

Ietro, ita Redemptor ultimus, qui eſt Meſſias aſcendere faciet aquas, ſicut dictum eſt Iohelis, ultimo & fons de domo Dauid exiuit & rigabit torrentem & planitiem ſeculi. Targum Ionata dicit. Et erit rigans planitiem ſetim. Setim uero cuiuſdam regionis Græcie eſt nomen: ex qua ut in lib. Maccabæorum habetur. Alexander Macedo egreſſus eſt. quod tamen adimpleri contigit, cum, Apoſtolis baptiſmum per uniuerſum orbem prædicantibus, Græci baptizati ſunt.

M.M. Neceſſario habent concedere cabaliſtæ, ſecundum ſua principia, quod uerus Meſſias futurus eſt talis ut de eo verè dicatur, quòd eſt Deus, & Dei filius.

F.A. Meſſias futurus Deus probatur. per Eſaiam dicentem. Et uocabitur nomen eius Emanuel עמנואל, id eſt nobiſcum Deus: modo excellentiori, quam unquã antea, alius fuerit. Sequitur idem propheta Meſſias redemptor dictus eſt Himanuel, id eſt, nobiſcum Deus. Quamuis enim Deus ſemper omnia repleat (vt Ieremias, ipſius Dei perſonam agens, perhibet, dicens. Cælum & terram ego impleo. nihilominus in aduen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tu Messiæ. Deus esse nobiscum dictus fuit: quia peculiari quodammodo fuit in redemptore. sicut ipse peculiari atque perfectiori chrismate unctus fuit. In aduentu enim eius Ianuas cęli Deus aperuit: adeò vt non tātùm ipsum; sed omnia membra eius peculiari quodāmodo diuinitas perfuderit & unxerit. Hinc christiani dicimur, id est chrismate & diuinitate vncti; qua vnctus fuit Christus præ particibus suis, prout dicit psaltes, non unctione oliuarum; sed diuinitate, quæ oleum in scriptura sacra nominatur. Hinc sapiens canit in Canticis canticorum: oleum effusum nomen tuum, id est, uirtus nominis tui; quæ diuinitas est; ut ueri sapientes exponunt. nam miracula & prodigia; quæ fiunt in nominibus diuinis; nō fiunt per uirtutes characterum; sed per Diuinam virtutem; per characteres illos denotatam. qua diuinitate: & quo chrismate unguntur omnes; omnia enim sunt plena Deo peculiarius autem homo Et hic quāto melior est: tanto magis de diuinitate participat. redemptor autem: cum fuerit Dominus omnium: præ omnibus participibus suis hac diuinitate meritò unctus est. Hinc ab Hebræis Messias: à Gręcis uero Christus, id est, unctus per antonomasiam dictus est. Vnctus autem & linitus fuit verbo: quod

car-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

carnem & animam ipsius Christi assumpsit ipsam perfundēs. sequitur infra idem propheta dicens. Et vocabitur el giber אל גבור idest, Deus fortis: pater futuri sœculi. Vnde illud el Deū significat, sicut apertè Baruch ait. Hic est Deus, qui scilicet in terris visus est: & cum hominibus conuersatus est. Et Ieremi. Tu autem in nobis es Domine & nomen tuum inuocatum est super nos. Et cui loquebatur Ieremias? Ille vtiq; : cui paulò ante dixerat. Quare colonus futurus es in terra: & quasi viator declinans ad manendum. Idem confirmat Rab. Abba, dicens. Deus Tetrag. est nomen eius sicut dictum est Ieremiæ. 23. Hoc est nomen eius, quod vocabūt eum, Deus Tetrag. noster. & Rab. Leui. Felix ciuitas, cuius nomē est sicut nomen Regis sui, sicut scriptum est Ezech. vltimo. Et nomē ciuitatis ex die, Deus Tetrag. & nomen Regis sui, sicut nomen Dei sui. Quòd etiam sit Dei filius probatur per Salomonem: Prouer. 4. vbi dicitur. Filius fui patri meo, tener, & solus, siue vnicus filius, vel filiorum matris meæ. Quæ quidem expresse verba de Dei filio loquuntur, non de Salomone: non enim patri fuit solus, cum eius pater Dauid plures alios habuerit filios: nec vnicus matris suæ filiorum: cum Bethseba mater eius alium præter ipsum filium non

 haberet:

haberet:nam, etſi alium ante ipſum habuerit: ille tamen, anteaquàm Solomo ipſe genitus eſſet: infantulus abierat: vt patet 2. Regum 12. Intelligitur ergo de filio Dei Meſſia, qui non ſolum ſecundum Diuinitatem filius Dei erat ab æterno genitus, verum ſecundum humanitatem quoque, ſolus, vel vnicus filiorũ matris ſuæ, hoc eſt, ex omnibus ſynagogæ filiis (quæ ad Diuinam incarnationem mater Dei dici debebat, ipſi Deo patri filius per Diuinæ naturæ vnionem futurus tener erat Meſsias, ratione immenſæ pietatis ſuæ, quare dicit. Ego veni vocare peccatores, &c. Et de Oue perdita &c. Et, ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat, &c. Item Solomon Prouer. 31. Quid fili mi? quid fili vteri mei, quid fili votorum meorũ &c. Super hæc verba dicit Rab. Abrahã aben azra. Simile eſt hoc Regi, qui filiis ciuitatis iratus eſt. Iuerunt ergo ciuitatis filii: & ſupplicarunt filio Regis, vt regẽ placaret: iuit filius & placauit patrem ſuum. Cumq; Rex per filium placatus eſſet, iuerunt filii ciuitatis ad agendas gratias Regi. Rex verò dixit eis. Mihi vos gratias agitis? ite & filio meo gratias agite: nam, niſi ipſe fuiſſet, iã ciuitatem deſtruxiſſem. & hoc eſt, quod dictum eſt: oſculamini filium· Hæc ille. Et Rab, Nathan ſuper illud Exo. 13. Sanctifica mihi omne pri

mo-

mogenitum, dicit. Mosi dixit Deus sanctus. Quemadmodum feci Iacob bechor, id est, primogenitum, sicut dictũ est Exo. 3. Filius meus primogenitus meus Israel: ita ego faciam Regem Mesiam primogenitum, sicut dictum est. Psal. 89. Ego primogenitum dabo eum, altissimum Regum terræ. Hæc probatio conclusionis thalmudicè sat est: modo eandem cabalisticè probo: & suppono, quod cabalistæ habẽt concedere, quod Messias futurus esset magis Diuinitatis plenus, quàm humanitatis: ergo habent concedere ipsum futurum Deum: habent etiam concedere, quod Dei sit filius: cuius ratio est: nã sapientia Diuina chocmah, dicitur filius Dei. &, cum Mesias plus de hac sapientia habuerit, quàm cæteri omnes: ergo dici debet Dei filius, eadem ratione, qua dicitur Deus ratione crismatis humanitatem superantis. minor patet per Solomonẽ Prouer. 4. dicentem. Quoniam documentum bonũ dedi vobis, legem meam ne derelinquatis, quia filius fui patri meo tener. Cum autem (secundum Ari. 2. de anima, duri carne, secundum intellectum sunt inepti, molles vero, id est, teneri, bene apti, idcirca ad ostendendam dispositionem hanc suam optimã, ad recipiendam patris documẽta, tenerum se dixit esse, id est, bene disciplinabilem, &

rectæ, ac infinitæ ſapientiæ capaciſsimum. Sed cui tener? patri meo inquit. De tali ergo patre loquatur, neceſſe eſt, qui non niſi recta docere poteſt. Hic aũt ſolus eſt Deus. Sic ergo exponitur: legem meã nè derelinquatis, quia filius fui patri meo tener: hoc eſt, quia illam à patre meo accepi, qui errare nequit in docendo: nec etiam ego errare potui in addiſcendo, quia fui tener, id eſt, infinitæ capacitatis ad eam recipiendam. Et ideò Iſaias de Meſsias loquens vbi ſuprà: ſubdit. Butyrum & mel comedet, quia ſapientia diuina per lac deſignata, in ipſo plenißimè fuit. Iuxta illud Apoſtoli. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Comedit etiã mel, quod eſt guſtus ipſius ſapientiæ, quem habuit ſuper omnes. Sicut præ cæteris viguit ſapientia cõfirmatur: nam, ſicuti filius eſt æternaliter à patre genitus: ita æternaliter diuinam habuit ſapientiam à patre infinitam. Sapientia quoque, quam ſecundum humanitatẽ erat habiturus, ab ipſo Deo ortum habere debebat, qui animã ab inſtanti creationis ſuæ, ſumma gratia, omnibusq; habitibus p̃ cæteris imbuere debebat. Cum itaq; Salomon hoc in libro de filio Dei, qui homo, futurus erat, parabolicè, ac enigmaticè loquatur: idcircò loquitur de filio Dei, qui eſt ſapientia

genita:

genita:& Deus ratione istius infinitæ sapiẽtiæ, quæ maior est, se debebat in Christo, tãquàm ĩ capite. Est igitur modo dicto, Deus. Et filius Dei, quia humanitati Christi counita fuit diuinitas, in vnitate suppositi vt cõmuniter docent Theologi nouitiores. Imaginantur enim tria esse in homine: naturam videlicet, naturam singularẽ quam hæcheitatem vocant, & rationem personæ, quæ in duplici incõmunicabilitate constat: specifica videlicet, & indiuiduali, quam appellant quo & quod. Et hãc aduenisse Christo à diuinitate dixerunt: vel á verbo: aut à persona secunda Trinitatis illi singulari humanitati vnita. Ista opinio debet admitti, quia habemus à peripateticorum duce, quod operationes fiunt á supposito. Cum igitur videamus in Christo aliquas operatiões omnem humanam & creatam virtutem penitus trãscendentes necessariò fatendum est illas à supposito vel à persona diuina processisse. Sed de iis quę operatus est Moses vltra omnes vires creatas, adeò vt Memphitici sapiẽtes coacti fuerint cõfiteri, quòd digitus Dei esset illic. Hoc factum est, quia cum Mose erat Angelus (vt in Exodo legimus) qui & ipse est persona: per quam Deus, vel quę in virtute Dei operatur. Vnde & legem ipse Deus per angelum dedit. Iuxta illud Pauli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Lex data eſt per Angelos in manu mediatoris Vnde Chriſtus volens comprobare perſonam Diuinam in ſe exiſtere, ait. Opera, quæ ego facio: ipſa teſtimonium perhibent de me. Et paulo poſt. Si non vultis (inquit) mihi credere: operibus credite: vt cognoſcatis, & credatis, quia pater ĩ me eſt: & ego in patre. Et iterũ, qui credit in me: opera quæ ego facio· ipſe faciet: & maiora horũ faciet. Et nedum probatur talis pſona Diuina proprie ex operibus: ſed ex modo operandi, præcipiendo enim & non inuocando ipſe operatus eſt. Et etiam quia aliis tribuit vt in nomine eius operentur, quod fieri nequiret: niſi nomen eius Diuinam virtutem contineret. Nam (vt in tractatu de nomine Ieſu patuit) Moſes omnia portenta fecit in quadrilitere nomine. Sic & omnes poſteriores prophetæ. Nullus autẽ in nomine alicuius puræ creaturæ miracula operatus eſt. Chriſtus etiam declaratus eſt filius Dei teſtimonio patris, dicentis. Hic eſt filius meus dilectus. Et quàmuis de populo Iſraeli dixerit Deus. Filius meus primogenitus Iſrael. Exodi. De Iſraeli tamen non ſubinfertur, quod de Ieſu. videlicet. In quo mihi bene complacui. Non enim Deus ſibi complacet in creaturis (cum ipſe ſit fœlix ſine creaturis) ſed ſibi complacet in verbo producto, quod

amat

amat & à quo amatur per amorem reciprocum, qui est Spiritus sanctus. Et si scriptum sit de sapientia Dei, in prouerbiis. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum: sunt quippè delitiæ Dei producendo hominem & implendo ipsum multiplici bonitate. Quę delitiæ sunt in seipso, & proueniunt à seipso communicante: non autem ab eo: cui communicātur. Sed de filio dicitur. In quo mihi bene complacui. Manet igitur veritas conclusionis. videlicet Quod cabalistæ necessario habent concedere, quod verus Messias futurus sit Deus: & Dei filius.

M. Cum audis cabalistas ponere in thesua informitatem, intellige informitatem per accidētia ad formalitatem, non per priuationem.

A. Aristoteles de physico auditu, tria ponit eiusdem scientiæ principia, materiam scilicet, formam, & priuationem: & si à quamplurimis ĩ hoc redarguatur: æquiuoca nāq; non simul numerantur: patet de hoc termino canis, qui latrabilem canem, & sidus cæleste, & piscem marinum, & pictum signat: de quibus non possumus dicere, quod sint quatuor canes: quia æquiuoca non connumerantur (vt dixi) ita incongruè dicitur, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quod materia, forma, & priuatio sint tria principia, cum principium de illis æquiuocè dicatur. Dimissis autem duobus primis principiis, de tertio uerba faciẽs, dico quod priuatio est duplex. quædam est propriè dicta, & quædam impropriè. prima est, quæ priuat formam actualem in subiecto cum potentia, & aptitudine ad illam, quæ sic describitur. priuatio est negatio in subiecto apto nato sic, quod priuatio de significato formali non dicit nisi puram negationem, connotando subiectum aptum natum, ad formam cuius est priuatio: Ita quod nihil addit priuatio ultra negationem, nisi subiectum aptum in quo sit, ut cęcitas in catello ante nonum diem. Secunda impropriè dicta, & est priuans formam in subiecto, ad illam non apto, ut in lapide cæcitas: qui cæcus impropriè dicitur: quod et si non uidet, tamen non est aptus ad uidendum. ad propositũ dicitur in Genesi. In principio creauit Deus cœlum, & terram: terra autem erat inanis, id est, informis: actualiter enim non informabatur: poterat tamen informari: habebat nanq; potentiam ad formam; & hoc est, quid dicit conclusio (intellige per accidens ad formam) quia forma actualiter non acciderat materię non per priuationem scilicet impropriè dictam; sic quod

denotaret

denotaret materiam forma priuatam, ſi-
ne tamen aptitudine ad illam. Dicit ergo
concluſio. (Cum audis cabaliſtas ponere
in theſua, theſua eſt terminus cabaliſticus,
materiam nudam forma priuatam ſigni-
ficans, cum aptitudine tamen ad formam;
patet per id, quod dicitur in textu He-
braico dicente. Terra erat bohu בהו, id eſt,
vacua. Ly beth litera, ב, ſignificat, in,
& litera uau, ו, ultimo poſita, ſignificat,
ipſum: eſt igitur ſenſus. In quo ſcilicet ſub
iecto, uel materia, ipſum ſcilicet ſubiectum
informandum erat forma: nam illa priua-
tio erat cum aptitudine ad formam ſecun-
dum Hebræos tohu uabohu תהו ובהו fe-
re unū & idem ſignificant. nam eſt tohu:
quod neque formam habet neque figu-
ram; ſed in propinqua eſt diſpoſitione, ut
illam recipiat. id quod Græci hiiuli היולי,
id eſt, ὕλω uocant. Alii uero uocant cho-
mar ariſon חומר הראשון materiam primam.
Et intelligitur per terram confuſio quatuor
elementorum. Et rachia רקיע uox ſonat non
firmamentum, ſed extenſionē iuxta illud.
Extendit cœlū ſicut pellem. nam ex aquis
fecit rem extētiſsimam & ſphęras quaſdam:
quas ęque ut ſummum cęlum: quod primo
creauit שמים uocat. Hebręi tamen inferio-
rum cœlorum machinam uocant, mercha-
uas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

uas, מרכבה. Quando igitur Moses dixit. In principio creauit Deus cælum & terram; Intellexit de materia utriusq; cæli scilicet & terræ: quæ si sit eadem utriusque: adhuc lis sub iudice pendet. Disceptant nanq;: physici. Moses tamen edoctus ab eo, qui utrumq; fecit, soluit dubium. Vnde non ignarus nec ambiguus: sed eruditissimus phylosophus. aliam & aliam materiam cœli & terræ ponit: ut patet ex eius modo loquendi: quo utitur, dicens. In principio creauit Deus cœlum & terram, id est, materiam cœli & materiā terræ. nam de vtriusq; materia est ibi sermo: cum quia de forma cœli in secundo. & de forma terrę in tertio die pertractat: tum quia apertissime innuit se locutum fuisse de materia terræ ex iis quæ sequuntur, uidelicet. Terra autem erat tohu nabohu. quod interpretatum habet. Terra erat cahos, in quo ipsum scilicet producendum inerat: in potentia videlicet (ut dixi) Et in secundo die alteri scilicet cœlo formam dedit, dum dicitur: sit Arachiha in medio aquarum id est extensum, uel expansum omnium cælorum. Vnde sequitur Et vocauit Arachiha cœlos. Arachiha non est firmamentum, ut habet nostra traductio, sed globus, & massa omniū cœlorum, ut dixi, & probatus per id; Fecit Deus duo

luminaria magna, & ſtellas: & poſuit ea in arachiha: nec autem in firmamento, id eſt, ſtellato cœlo poſita ſunt luminaria illa, ſed vnumquodq; in orbe ſuo. Arachiha igitur ſignificat glomeratum quoddã ex omnibus cœlis. Terrę verò formam tribuit tertio die, in eo, quod ait. Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum, vt appareat arida: quam aridam uocauit terram. patet igitur concluſio.

IM. Si duplex aleph אא quod eſt in textu: non auferetur ſceptrum &c. coniunxerimus ad duplex aleph, quod eſt in textu: Deus poſſedit me ab initio. Et duplex aleph, quod eſt in textu: terra autem erat inanis: per uiam cabale intelligemus ibi Iacob de illo uero Meſsiha locum: qui fuit Ieſus ישו Nazarenus.

F.A? In Geneſi. 49. dicitur. Lo iaſur ſeuet mihuda vmechokek miben raglau had chi iauo ſilo uelo iikeat hamim לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבא שילה ולו יקהת עמים Latine ſic. nõ recedet ſceptrum de Iehuda:

huda: & ſcriba de medio pedum eius, quo-
uſq; ueniat ſilo. In hoc textu Hebræo tan-
tummodo ſunt duo aleph אא. In prouer-
bijs. 8. cap. dicitur. Adonai chanani reſit
darcoked miphalau meaz יהוה קנני ראשית
Latine ſic. Dominus poſ- דרכו קדם מפעליו מא
ſedit me in initio uiæ ſuæ ante opera ſua ab
antiquo. In hoc textu Hebraico ſunt etiam
tantum duo aleph אא. In Geneſi cap. i. ha-
betur. Veaarez aieda tohu uebohu uecho-
ſech haal pene teom ueruach elohim mera
chephet haal pene amaim. והארץ היתה תהו
ובהו וחשך [על פני תהום ורוח אלהים מרחפת על פני
Latine ſic. Terra autem erat infor- חמים
mis & inanis: & tenebrę erant ſuper faciem
abyſſi: & ſpiritus Dei mouebat ſe ſuper fa
ciem aquarum. In textu hoc Hæbraico; ſi-
cut & in cæteris duabus textibus ſupradi-
ctis: ſunt tantùm duo aleph אא. Et aleph
אלף plenum importat mille. & per millena-
rium intelligitur cubus denarii, ultimi om
nium numerorum: Finis enim numerorũ
ſimplicium eſt denarius. Qui, ſi quadretur
centenariũ reddet: ſi autem in cubum redu
catur, millenariũ reddet: vltra quem nume
rum extendi nequid: quia extenſus eſt in
longum, latum, & profundũ. Vltrá quàm
dimenſionem alia non datur ſicut bene do-
cet Ariſto. de cœlo & mundo. Dandus eſt
igitur

igitur hic numerus finalis mundo, id est, homini, qui est finis omnium rerum creatarum. Et in hoc homo assimilatur Deo, cui competit mille: sicut habetur in canticis. Et mille tibi Selomo, id est regi pacifico: qui est ipsamet pax, & finis omnium rerum ac principium. qui Deus denotatur per literam aleph א, quæ est prima literarum alphabeti, & unum importat. Si vero proferatur integre אלף aleph mille significat (ut dixi) finem videlicet omnium numerorum. Vnde dando ipsi Deo aleph, recognoscimus ipsum esse principium ac finẽ mundi: Ideò Deus tanquàm eius conditor, cum sit trinus, tres condidit mundos. primus est mundus archetypus: de quo Iohannes loquitur: dum ait, quod Deus erat in mundo, id est, in semetipso. Secundus mundus est hæc machina tota bona: de qua Iohannes prosequitur, dicens. Et mundus per ipsum factus est. Tertius mũdus est homo qui paruus mundus nominatur. Et de hoc loquitur Iohannes, dicens. Totus mundus positus est in maligno, idest, tota hominum massa, in maligno posita est, quia infecta ab antiquo serpente. A qua infectione liberari nequit nisi renascatur ex filio Dei. Quod apertè referat Iohannes, dicens. Scimus, ꝙ omnis, qui natus est ex Deo, nõ peccat; sed

generatio

generatio Dei conseruat eum:& malignus, id est, diabolus non tangit eum. postea subinfert Et Mundus totus, id est, omnis homo carnalis positus est in maligno, scilicet peccato. Et mundus iste odit Deum: sicut habetur in Iohanni si mundus uos odit, scitote quòd me priorē uobis odio habuit. Hoc odium est in mundo minori: qui sumus nos. nam in ipso mundo minori: est anima diligenda: & est corpus uel animal nostrum odio habendum. quorum typum gesserunt Iahacob & Hesau: de quibus scriptum est Iahacob dilexi: Hesau autem odio habui. Et quoq; in homine spiritus, qui natura Deum diligit, & in Deum tendit: & est concupiscentia uel caro: quæ spiritui aduersatur tanquam inimica. pari quoque modo in mundo maiori est portio Diuina: quæ est collectio filiorum Dei: qui Deum diligunt & ab eo diliguntur: & est portio filiorum mundi & diaboli: qui Deum oderunt, & à Deo odio habentur. Hinc Christus omnia cognoscens: de utriusq; dixit. Ego pro eis scilicet qui Dei sunt, rogo: non pro Mundo, quoniam totus est positus in maligno (vt ait Iohānes) & hoc quia omnis homo pronus est ad malum ab adolescētia sua, vt in Gen. dicitur, quia mundus totus hic inferior ma-

terialis

terialis est. Hinc tendit ad malignitatem: sicut & materia. Etiam quia propulsata est Dei bonitas á malitia nostra: à qua bonitate destitui semper in peius corruimus. Hunc mundum fabricauit Dominus, vt ostenderet bonitatem suam. non enim ab externis causis (vt Boetius & Hieroc. testantur) impulsus: sed ex mera bonitate sua mundum fabricauit. Et hoc, quantum ad causam impellentem siue suadentem. Verum causa finalis (quæ potissima est) ea fuit: vt sapientiam suam, quam filium esse dicimus, extra manifestaret. Hinc propheta canit. Omnia in sapientia fecisti. Et, vt per eandem mundum ipsum repararet. Vnde Apostolus vocat Christum, Dei virtutem & sapientiam. Et iterum paulò inferius ait. Vos estis, scilicet redempti in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia iustitia, sanctificatio & redemptio. Et, vt ꝑ ipsum bearemur omnes. Et Dei participes efficeremur. Et cũ sit virtus Dei mũdum hunc inferiorem creauit, quẽ distinxit inter bona millenaria (secundum secretiores Theologos) quorum duo prima significant principium humani decursus: duo millenaria secũda medium: duo tertia finem. Ait enim oraculum Eliæ celeberrimum. Duo millia in vacuo, idest, sine lege, & sine Messias: duo millia in lege: duo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

millia in Mesſiah, conſumabũtur videlicet. Et hæc ſex millenaria reſpõdent ſex diebus fabrice: vt a Moſe & Petro edocemur. Chriſtus autem præueniens venit in tempore legis, nondum completo duplici illo binario numero millenario. Hinc clamabant mali dęmones. Cur veniſti ante tempus torquere nos fili Dei. Præuenit nanque per trecẽtos annos. Et ſic opus Dei: & totus mundus viuificatus fuit in medio annorum, ſicut prædixit Abachuch. In medio annorũ viuifica illud, ſcilicet opus tuum. Et illud innuit per id quod ſubinfert. In medio annorum notũ facies, cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Venit ergo Chriſtus in quarto millenario, qa ſicut ſol iſtæ viſibilis productus fuit die quarto: ſic ſol iuſtitiæ, cui hic viſibilis reſpõdet, oriri voluit mlllenario quarto, cum ipſo quarto die fabricæ conueniente. Quia vt Apoſtolus ait. Venit in plenitudine temporis (vt dixi) circa finem quarti millenarii; præueniens videlicet tempus; circiter trecentos annos (vt dixi) nã moris eſt pientiſsimi Dei lento gradu ad vindictam procedere; cum miſericordia autem & gratia præuenire, Iuxta illud prophetæ. Miſericordia eius præueniet me. Et iterum. Præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis. Fuit igitur plenitudo temporis, intercedẽte miſericor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

dia & pietate, qua (vt dictũ est) præuenire solet Deus, vt eius proprium est. Hinc ecclesia canit. Deus, cuius est proprium misereri semper & parcere. Nam sicut mille sibi cõpetit, canticorum 7. Et mille tibi Salomo, qui pax sibi interpretatur (vt supradixi) est enim ille verus Rex pacis Christus, qui habet pacem à seipso, idest, á diuinitate: in seipso existente. Nam aliunde, quàm á Deo, vera pax haberi nequit. Iuxta illud ab ecclesia celebratum. Da nobis illam, quam mũdus dare non potest, pacem. Ita parcit in millibus, vt habetur in Exo. idest, toties quoties homo cõuertitur ad Deum]. Iuxta illud Ieremiæ. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me (dicit Dominus) & ego suscipiam te. Sed ad sublimiora ascendẽdo, parcit Deus in millibus, id est, in millenario, id est, in virtute pietatis, & clementiæ diuinę, cum millenarius sit numerus Diuinus: quaternarius verò elemẽtaris, & corporibus addictus: vnde punit in quaternario. Secundum quod peccatum, per corpus materiale: vel elementare animę annexũ: peccat homo. ideo dicitur. in Exodo: ꝙ Deus reddit iniquitatem patrum filiis ac nepotibus: in tertiam ac quartam generationem. Duplex igitur aleph positum in supradictis verbis Geneseos, signãt duo mil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

lia annorum ſine lege, ab Adam ſcilicet vſq;
ad Moſem. fuit ætas illa inanis, & vacua, &
informis, abſque lege, & cognitione Dei p-
fecta. Et hoc quia Deus deduxit & aluit to
tum genus humanum & corpus pro exigen
tia ætatum: ſicut prouehitur particularis ho
mo: cuius prima pars ætatis libera relinqui-
tur: vt augumento naturali & corporeo va-
cet. Duplex vero aleph poſitum ĩ dictis Ia-
hacob: ſignant ſecundam ętatem, vel ſtatum
mundi ſub lege. Nam ſecunda pars regitur
fræno doctrinarum & legis, quo ſeipſum iã
virum factum, moderari poſsit. Duplex in-
ſuper aleph poſitum in prouerbiis. Signifi-
cat tertiam mundi ætatem, vel ſtatum ſub
Meſsiah duraturam, per duo millia anno-
rum: & in iſta ætate vacat homo cęleſtibus:
ad quæ in fine ſui curſus iam tendit. Quæ
cæleſtia potiſsime Meſsias docuit in fine
mundanæ ætatis. Iuxta illud Apoſtoli. In
quos fines ſeculorum deuenerũt. Sex igitur
aleph, trifaria diſtinct. trinam legem oſten
dunt naturæ videlicet, ſcriptæ, & gratiæ. Ho
rum temporum primum, & prima genera-
tio, lege natura tantummodo directæ, abſq;
ſacrificiis, & gratiæ influxu, quodammodo
arida, & inanis fuit. Secũdum temporis ſpa
tium aliquid lucri, & fauoris ex lege repor-
tauit. In tertio autem tempore manipulos
plenos

plenos Christi gratia suffulti, ipsi iudici, & Deo patri offerre concessum ast. Hinc illud apud Hebræos Heliæ oraculum supradictũ manet probatum. Ad propositum igitur cõclusionis Iahacob in illis verbis ostendit nobis, Christum fuisse verum Mesſiam, quia venit in millenario quarto circa eius finem.

.M. Per hanc dictionem, quæ scribitur per aleph, Iod, & Scin (& signant virum, qui Deo attribuitur, cum dicitur vir belli, de trinitatis mysterio per viam cabalæ perfectissime admonetut.

F.A. Hebræi hominem multis nominibus nominant; Adam אדם, Geuer גבר, Enos אנוש, & Ais איש. Primum a terra sumptum est: nam Adama אדמה terram significat. Secundum ab aere: nam auer אויר aerem notat. Tertium ab aqua: nam enos hominem violentum significat, more decurrentis aquæ. Quartum sumitur ab igne. nam es אש ignẽ significat. In quolibet trium primorum nominum est vna tantũ, aut nulla Diuinitatis litera: in quarto autem nomine sunt duæ, aleph א scilicet & iod י, sic.n. scribitur איש is, siue ais. Vbi innuunt cabalistæ hominẽ virtute præditum bis esse diuinum, natura sci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ficet qua continet imaginem Dei, virtute, qua continet ſimilitudinem: quare ad rem, virtus ita definiri poteſt. Virtus eſt operatio aſsimilans hominem Deo, atque Deificans. Quare Hebræi nullum hominem, ais, ideſt, virum appellant, niſi probum, & virtutibus prẹditum: ſicut nos non dicimus de doctis, & magnanimis, quod ſint homines docti: nam hoc nomen homo, eſt nimis cōmune: ſed dicimus, quod ſunt viri docti &c. Hoc igitur nomine, ais, vocatus eſt Chriſtus quia de eo ſcribitur in Exodo. Deus vir pugnæ, quod etiam de Meſsiah intelligitur: vnde Rab. Iohanan ſuper illud Zachariæ cap. primo. Vidi noctem: & ecce vir equitās ſuper equum rufum, vel ſanguineum: & ſtans erat inter myrtos, qui erant in cōualle: ibi itaque ſic dicit: vidi noctem: voluit. n. Deus ſanctus, & benedictus totum conuertere mūdum in noctem. Et ecce vir equitās ſuper equum rufum. Non eſt vir hic, niſi Deus ſanctus & benedictus. Et ſtās erat inter myrtos. Non ſunt myrti, niſi iuſti: ſicut dictum eſt, Heſter. cap. 2. Et erat nutricius hadaſſa: ipſa eſt Heſter: Hadas enim hebraicè myrtus latinè dicitur: ad cuius intellectū, ſciendum eſt, ꝙ in midras Theilim ſuper Pſal. 20. Hoc modo legitur. Deus ſanctus, & benedictus vocauit Meſsiam nomine ſuo:

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Et quod est nomen eius? Tetrag. est nomē eius, vt dictū est. Exo. 15. Deus vir pugnæ. Ergo Messias est Deus, est etiam homo, quare sequitur Equus eius rufus, idest, habens corpus suum suo sanguine in morte rubefactum; in pugna, in qua Diabolum victurus erat, quare nō ineptè hoc in loco vir pugnæ vocatur. Et si Christus Rex salem & pacis dicatur, venit tamē bellans & pugnās. Est nempe commune adagium. Bellamus vt pacem habeamus, Christus enim suscepit bellum, vt omnia pacificaret. Bellauit quoque, vt adipisceretur coronam, stante edicto à paulo promulgato. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Ideo ipsemet Christus ait. Oportuit pati Christum, angustias videlicet:& bella, & ita intrare in gloriam suam. Bellauit etiam, vt vincēs, daret nobis, debilibus & inualidis militibus principium & virtutem victoriæ obtinendæ. Iuxta illud Apostoli Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Iesum Christum dominū nostrum. Christi primus conflictus fuit cum Diabolo, vt Iohannes ait. Facto silentio præliatus est Michael contra serpentem antiquum pro Christo adhuc tenello, & nuper à matre ædito (vt Iohannes innuit) nolebat enim Demon parere edicto a patre æterno facto; de quo Paulus cū Hebræis agens me-

 minit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

minit. Et cum introduceret (inquit) primo genitum in orbem terræ dicit. Et adorent eum omnes Angeli Dei. Ideo princeps militiæ Christi Michael, pugnam pro eo aggressus est contra hostem ipsius Iesu. Pugna igitur ista fuit Christi causa, quem aliqui admittebant in imperatorem & ducē, alii verò nequaquàm. Quę pugna facta in cœlo, facta fuit posteà in horto voluptatis. Quando videlicet Adam. Suggestione serpentis, q fuit caput omnium rebellantium, voluit comedere & deuorare lignum scientiæ boni & mali, quod Christus est. Voluit enim tanquam primus homo & parens omnium sibi vēdicare illum primum locum, qui Christo reseruabatur, vt infra dicetur. Et Christus in persona propria in mūdo, cum dæmone multos conflictus habuit. Primus conflictus describitur á Mathæo, quem habuit in deserto. Et fuit triplex. Primo carnis bellum intulit descriptum sub velamine lapidum, quos transmutandos in panes obtulit. Nam gula ad carnem spectat. Venit etiam cū turma superbiæ, dum ipsum supra pinaculum Templi adductū hortatus est, vt ad fastum inde se deiiceret absq; læsione. Tertio cum acie auaritiæ pariter ac superbiæ inuasit eū: dum omnia regna mundi ei ostensa promisit. Ductus igitur fuit Iesus in desertū à Spi-

ritu

ritu sancto inflamato, vt viriliter pugnaret, victoriam reportans, qua venenum toti humano generi ab hoste propinatum amoueret; & dulcorantem gratiam tribueret. Et pugnãs Christus cum Diabolo, sicut in cruce fuit derelictus à patre, vt pateretur (nam si cum patre fuisset beatus; pęnas vtiq; nullas sensisset) sic in hoc congressu derelictus fuit a patre. Nec enim fuisset laus vincentis, si adiutus & suffultus virtute illa diuina bellasset. Nec obstat illa Damasceni sententia, ꝙ Iesus nũquám dimiserit semel assumptũ. Nam dormiẽte homine, anima dimittit ipsum naturales operationes exercere, nec tamen derelinquit ipsum, nec abit illa anima viuificans. Sic diuinitas non recesſit a Christo, sed dimisit eum pugnare, sitire, esurire, fatigari ex itinere, & huiusmodi pati. Aderat tamen ei gratia Dei, qua merebatur. Sicut & cęteri homines, qui ipsum secuti sunt, gratia Dei suffulti meruerunt. Quamuis ij lõgisſimo interuallo Christum secuti sunt: Nec enim Christus secundum diuinitatem (qua beatus erat) sed secundum voluntatẽ humanam, gratia repletam, meruit. Exodi quoque יד dicitur. Vidi super sedem manũ bellantem. Iad יד manum significat, & loquitur de Dauide, q̃ fuit manus Dei, idest, fortitudo Dei, qui Goliam, & Leonem interfecit,

terfecit: Et fidelius bellatoris officiũ gessit; quàm quisquam alius, cõtra Amalechitas, qui nec pacem, nec trehugam uoluit habere cum Amalechitis, nec eorum vlli eius oculus parcebat, immo nec eorum iumentis. Saul vero, quia iumentis pepercit, eorum iumenta seruando, in sacrificium Deo offerendum, reprobatus a Deo, eiectus fuit ex regno. Præceperat n. illi Deus, vt nec Amalechitis, nec eorum bonis indulgeret, quæ omnia nostri figura erant, vt semper contra inimicum nostrum Diabolum pugnare habeamus; nec vmquam cum illo pacem habeamus, quia Regi nostro inimicatur Christo, vt patet in Apocaly. vbi dicitur, quod Diabolus voluit intersicere filium mulieris, id est, Christum, ut supra patuit. & Christus contra ipsum pugnans, dixit. nunc princeps huius mundi eiicietur foras &c. Et Paulus Coloss. expolians principatus, & potestates. & non solum ipse fuit vir fortis bellator uerum etiam nos fortes contra diabolum facit, teste Hieronymo: debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem. Christus igitur est uir, vt patet in nume. 24. Ego dominus vir non mentietur. Habetur idem in libro bellorũ domini, de quo Esai. Legite in libro bellorum domini qui est liber vitæ. In illo libro scriptum est. Adonai

uir

vir bellator. ad rē, Iad יד manum significat Et loquebatur de Dauide, qui Christi fuit figura: quapropter dicitur ad conclusionē, quod vir, Hebraicè is איש, in quo uocabulo sunt duę literæ diuinitatis aleph א, & iod י, prima litera hanc dictionem constituit ab אב, & patrem significat primam personam in diuinis: sicut aleph א est prima litera in alphabeto Hebraico constituitur etiam ipsa literis ex duabus iod, & vau יו, quæ significant numerum. 26. qui est numemerus tetrag יהוה quod nomen competit boinach midach proprietati Spirtus sancti, punctato tamen punctis elohim. Apropriatur etiam Tipheret māsioni Iahacob, in qua re gnare debebat Messias: ut habetur ab oraculo Gabrielis. Et sic tota trinitas manifestatur in litera aleph & vnitas etiam personarum, ratione illarum trium literarū, vnam literam constituentium. Alia litera diuinitatis ibi posita est iod י, quod attribuitur cheter patri ratione sumitatis superioris: & binach spiritui sancto, ratione, alterius accuminis inferioris. Et cochmach filio, ratione fusti ipsius. Et quia tres supradictæ personæ sunt vnum in essentia: ideo additur illis litera scin ש tres lineas rectas includens in unitate literæ: quæ etiā scin includit tetrag. Sicut & litera aleph. Quare per dictionem

is איש quæ virum ſignificat (Chriſtum videlicet) de trinitatis myſterio, per viam cabalę perfectiſsime admonemur. Vide de nomine IESV.

P.M. Per nomen, quod tribus literis ſcribitur, he ה, vau ו, & aleph א, quod nomen Deo propriiſsimè attribuitur: & maximè conuenienter non ſolum ad cabaliſtas, qui hoc expreſſè ſæpius dicunt; ſed etiam ad theologiam Dionyſij Areopagitæ per uiam cabalæ trinitatis myſterium cum poſsibilitate incarnationis nobis declaratur.

F.A. Cabaliſtæ tetrag. nomen יהוה diuidunt, & ex literis eius tria componuntur nomina, ſcilicet iag יה, hu הו, uehu והו, primũ ex prima & ſecunda littera cõponitur, ſcilicet ex iod, & he, hoc modo יה iah, quod idẽ eſt, quod Deus, & patrem chetar ſignant, totius diuinitatis fontẽ. Secundum nomen, ex ſecunda & tertia conſtat litera ſic hu הו: quod ipſe interpretatur, & ſignant filium:

nam

nam ipſe eſt, quem prophetæ ad ſaluandum genus humanum uenturum prædixerunt: & digito quandoq; monſtrandum, iuxta illud Eſaiæ 35. Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tertium nomen, ex tertia & quarta conſtituitur litera, ſcilicet ex vau, & he, ſic והו & id totum ſonat, quod ipſe, & ſpiritum ſanctū denotat: quia & ipſe poſt filium quoq; mitti viſibiliter debebat, ſed non eodem modo: qui filius in humanam naturam mitti debebat Spiritus ſanctus verò in columbæ ſpeciæ & in linguis igneis, tanquàm ſub ſigno: nam litera he ה cōmunis eſt primo & ſecundo nomini: vau uerò ſecundo & tertio, quare planè oſtenditur filium cū ſubſtantialem eſſe patri, a quo genitus eſt: & Spiritū ſanctum conſubſtantialem eſſe filio, qui conſubſtantialis eſt patri, vt palàm liqueat, & filium eſſe in parte, & patrem in filio: & Spiritū ſanctum in vtroq; Ad propoſitum concluſionis dico, quod iſtud nomen hu הוא continet in ſe trinitatis myſterium: nam aleph eſt ſigillum patris cheter, vt ſæpe dixi. In lege & in ſcriptura, nullum verbum incipit a litera vau, ו, in ſua radice: nō quod hoc ſit à caſu, nec ex eo quòd vau ſit coniunctionis nota, quia tale non poteſt eſſe principium ſermonis, ſed ſemper ſequitur aliquid pręmiſſum. cau-

sa ergo huius potissima est. quia litera illa arborē uitę significat, quæ in medio paradisi collocata est vnde in uerbis radicalibus, numquā ponitur vau, ו, nisi in medio dictionis: sicut cor, vbi est principiū vitæ animantis, in medio corporis collocatur. Et si contingat illam litteram esse in principio aut in fine, id est, non radicaliter, sed consequenter, aut ministerialiter, vel cōmunicatiue. sicut & uita in medio corporis existens, omnibus alijs membris communicatur, & arbor vitæ in medio paradisi sita omnes arbores eiusdem uiuificat. Vau, ו igitur est sigillum filii tipheret arboris vitæ. He ה est sigillum spiritus sancti & binach, & signant vnionem Dei cum homine, per carnis assumptionem, ut dixi. Eadem conclusio thalmudicè probatur: nam Zachariæ. 9. habetur. Exulta ualde filia syon: iubila filia Hierusalem: ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator ipse (id est hu הוא) pauper: & ascendens super asinam, & super pullum filium asinarum. Ex quibus verbis diuinitas, & humanitas demonstratur. Rab. Barachias super his uerbis. Iustus & saluator, dicit adducens verba Rab. Menachem Rachenad super genesi cap. 3. ita dicentis. Salus Israel est salus Dei sancti & benedicti. vt dixit Rab. Baracbias sacerdos, quia scri

ptum

ptum eſt. Sachariæ 9. c. Iuſtus & ſaluatus, & non iuſtus ſaluator ipſe. Vbi ſenex iſta ſacerdos oſtendere conatur, quôd Deus ſal uando Iſrael, id eſt, fideles, ſaluatus dicatur, ex eo quòd propheta iſtæ, iuſtus & ſaluatus, dicat, per iuſtum nanq; Deum intel ligit, & ratio ſuper quam eius dictum fundari videtur, eſt, quia quemadmodum operis perfectio in operantem redundari ſolet: ſic humani generis ſaluatio in Deum quodammodo reſultat. Idcirco igitur propheta iuxta huius doctoris expoſitionẽ, Meſsiam ſaluatũ dixit: quia cum ipſe tanquám Deus humanum genus ſaluaturus eſſet, ipſius hu mani generis ſaluatio in eũ tanquám in ſalu tis auctorem redundatura erat. quamobrem non inepte hoc in loco. 70. interpretes ſenſum magis quàm verba ſecuti tranſtulerunt, iuſtus & ſaluator. Quare oſtenditur eius diuinitas ibi. Iuſtus & ſaluator ipſe. hæc enim Hebraica dictio, hu הוא, id eſt, ipſe, apud Hebræos diuinum eſt nomen & Deum ſignificat quòd Eſai. 42. patet, dum ipſemet Deus ait. Ani Adonai hu ſemi אני יהוה הוא שמי id eſt, ego Deus, ipſum eſt nomen meum. cum igitur ſacha. dicitur: Veniet tibi iuſtus, & ſaluator ipſe: in his exprimere voluit, quòd Eſaias clarè cap. 35. Expreſsit, dicens: Elohim hu iabo ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ro Sannachem.אלהים הוא יבא ויושעכם, hoc eſt Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Saluare enim propriè ſolius Dei eſt: cætera, quæ in eadem auctoritate continẽtur, Meſsiæ humanitatem exprimunt, vt paupertas & ſuper aſinam ſeſsio &c. quod autem hæc de Meſsias intelligi debeant, patet per Rab. Selomonis gloſam. Quæ ſic ait. Ecce Rex tuus veniet tibi. non poteſt hoc exponi, niſi de rege Meſsias. Quia dictum eſt hic . Et dominium eius a mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad fines terræ. & non inuenimus talem dominatorem in domo ſecunda, hoc eſt tempore ſecundi templi fuiſſe. Ex quibus apertè liquet, regnum Meſsiæ ſpiritualiter intelligendum eſſe, cum regnum tẽporale & paupertas ſimul eſſe nõ poſsint. Rab. etiam Hadarſan in expoſitione Geneſeos, ſuper illud 49. eiuſdẽ libri dictum: ligans ad vitem pullum ſuum. ſic dicit. cum venerit Meſsias in Ieruſalem, ipſe erit cingens aſinum ſuum, & æquitabit, & ſuper eum veniet in Ieruſalem, vt ducat ſeipſum in paupertate, vel humilitate: ſicut ſcriptum eſt. Zacha. 9. pauper & humilis, æquitãs ſuper aſinum: Et ad palmitem fili mi aſinam tuam, hæc ille.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

M Si Deus in se, ut infinitum vt vnum, & secundum se intelligatur, vt sic nihil intelligamus ab eo procedere, sed separationem à rebus, & omnimodam sui in seipso clausionem, & extremam in remotissimo suæ diuinitatis recessu profundam, ac solitariam retractionem, de eo intelligimus, ipso penitissimè in abysso suarum tenebrarum se contegente, nullo modo in dilatatione, ac profusione suarum bonitatum, ac fontani splendoris se manifestante.

F. A. Abraham in suo de formatione disponit Ilan sephirot ad modum arboris decem ramos habentis, qui dimēsiones, vel sephirot dicuntur, & arbor illa est fundamentum totius theologiæ tam nouæ, quam antiquæ, variatis tamen terminis. Et hæc arbor est ad instar arboris decem prædicamētorum Aristotelis; in quibus decem, quicquid est finitum, & limitatum ponitur. Propterea quod

infinita, vt Deus, & illimitata, vt ens vnum verum in prædicamento non ponuntur; & hoc nec propriè, nec reductiuè; materia etiā prima, nō ponitur in ipsis, quia sub ipsis est a simili, essentia nuda diuina, in se considerata sine respectu intrinseco, & extrinseco, est transcendens ad modum entis; & nō ponitur in coordinatione sephirot; similiter creatura, quia est inferior ad illas dimensiones, ideo non ponitur directè in illis, nisi reductiuè vt, Adam, Abraham, Isaac, Iahacob & Dauid (vt declaratum est in Merchaua) qui sunt pedes Merchauah, ad modum propriarum passionum, quæ reductiuè in prædicamento ponuntur, & hæ dimensiones decem sunt, & non plures quia non datur numerus simplex maior denario & ratio huius est: quia non datur in mēte diuina ideo denario maior. Quare intellectus noster nihil apprehendere potest, nisi illud tale sit ideatum in mente diuina. Et Esai. ponit has decem sephirot: in vnum adducit septem inferiores, ibi: & requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus &c. Et alibi ponit tres superiores: de quibus singulis super Ilan, dixi: similiter super portam lucis. Et paralipomenon. 25. & 26. ponuntur omnes decem ordinatæ. Ad conclusionem igitur, dico. Quod si consideretur Deus in se, quatenus

tenus ad vnitatem suam intrinsecam ita, quod nec quatenus pater, nec quatenus creator &c. dico, quod hoc modo cognoscitur in abysso suarum tenebrarum, idest, obscurê à nobis cognoscitur: absconditur enim à nobis tanquàm in nube. Nam nubes nobis beneficia duo conferunt, obtegũt enim nos ac mitigant solis vigorem, & pluuiam præstant. Lux enim eius nimis excellens pcellit oculos minus dispositos, aut tantæ luci non assuetos: & calor exiccans, & exæstuans perurit aliquando: vtrumque tamen necessariũ est. Ad quorum temperamentum summus moderator nubes pro tempore interiici iubet, quæ lucem comprimant, & arefacta madefaciant & irrorent. Non secus nubes illæ meliores, quorum istę simulachrum tenent, interponuntur tanquam velamina: quando non possunt debiles mortalium oculi in gloriam, & splendorem opificis veri quidem solis intendere: in quod spectaculum lucidissimum (inquit Plotinus) si oculus sordibus infectus: nedum purgatus, aut ignauia debilis intẽdat: caligabit protinus, nihilq; discernet. Ideo, ne offendantur oculi sic infecti, opponitur nubes. Sicuti populo murmuranti gloria Domini, apparuit in nube vt in Exodo legimus. Et iterum: Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquẽ-

tem ad te. Sic & aſcendente Moſe ad dominum in montis verticẽ nubes operuit montem, ne offenderentur vulgares oculi intendentes in gloriam domini, quæ erat tanquã ignis ardens ſuper verticem montis. Et Ezechieli loquens, atrium & domum, vbi erãt, nube compleuit. Sic quoque tertio Regum legimus, ꝙ Deus loquens Selomoni in templo: ne gloria eius ibi apparens offenderet oculos conniuentes, nebula impleuit templum, & domum. In hunc itaque modum Deus ſeſe inferioribus præbet, vt ĩ pſalmos canitur. Nubes & caligo in conſpectu eius. quod & cum Apoſtolis obſeruauit: quãdo enim eis glorioſus apparuit, nubem præmiſit, quæ eos obumbraret: ne eorum adhuc debiles oculi a ſplendore gloriæ ſuæ inſtar ſolis ſplendentis offenderentur. Et hoc eſt, quod dicitur: Deum nemo vidit umquam, ſcilicet eſſentiam nudam in ſe, & in eſſe abſoluto: immo nec ſancti poſſunt: & ſi Paulus dicat. Videbimus facie ad faciem. non enim ſequitur, video petrum a facie ad faciem: video igitur eius echaitatem a cæteris diſtinctam: a ſimili: non valet. Video Deum a facie ad faciem: video igitur eſſentiã, vt eſſentiam. Intellectus naturali lumine poteſt certis rationibus intelligere primo quidẽ eſſe Deum: deinde quid non ſit ipſe Deus: ſcire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

autem quid ſit ipſa natura Dei propriè, nec intellectus noſter, nec angelicus lumine naturali poteſt: eſt enim natura illa longo interuallo ſuper eſſentiam, & intelligentiam, quantumcunq; perfectam: ſed ſolę mentes beatæ intelligunt, quid ſit Deus, ſub lumine quodam plusquã naturali: cum ipſe Deus ſe menti coniungit, quaſi tanquam forma, quam videat, & per quam videat. Hinc plotinus animus (inquit) pfectè purgatus prius per vnionem diuinam. Deus efficitur, quã cognoſcat quid ſit ipſe Deus: ſed Deum pſpicere, naturamq; ipſius ſub cunctis rationibus ſuis apprehendere nullus intellectus nullo lumine valet. Vnde Marſilius ficinus. Nullum veſtigium nobis occurrit vſquam eorum, qui Deum has abſoluta ratione perſpexerint, quoniam nulli perſpicere licet: nec rurſus eorum, quibus palam ipſa diuina natura paruerit, percipientibus quidem; nec interim complectentibus, nec enim vel ipſi exprimere, vel alii capere poſſunt, quod ipſi contemplati fuerint in excelſis; nam &, quæ Paulus cognouit in raptu, non licuit homini loqui. Et plato, diuina (inquit) dici, doceriq; non poſſe; ſed in animo pio ad Deum accedente, ſubito tandem diuinum ex alto lumen accendi, quod quidẽ ſeipſum intus alat; quaſi neget eiuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

modi lumen extrinsecus emicare: Est enim Deus in se abstractus vnitas, non in re quauis vnita sedẽ habens: sed vnionis vnitatisq; vbiq; causa. Essentia quoque & intellectus dici potest tanquàm essentiæ omnis intellectusq; causa; non tanquàm essentialis quidã intellectualisuè forma. Plato in Timeo appellat Deum, appellatione quadam prodigiosa superessentialitatẽ nominans essentialitas apud Metaphisicos est simplicior quã essentia. Deus igitur, non solum simplicissimum ens est: sed ipsa simplicitas. Vbi igitur Deus ipsum vnum, vel vnitas vel monas cognominatur: primo quidem per ista significatur non esse Deos plures, sed vnicum: non compositum, sed simplicissimum. Ipsum igitur deitatis excelsæ superessentiale, ipsa scilicet super bonitatis superessentia, quicquid deniq, sit: neque vt rationem vel potestatẽ: neque vt intellectum, aut vitam, vel essentiam laudare fas est vlli ex his, qui veritatis omni veritate superioris suntamatores: sed vt excellentissime segregatam ab omni habitu vel motu: vita: imaginatione: opinione: nomine: sermone: cogitatione: intelligẽtia: essentia: statu: firmatione: vnione: termino: infinitate: & vniuersaliter ab omnibus, quæ in ordine entium collocantur (vt dicit Ficinus in suo de theologia.) Hac igitur ratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Deus ipſe alioquin ſimpliciter proferendus dicitur:& primus Deorum Deus & diuinitatis deitatisq; vniuerſæ principium. Et hãc vnitatem appellant cabaliſtæ in Deo ipſam diuinæ infinitatis ſingularitatem nulli foris communicabilem, diſcretionem vero dicũt proceſsionem rerum ex Deo manantium. Niſi enim proceſsio fiat, nec Deus habebit à quo diſtinguatur:nec vlla rerum erit inter ſe diſtinctio, cuncta ſiquidem in Deo ſunt vnum. Res ipſæ procedentes conſeruant interim mutuam vnionem: nam in vno quodam conueniunt cum ſint ab vno. Et ponẽs hanc vnitatem (qualem modo diximus) pſonarum conſiderant diſtinctionem: rurſus in hac diſtinctione cõmunionem. Tum midoth ſeu dotes ſiue attributa omnes per excellentiam Deo tributæ:ſic in vnaquauis pſona ſunt:ſicut in alia. Tum quia quælibet perſona eſt in aliis cũcta ſimul atque diſtincta:quemadmodum lumina luminibus inſunt. Vnde Dyoniſius in ſuo de diuinis nominibus loquens de vnione diſcretioneq; luminum, ait. Quando in aula eadem lampades accenſæ ſunt plures, videmus omniũ lumina ad vnum aliquod coniuncta lumẽ, vnumq; ſplendorem indiuiduum præferentia. Neque poſſet (vt arbitror) aliquis lampadis huius lumen ab aliis ex aere cuncta lu

mina cõtinente secernere : & alterum absq; altero cernere. Quippè cũ tota in totis sine mixtione sint inserta. Iam vero siquis lampadem vnam emedio tollat; lumen quoq; proprium eius totum abeuntem lampadem comitabitur. Nec quidquàm aliorum luminũ secum trahens: neque ex suo ceteris aliquid linquens. Erat enim (vt diximus) illic totorum ad tota exacta quidem vnio : nec vllo modo commixta; nec vlla ex parte confusa; hæc ille. Hoc sic probatur, si in aula lucernis tribus illustri deambules : tres vmbrę resultant. Pręterea, si ingentem tabulam lucernis illis opponas: cuius in medio sit foramen; lucernæ tris per foramen illud tria lumina è transuerso traiiciunt in oppositum. Vnde coniicimus emicantia lumina in aere inuicẽ non confundi; sed quamuis sint coniuncta loco, pura tamen sunt, suamq; proprietatẽ seruant inter se discretam. Spiritalis enim eorum natura facit vt non commisceantur inuicem in nouam communemq; formam; sicut solent corporeæ qualitates. Quamuis Astrologi putant multis radiis vim nouam aliquam procreari. Radiis tamen interim non commixtis. Si igitur lumina ob incorpoream proprietatem in corpore tamẽ existentia; munus id consequuntur; vt & vnita inuicẽ: & simul discreta inter se mirabiliter

esse

esse posſint . Multo màgis id habent , quæ magis ſunt à corporibus ſeparata. Vt ipſius animæ virtutes atque ſcientiæ. Magis etiam ipſæ inter ſe ſubſtantiæ animarum . Magis inſuper inuicem intellectus Angelici. Maximè omnium trinitatis diuinæ perſonæ. Cuius quidem tam vnitatis quàm diſcretionis participatione quadā ſingula deinceps pro modo ſuo gradatim vnionē diſcretione reportant . Geminam tamen in trinitate conſideramus diſcretionem, ſecundum Dyoniſium. Tū quia exiſtentia patris, alia eſt atq; filii; & exiſtentia filii patrisq; alia eſt, atque ſpiritus . Tum etiam , quoniam actus patri proprius , quòd eſt generare non conuenit filio. Neq; actus filio proprius, ideſt, naſci, patri cōpetit. Similiterq; procedere ad ſpiritum ſolum pertinet. Ideo nec pater eſt filius : neque filius eſt pater . Neque Spiritus ſanctus ſimili ratione. Hanc eandem doctrinam docent cabaliſtæ, dicentes. Tris primas ſephirot cōuenire & identificari in Enſoph. Et vocant illas, cheter chocmah, & Binah . à quo cheter tanquám á primo fonte originis ꝓcedit chocmah ſapientia filius. Ideo chocmah cōpetit naſci, & cheter generare , neq; naſci competit cheter : neque generare competit chocmah. Similiter procedere pertinet ad Binah; & non cōuenit neque cheter , neque

que chocmah. Nec generare, nec generari, nec procedere, cōpetit Deo. Si Deus in se, vt infinitum, vt vnum, & secūdum se intelligatur, vt sic nihil intelligimus ab eo procedere: sed separatione à rebus, & omnimodā sui in se ipso clausionem, & extremā in remotissimo suę diuinitatis recessu profundā, ac solitariam retractionem, de eo intelligimus, ipso penitissimè in abysso suarum tenebrarum se contegente: nullo modo in dilatatione, ac profusione suarum bonitatū, ac fontani splendoris se manifestante. Nam sic cōsideratus est absq; relationibus: tā intrinsecis quàm extrinsecis: & à cabalistis hoc modo vocatur Ensoph, idest, non finis, siue ens infinitum, abscōditum, obtenebratum, quamdiu sic manet. Et cum sit in se totum lumen, aliud generare non potest quám qđ ipse est. Nec suscepti luminis aliud, quàm lumen fieri potest. Si ergo lumen est, qui lumen genuit, & lumen est qui lumen suscepit. Iam quodammodo idē inuenitur esse & qui genuit, & qui lumen suscepit. Ita tamen vt ille hoc esse credatur per naturam. Iste vero hoc agnoscatur per gratiam. Propter hoc ergo vnū lumē in multa se lumina participatione perfudit, vt multos illuminatos ad vnum lumē reformaret. vt dum illud participando, multi acciperent in illius forma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ma omnes vnum appareret. Lux enim cheter patris inuisibilis, in se procedens in nos: & exiens ad manifestationem vacuos inuenitj & inanes à vero bono: & infundens se nobis: replet nos secundum vniuscuiusque nostrum virtutem & capacitatem: & cum repleuerit, conuertit nos, vt nõ dissideamus à cheter patre corona superiori; sed in eandem similitudinem & imaginẽ respiciamus ad ipsum qua non discordamus ab ipso. Replet quidem illuminando: & cõuertit lumina faciendo. Replemur enim in eo: ꝙ in eo lumen accipimus. Conuertimur autem: in eo ꝙ ex accepto lumẽ & ipsi lumina sumus. Nam in eo cum lumine vnum sumus, & in lumine vnũ sumus, ꝙ lumẽ sumus: & est vnitas ĩ vna similitudine ĩ vno lumine & in vna claritate, & vnũ illuminans, & lucens lumẽ.

M. Ex præcedenti conclusione intelligi potest cur dicatur apud cabalistas quod Deus induit se decem vestimentis, quando creauit sæculum.

A. In præcedenti cõclusione satis uidimus, quemadmodũ Deus in pura & nuda essentia apprehendere nequimus: quare uestitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tum variis indumentis sese nobis ostendit opifex: nō membra quidem vt tecta ipsius, ueluti nostra carnea, protegantur a frigore: & ob honestatem uelentur: sed ea sunt hæc indumenta in quibus, & per quæ Deum cognoscere possumus. per hęc enim uestimenta omnis virtus, ab eo manans, procedit. nam a Deo nudo, idest, penitus semoto ab omni respectu, nihil fluit. Et Enshoph vocitatur fons omnis bonitatis. in eo enim quod influit, relationem quandam induit quod vestimentum dicitur vnde ergo nobiscum agēs induit se septem vestimentis extrinsecis, & tribus intrinsecis agens in diuinis ad intra. Volens .n. Deus constituere fabricam mundanam: primo archætypam fundauit, emanando personas diuinas, patrem videlicet cheter, filium chocmach, & Spiritum sanctum Binah. quia nisi primo hæ præcessissent, minimè creata machina subsecuta fuisset: quare actiones sunt suppositorum. Deus igitur summopere hic, remotus ab oī relatione, anteaquam increata sese diffunderet, filium genuit, qui cum vnà Spiritum sanctum produxit. & primam vestem induit, paternitatem videlicet. Et de hoc vestimento loquitur Iacobus, cum dicit. pater luminum. quia cheter pater est lux inaccessibilis. de quo Dauid. Amictus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ctus lumen, ſicut veſtimento. pater in ſinum ſuſcipiens filium, quem genuit, induit ſe veſtimento celſitudinis. de quo Paulus. Excelſior cælis factus: ab vtroque Spiritus ſanctus procedens, induit ſe veſtimentum igneum. de quo Exo. Erat autem ſpecies gloriæ domini quaſi ignis ardens. poſt illam ſanctiſsimam, & intrinſecam productionem, ſe in creata voluit diffundere. vnde ſeptem alia ſumpſit veſtimenta, quibus nobiſcum ageret, & verſaretur. Deus & ſi vnus ſit ſortitur tamen multa nomina. Et quamuis Zacharias dicat. Et nomen eius vnum. Vnũ quippè eſt nomen Dei exprimens. quantum fieri poteſt: ipſum Deum in ſe quòd eſt Adonai יהוה. Iuxta illud pſalmus Adonai nomen illi. ſed inquantum Deus induit diuerſa veſtimenta: vt diuerſa nobiſcum agat, ſortitur diuerſa nomina: nunc pietatis, nunc iuſtitiæ, nunc pulchritudinis: nunc decoris: & cætera huiuſmodi: penè innumerabilia. Quando autem perfecto fabricæ articulo omnia reducẽtur in vnũ. tunc (Zacharias ait) erit Deus vnus & nomen eius vnũ. Cum non variè, ſed vnicè nobiſcum agat. pro nunc autem, Deus dicitur ueſtitus quãplurimis veſtimentis Deus enim eſt nudus, ſi in ſeipſo conſideretur abſq; alio ad extra reſpectu, & in abyſſo

ſui

ſui fontani ſplendoris(vt vnum fuiit n præcedenti concluſione) ſi verò cum creaturis agat, aut ad ipſas reſpiciat, induitur relationibus, tanquã veſtimẽtis quibusdã. Hinc (ſecretiores theologi dicunt) quando Deus uoluit Mundum creare, iuduit ſe decem veſtimentis. Quæ veſtimenta. alio nomine dicuntur menſuræ: quibus Deus metitur omnia, quę nobis tribuit. Iuxta illud. Vnicuiq; ſecundum propriam menſuram. Vnde David predicat Deum lumine ueſtitum, dicẽs. Indutus eſt dominus lumine. Quamuis alibi dicat. poſuit tenebras latibulum ſuum. Et iterum nubes & caligo in circuitu eius. Nube igitur, caligine, & tenebris Deus tegitur reſpectu debilium noſtrorum oculorum: qui nequeunt depræhendere ipſius opera, quæ valde ſublimia & occulta ſunt Iuxta illud Baruch. non eſt, qui poſsit ſcire uiam eius: neque qui excogitet ſemitas eius: Ipſe tamen eſt lux ſumme, omnia colluſtrans: habitatq; (vt apoſtolis ait) lucem inacceſsibilem. Induit autem lumẽ: dum cum creatis agit: eis formas naturales & gratuitas tribuens, quæ tanquam radii, ab illis veſtibus, vel menſuris procedunt, per quas nobiſcum operatur. Hinc formam dare volẽs rebus, dixit. ſit lux. Dicitur etiam veſtitus confeſsione & decore. quia (vt dicunt antiqui

qui & ſecretiores theologi)agens cum creatis concentum & decorem induit, quod Hebræi dicunt hod uehadar הוד והדר concentum enim induit: dum omnia conſonantiſſima reddidit. Iuxta illud Boetii, tu numeris elementa ligas. nec tantum elementa ligauit: ſed totum corpus mundanum & humanum cũ anima : omniaq; inferiora cum ſuperiobus. Decorem verò induit, dum facit, quantum decet. Chriſtus omnium Dominus harum menſurarum induit ſe confeſsione quãdo ipſe dixit. Confitebor tibi pater , Domine cæli & terrę : decore verô quando tranfiguratus eſt. Tunc enim veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix . Deus igitur nobiſcum agens, ſeptem pręcipua , ſortitur nomina, quæ ſunt quędam eius indumenta. nam cum ſola bonitate & amore inductus fuerit ad opus &in amore produxerit , nomen ſortitur clementiæ, quod eſt el אל, elohe אלהי, Quod el Deum ſignificat: clementiſsimum videlicet & pium : quamuis aliquando etiam fortem, ſtgnificat , vt ſæpius Aquila interpretatus eſt (vt dicit Hieronymus) de quo habemus in pſalmo 49. el elohim Adonai diber יהוה דבר אל אלהים : quod interpretatum habemus. Deus Deorum dominus loquutus eſt. Eius Midah ſiue proprietas dicitur Gedulah. Et

quia

quia non tantum pietas, & misericordia exquiritur: sed aliquando iustitia & seueritas in flagitiosos, et improbos: ideo est aliud tribunal Dei: quod dicitur iustitiæ seueræ, & punitiuę, timoris & roboris: & tūc Deus vestit nomine elohim אלהים: & significat Deum robustum coaptans culpas per pœnam. Hoc nomen ponitur nedum in his duobus extremis prout Deus agit nobiscū, sed medio temperamento harmonizans, & pulchrifaciēs omnia aliud sortitur nomen, & dicitur tetrag. יהוה eius midah tipheret appellatur: Quod in psalmis ponitur plerisq; in locis, maxime in psalmos. 96. Et quia summus princeps tam impietatem quam secundum iudicii: aliquando remissius agit: ideo adsunt aliæ duę mensuræ, seu duo uestimenta, vnde immediatius & remissius influat. Et tunc Deus vocatur Adonai zeuaot יהוה צבאות, Et elohim zeuaot אלהים צבאות: Midot dicuntur: hod & nezach: confessio & magnificentia. Quia uerò Deus vitam communicat omnibus, unde omnia uiuant, sortitur aliud nomen quo dicitur Elchai אל חי, id est, Deus viuus. Dicitur etiam sadai שדי, id est, sufficiens pro omnibus: mida dicitur, Iesod, id est fundamentum. Agens tandem Deus domesticè, & generali quodā influxu cum omni-

omnibus, dicitur Melech Adonai ארנו מלך, id eſt, Rex & Dominus omnium, omnia gubernãs, & princeps regum terræ, & dominus dominantium : & Mida eius dicitur malachet, id eſt, Regnum. Hæc ſunt indumentur quibus Deus induit ſe, quando ſæculum creauit. Chriſtus nempè his veſtibus indutus erat. Vnde Lucas narrat quomodo mulier ad tactum veſtimenti Ieſu ſanata eſt. Quia diuinitatis virtus, quæ in Chriſto Ieſu erat, nedum in corpore, ſed etiam in veſtimento eius redundabat. nam cum mulier ad veſtimenti tactum ſuſcepiſſet ſanitatem : ſenſit Chriſtus virtutem, quæ exierat. Hinc dixit. Tetigit me aliquis. nam & ego noui virtutem de me exiſſe. Quòd multi cognoſcentes rogabãt (vt Marcus refert) vt fimbriam veſtimenti ipſius tangerent: Quotquot autem ipſum tangebant, ſanabantur. Quæ veſtmenta fuerunt: primo tũnica inconſutilis, quę baptiſmum ſignificat, ſacramentum quidem non reiterabile: alterum verô erat tunica diuiſibilis, ſacramentum videlicet pænitẽtię, toties quoties opus eſt reiterabile. Ab his.n. duobus veſtimẽtis diſtillat ſanitas animę. Veſtimenta itaq; dicuntur huiuſmodi ſacramenta, quia nuditatem noſtrã & peccata tegunt. ſunt etiam hęc ſacramenta ſeptem, fidei noſtræ ſignificantia

cantia ſeptem veſtimenta, cũ quibus Deus nobiſcum agit: cum ipſum nudum appræhendere nequeamus. ſunt ergo ueſtimenta iſta Chriſti, decem veſtimenta ſeu proprietates, quas Deus induit, dum mundum creauit, & cum agere cum creaturis decreuit A quibus veſtimentis (ſecundum ſecretiores theologos) prouenit, quicquid nobis cõmunicatur. Quę omnia cum in Chriſto concluderentur, cui pater omnia dedit: non potuit quippiã ex ipſis emanare quin ipſe Chriſtus ſentiret. Hinc non ſine cauſa dixit: quod ſenſerat ex ſe virtutẽ exiſſe. & hoc cõcludit diuinitatẽ Chriſti. Diuinę igitur veſtes Deum alias prę fulgore immenſo (vt dictum eſt) inuiſibilem, nobis viſibilem prębent. nam ſi non poterant aſpicere filii Iſrael in faciem Moſi ob ſplendorem vultus eius, vt Paulus inquit, in quo videlicet & ſplendebat paruus radius diuinitatis, ſed neceſſe erat velari faciem: quid dicendum eſt de luce illa diuinitatis immẽſa: quam ideò ipſe Paulus vocat inacceſsibilem: quia appręhendi & attingi nequit a nobis. neceſſe eſt igitur vt cõtegatur ſi uideri debeat. Contegitur autem aliquando, lumine, rebus creatis viſibili, aliquãdo veſtimentis albis pietatis, clementiæ & amoris: aliquando rubeis iuſtitię & fortitudinis: aliquando purpureis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

pureis, donorum videlicet Spiritus sancti, vt cabalistę exponunt, aliquando viridibus, vitę & glorię: aliquando concinitate & decore regio: multa huiusmodi vestimenta Deus induit: quibus agẽs nobiscum tot tantaq; oblectamenta tribuit quot & quanta capere possumus. Fęlicius autem beati in aspectu illarum vestium oblectantur & beantur.

.M. Qui intellexerit in dextrali coordinatione sub pietatis ordinatione ad sapientiam, perfectè intelliget per viam cabalæ, quomodo Abraham in die suo per rectam lineam vidit diem Christi, & gauisus est.

F.A. In diuinis est leua, & dextra manus: quamuis Deus sit ab omni figura corporea, & ab omni situ absolutus. Et dicuntur hæc per similitudinem quandam, qua in nobis inuenitur omnia enim quę facta sunt, tenent saltem Dei vestigium: & facta sunt secundum exemplaria supernorum: sicuti magno mysterio dictum est de tabernaculo a Mose fabricato. quem alloquens Deus, dixit, inspice & fac secundum exemplar,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quod tibi in monte monſtratum eſt. Nam ideæ, quæ ſunt in Deo (teſte Auguſtino) exemplaria ſunt rerum producendarum: rerum enim omniũ, quæ hic inferius ſunt, vera ratio, & exemplar in Deo eſt, requirenda, non ea nota, & lege corporea, qua ſunt hic inferius, verum lõge meliori. Ideo ſolium Chriſti iudicantis habebit dextrum & ſiniſtrum. Vnde in dextra ponet oues, & in ſiniſtra hoedos: ipſe verò ſtabit in medio. Hinc oraculum Gabrielis dixit. Regnabit, ſcilicet, Ieſus in domo Iahacob in æternum. Iahacob enim in archetypo, ſiue in ſupernis manſionibus medium tenet inter Abraham, qui dextram tenet, & Iſahac, qui ſiniſtram poſsidet. Et quàm optime Iudex ſedere debet inter dextram pietatis, & ſiniſtram iuſtitiæ: vt hanc cum illa contemperet. Et ideo zebedei petentes ſedere vnus ad dextram, alter autem ad ſiniſtram Ieſu, dictum fuit. Neſcitis quid petatis, quia petebant, quod nondum meruerant. Hinc Chriſtus dixit eis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. nã ipſum bibenti datur præmium. Et ſi Chriſtus poſtmodum dixerit. Calicem quidem meũ bibetis. Attamen, quod petebant, eis pro mittere noluit. quia forte petebant, quod aliis præparatum erat. Hinc dixit eis Ieſus.

ſedere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſedere ad dexteram vel ad ſiniſtram meam non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et magis credendum eſt, quòd hæc illis dixit, quia ambo reponendi erant in dextera. Ideo male petebant, quòd alter illorum locaretur in ſiniſtra maledicendus videlicet & puniẽdus. Dextera itaque eſt pietas, ſiniſtra verò ſeueritas: in dextrali igitur coordinatione ſephirot primo ponitur chocmah ſapientia diuina, qui filius dicitur: inferius ad illam in recta linea dextrali ponitur Gedulah, pietatis, ac miſericordiæ plena. & ibi locatur Abraham: de quo dicitur, quod vir erat maximè pius. & libenter hoſpitio pauperes recipiebat: quare meruit angelos hoſpites habere. in cuius memoriam vſque in hodiernum diem in valle Hebron conſtructum hoſpitium extat: cuius bonis quotidie quinque millia peregrinorum pane, & carne paſcuntur. Et, quia locus ille in diuinis dicitur meridies: ideo de Abramo dicitur, quod ambulabat, pergens ad meridiem, id eſt, proficiſcens in influxum Gedulah. Et hoc eſt, quod dicitur Gene. Abraham completo colloquio, quem cum Deo habuit, reuerſus eſt ad domum ſuam in Hebron, ſiue ad locum ſuum. Tota enim

Genesis descriptio ad allegoriam tēdit. Explorauerat pater Abraham multa esse loca in domo patris ęterni. Hinc nunc ad vnum, nunc ad alium locum recurrebat: vt nomina, quibus ipse vtebatur, indicant apud sapientes. Et hoc, vt ab aliquo ipsorum locorum veniam (si fieri posset) impetraret, sicut è conuerso Bilaham tentauit diuersa loca Samaelis, offerens in quolibet illorum sacrificium: vt ab aliquo ipsorum impetraret. Vnde Israel malediceret. non enim erat horum sacramentorum ignarus. Videns igitur Abraham, quòd non inueniebat locū, vnde veniam impetraret pro sodomitis: reuersus est ad locum suū meridionalem videlicet: vbi tentoria figere consueuerat. Qui à cabalistis Gedulah dicitur, seu cheset, idest, misericordiæ ac clementiæ tribunal, cui præsidebat Abraham senex tanquàm primus pes Merchauah, id est, gloriæ Dei. Ideo de eo dicitur, ꝙ Abraham expendebat solummodo argentum. Non eo quia aurum non esset in vsu: cum dicat Gen. ꝙ aurum fluuii è voluptatis Horto egredientis, erat bonum, & in pretio: sed scriptura studuit īnuere locum, vnde erat Abraham, & vnde influxum iugiter hauriebat. A meridie enim talem hauriebat defluxum, vnde argentum venit. Quod

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

& per aliam allegoriam Moſes declarauit, dicens, ꝙ ad meridiem tentorium tendebat: & ibat proficiens, ſeu proficiſcẽs verſus meridiem. Nec de auro fit mentio, vbi de Abraham eſt ſermo, quia ipſe non erat Aquilonaris, cuiuſmodi eſt aurum, quod ab Aquilone venit, ſed meridionalis. Propter hoc in Gen. dicitur, quod Abimelech dedit Abrahæ mille argenteos, in velamen oculorum Sarę, eo ꝙ male eam acceperat: nec fuerat ea abuſus. Similiter ibidem dicitur, ꝙ Abrahã emit ſpeluncam duplicem ab Ephron filio Chet pro ſepulchro Saræ tot ſyclis argẽteis. Abraham igitur in loco inferiori exiſtens, ad chocmah filium in recta linea dextrali, potuit Chriſtum filium Dei videre, ſiue diẽ eius, id eſt, lucem, & gloriam eius, & humanationem. Qui Abraham lumine illius filii perluſtratus, ritus bonos Dei familiæ dedit. Deum enim trinum cognouit, & quomodo & quando per canales fiſtulas ſe creatis participem reddit. Et, ob mirabilem eius ſcientiam, Deum appellari meruit. Potuit igitur videre, immo vidit, & gauiſus eſt, idq;, quãdo Deus iuſsit eum foras exire, id eſt, extra terminos naturalis ordinis, vt oſtenderet illi ſtellas: de qbus apoſtolus ait. Sicut ſtella differt á ſtella ĩ claritate, ſic ſanctus à ſancto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

in gloria. Deus igitur eleuauit ipsum, vt cognosceret innumerabilem multitudinem in semine suo, Christo, saluandam: & ipse hoc credidit, & reputatum est illi ad iustitiam, idest, ad pietatem in Deum: hoc enim est proprium credere, & Deo adhærere: quare hebraicè dicitur, Zedacha, quę est fides cum adhæsione. Et hęc fides sat est ad salutem. Fides.n. vt viuat, ad opus conducit, opus verò fidem pręsupponit. Abrahã igitur in vtraq; perfectus commendatur, & aliquando seorsum de fide, & aliqñ de obseruantia mandatorum. Quę reserata fuerãt á Deo ipsi Abrahæ non minus, quàm Mosi, quámuis iubẽte Deo populo tradiderit, & scripturæ comendauerit, vt patet Gen. 26. Et sic Abraham seruauit legem, præcepta, & statuta: possunt ergo hæc obseruari. Quare male gariunt dicentes, ꝙ lex obseruari nequit, & quod Abraham ex sola fide, & nõ ex opere iustificatus sit. Reputata quidem fuit fides Abrahæ ad iustitiam, reputata fuere & opera, propter quæ promissa fuit benedictio omnium gentium in semine eius, id maximè, quãdo obtulit filium Isahac in sacrificium, quem etsi in fide obtulit (vt inquit Apostolus) illa tamen oblatio non erat fides ipsa, sed opus fundatum in fide, quæ est fundamentum

mentũ ſpiritualis ædificii: vidit igitur Abraham in die ſuo per rectam lineam, quæ eſt in dextrali coordinatione ſephirot, diem Christi, ideſt, cognouit chocmah ſapiẽtiam diuinam incarnandam in die, ideſt, in lumine ſibi dato deſuper, quod cheſed dicitur, id eſt, clementia & gratia, quæ in tali ordine rectè ſupponitur chocmah: propter quod gauiſus eſt.

M Effectus qui ſunt ſecuti poſt mortẽ Chriſti, debent conuincere quẽlibet cabaliſtam, quod Ieſus nazarenus fuit verus Meſsias.

F. A3 Effectus in Chriſti morte ſecuti, fuerunt ſigna, quod Chriſti morte ſecuti, fuerunt ſigna, quod Chriſtus fuerit verus Meſsias. Primo ſol obſcuratus eſt: quia fuit ſolis eclipſis miraculoſa: fuit enim facta in plenilunio: ideo non erat naturalis: ſed ſuper naturam, & miraculoſa: quia eclipſis ſolis debet fieri in nouilunio, uel circa: tradit enim hiſtoria euangelica, ut, cunctis ſtupentibus, ab hora ſexta uſq; ad horam nonam ſol obſcuratus eſt: & tenebrę factæ ſunt ſuper vniuerſam terrã. Dies autem paſsionis Chriſti erat Luna quintadecima, ſcilicet dies oppoſitionis luminarium: nam (vt dicunt euan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

gelistæ) Christus prima die annornm passus est, scilicet in die sancto Paschæ: quod Exodi. 12. quintadecima die mensis primi iussum est celebrari. Cum igitur eclipsis, vel solis obscuratio naturaliter fieri nequeat, nisi in nouilunio, scilicet prima die lunæ cū ipsa soli coniuncta est: sequitur necessario, quod illa solis eclipsis nō fuit naturalis, sed purè miraculosa, & supra naturam, & in hac ecclipsi, quinq; fuerunt miracula: primum ex parte temporis: illa enim erat dies plenilunii, & non nouilunii, vt contingit in aliis ecclipsibus. Secundum miraculum fuit ex lunæ cursu, q̄ naturaliter motu proprio ab occidente in orientē progreditur. in hac autem ecclipsi visa fuit a Dionysio citissime veniens ab oriente versus meridiem, vsq; dum stetit sub sole, vbi per tres horas quieuit: & claritatem solis hominibus obumbrauit: postea verò ad proprium locum versus orientem feré in instanti regressa est: & sic hora sexta, & hora nona visa fuit sub sole, sed vesperi: sole occidente, ipsa in oriente apparuit, soli opposita. Tertium miraculum fuit ex parte, á qua eclipsis incepit: omnis nanq; naturalis eclipsis solis incipit a parte occidentali corporis solis: sed tunc illa eclipsis a parte solis orientali vt .n. dicimus, luna retrocessit ab oriente versus

me-

meridiem & sic primo tetigit solem ex parte orientali. Quartum miraculum fuit ex parte, à qua sol cœpit lucere post eclipsim: quia ĩ aliis eclipsibus pars solis, quę primũ occcultatur, primum apparet post ecclipsis medium: in hac verò eclipsi solis pars occidentalis, quæ postremò eclipsim passa, est, primum detecta fuit: contra verô de parte orientali, eô quod luna non pertransiuit solem, sed steterit sub eo, & postea retrocessit. Quintum miraculum fuit ex eclipsis duratione. nam solis ecclipsis naturalis, aut nullam, aut paruam habet moram: verum in hac eclipsi (vt euangelistæ dicũt) fuit mora trium horarum naturalium: scilicet ab hora sexta, vsq; ad horam nonam. Aliud miraculum ponit Hieronymus, quod scilicet non modo ex lunæ interpositione sol est obscuraturus, sed ipse suos retraxit radios, vt vel dominum in cruce pendentem non videret, vel ne crucifigentes & blasphemantes Christum sua luce fruerentur. De huiusmôdi eclipsi dicit Flegõ philosophus (vt refert Eusebius lib 13. olympiadarũ, olimpiade 202. Magna, & excellentius inter omnes: quæ ante eam acciderant, defectio solis facta, dies, hora sexta ita in tenebrosam noctẽ versus: vt stellæ in cælo visæ sunt, terræq; motus in Bithynia nicæę, vrbis multas
ædes

ædes subuerterit. Sed (vt origenes dicit) hic Flegon declarauit hoc fuisse factum sub Tyberio Cæsare. non tamē expresſit tunc fuisse oppositionē luminarium. Atteſtatur & ille eximius philoſophus Dionyſius: cui nomen Ariopagita ab Ariopago, quod concilium prius erat nouem virorum, qui ex nouem primis magiſtratibus eligebantur poſtea ad quinquaginta vſq; creuerūt ex prȩcipuis tum doctrina, tum ſanctimonia, & ſapientia, tum etiam diuitijs. ne paupertate impulſi mentirentur, vt Andretio in ſecundo, & philocorus in tertio rerum atticarum ſcribunt. Quibus ſapientibus cauſȩ maiores delegabantur cognoſcendas. Is ad Polycarpum ſcribens: Apolophanem ſophiſtam, quia non admitteret variationem ſolis in Meſsiæ morte exhibitam. his verbis redarguit. neſcio quo ſpiritu afflatus, ad diuinationē prorupiſti Apolophanes, quando una mecum aſpiciens eclypſim contra naturæ ordinem, tempore Chriſti patientis ad me conuerſus dixiſti hæ præclare Dionyſi ſunt viciſsitudines rerum Diuinarum: & ſi potes argue, nempè tecum vnâ præſens fui, vnaque aſpexi, iudicaui omnia, dignaq; ſum admiratione proſequutus. Et quodam ſpiritu ductus dixi, aut Deus patitur, aut tota mundi machina deſtruetur. Cui etiam

inte-

integerrimo philoſopho ſi non credis, audi quid aſtronomi dicant. Aeſculus in eo genere peritiſsimus: tunc temporis ſolem in ariete, & lunam in libra volui aſtronomico calculo decernit: quando defectum paſſus eſt ſol ſtante plenilunio, quo Iudęi de more paſcha ſuum celebrabant. Sol igitur moriēte Chriſto: virtutem ſuam amiſit, vt Lucas narrat: vt indicaretur, ꝙ ſupramundanus ſol virtutem ſuam contraxerat: derelinquēs ipſum Chriſtum ſub tribunali iuſtitiæ ſeueræ Geburah, amoto fauore & claritate, quā ei præſtare conſueuerat ipſe ſupernus ſol (Tipheret) qui, ipſo naſcente, noctem illuſtrauit: contraxit autem lumen iſte ſol, qui erat diuinitas, quo ad humanitatem, quæ remanſit obſcura & afflicta. Nam alioquin ipſe Chriſtus non fuiſſet paſſus. Sol igitur iſte eſt Chriſtus, qui ſol iuſtitiæ dicitur, Malachiæ, non ſolum replens omnia lumine: ſed erigens Eccleſiam indeficientem, ſicut ſol: ad cuius aduentum ceſsit Luna ſynagoga. Nam eclypſis iſta ſolis in morte Chriſti, facta fuit per interpoſitionem lunæ inter ſolem & terram, & eius lumen impediuit per ſpatium trium horarum: tandem ſol præualuit, ad locum vnde exiuit reuertens, & ſignificabat ſynagogam lunariam, volentem impedire lumen (gloriam) Chriſti, quôd

&

& fecerũt per tres dies, quibus in ſepulchro iacuit. In reſurrectione tamen ſua contra Iudæos præualens, ſplenduit eius gloria & fama, michans per vniuerſum orbem, quod factum fuit per Apoſtolorum prædicationem. Sol igitur iſte Chriſtus ſuum cognouit occaſum (vt Dauid decantat) in morte ſua, & ortum in reſurrectione, vt ipſemet propheta ſubdit. Ortus eſt ſol & congregati ſunt, ſcilicet diſcipuli in vnum, qui prius diſperſi erant in eius morte. Nec ſolis ſtatio tempore Ioſuæ, nec eiuſdem retrogradatio tempore Ezechiæ, ita fuere miraculoſa. In morte item Chriſti, Angeli, aſſumptis corporibus, auditi ſunt flere Chriſti mortem, prout Eſaias prophetarat. Angeli pacis, amare flebant. Planctus etiam magnus, qui factus eſt in morte eius hoc idem oſtendit: ſicut prophetauerat Zacharias. Hoc.n.teſtatur Iohãnes factum fuiſſe in morte Chriſti. Et idem Vates, ſubdit. Aſpiciẽt ad me, quẽ transfixerunt, vel vulnerauerunt, aut pupugerunt, vt in Apocalypſi dicitur. Dachar דקר enim quodlibet illorum ſignificat. Statim autem ſubinfert propheta. Et plangent eum, quaſi planctu vnigeniti: & erit planctus in Ieruſalem, ſicut planctus Hadadrimon in campo Magedon. Quãdo videlicet Ieroſolimitæ plauxerũt Ioſiam Regem iu-

ſtum

ſtum, ibidem interfectum a pharahone nechao: ſicut in libro paralipomenon legitur. Vates autem hic non loquitur de huiuſmodi plãctu pro Ioſia facto (vt Iudæi ſomniãt) ſed de alio ei ſimili. Et hic eſt planctus factus, & qui quotidie fit in memoriam mortis Chriſti, à mille & quingentis annis citrà. Quod de nullo alio legitur, & Dauid hunc crucifixum planxit, quod oſtendit dum dixit. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Vnde per, mathe מטה, non tãtum lectum, ſed virgam ſignificat: virgam dico crucis. Super hanc.n. plangens peccator, merito patientis in cruce facillimè veniam impetrare poteſt: & ſine hoc adiutorio nequaquàm. Voce etiam magna moriens, aliquid diuinitatis oſtẽditur in Chriſto. Homo enim ſuffocatus autem deficiens moritur: & ſic moriens nullatenus emittere clamorem poteſt. Moriens ergo Chriſtus clamauit: vt oſtenderet ſe non ex oppreſsione vel debilitate mori, ſed ex voluntate. Iuxta illud Iohannis: poteſtatem habeo ponendi animã meã: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Clamauit autem voce magna: vt omnia ad ſe traheret, ſicut ipſe prædixerat. Nam inter cetera, quæ attrahere ſolent, annumeratur clamor. Qui clamor auditus fuit nedum ab aſtan-

astantibus; sed etiam à patre: qui ipsius spiritum suscepit. Auditus quoque fuit a cœlo quod tunc apertum fuit ab angelis, qui felicitius eius animam portarunt quàm animam Lazari in sinum Abrahæ. Auditus quoq; fuit ab inferno: qui suos reddidit mortuos. A terra quoq; auditus est: quæ mota est, & scissis lapidibus & monumentis reddidit corpora, quæ ante susceperat. Auditus fuit a gentibus: ex quibus centurio dixit. Verè filius Dei erat iste. Auditus quoq; fuit a lege: cum velum templi illam obtegens scissum sit: reseratis legis & prophetarum sacramentis. Auditus denique fuit á toto mūdo, omniq; posteritate omnium, qui ad hunc clamorem cucurrerunt ad Christū. Omnia enim abhorruerūt mortem Christi capitis. Vnde omnia elementa, sydera & reliqua omnia pati visa sunt, patiēte Christo. Ideo ad hoc ostendendū velum templi scissum est. Quamuis in hoc sit aliud maius sacramentum. Moriens enim Christus & consumans opus redemptionis nostrę (vt ipsemet perhibet, dicens) consumatum est: omnia legis sacramenta, & prophetarum oracula reserauit. Iuxta illud Apostoli. Nos vero omnes reuelata facie gloriā Domini speculamur: conscendentes à claritate in claritatem, quousque trāsformemur in eandem

ima-

imaginem, quæ eſt filius Dei. Cum data ſit nobis poteſtas filios Dei fieri, imitantes illum, qui Deus factus eſt homo: pro nobis in cruce exaltatus omnia ad ſe traxit virtute diuina. Tāta enim fuit virtus paſsionis Christi: vt commemoratio ipſius ſufficiat pro omnibus ſacrificiis legalibus, quæ omnia ſua peculiari ratione ſancita fuerunt. Hinc Dionyſius vocat Chriſtum quoddam totum. Attraxit quoque Chriſtus moriens omnia numina, omnes virtutes cæleſtes. Sicut Paulus horum ſacramentorum non ignarus reſerat, dicens. Expolians principatus & poteſtates traduxit cōfidenter: palam triūphans illos in ſeipſo. In ſe ipſum videlicet; reducēs omnium illorum virtutem. Quæ virtus cōtinendi omnia actu (vt aiunt) propriū Dei eſt. Nam homo continet omnia poteſtate: vt Mercurius docet, & ſapiēs innuit. Et propter hoc poſt mortem Chriſti oracula ſiluerunt: ſicut iam prædixerat Deus ſerpenti, dicens. Inimicitias ponam inter ſemen tuum, & inter ſemen mulieris: proteſtans quòd ſemen mulieris (Chriſtum videlicet) conterendum eſſet caput ſerpentis: ſicut patet de morte Dei pan, in morte Chriſti (vt dixi de nomine magno Ieſu.) Hæc in nullo alio moriente facta ſunt: nec in Moſis morte, nec Abrahè, nec reliquorum, ergo Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

fuit Mesſias, quare eſt omnibus principalior, & excellentior, tanquam Ieſod, ideſt, fundamentum aliarum creaturarũ, & principium omnium rerũ, quare in illius morte omnes creaturæ, tanquam in morte domini ſui ſunt motæ in ſignum doloris fundamẽti ſui: amant enim illum ſine quo nec ipſæ exiſtere poſsint, quo amore ſeipſas diligũt, ſicut Boethius ait. Hic eſt cunctis amor, repetuntq; bono fine teneri. Quia non aliter durare queant, niſi conuerſo rurſus amore refluant cauſæ, quæ dedit eſſe.

P.N. Ex hac concluſione, & trigeſima ſuperius poſita, ſequitur, quod qui libet cabaliſta habet concedere, quod interrogatus Ieſus, quis eſſet? rectiſsimè reſpondit, dicẽs. Ego ſum principium, qui loquor vobis.

F.A. Deum vnicum eſſe rerum omnium creatorem philoſophi omnes affirmãt; pro hac veritate aſſerenda ſocrates, & carceres, & mortem ſuſtinuit, vt Apuleus, & Aulus Gellius teſtantur. Plato, & Triſmegiſtus aiunt, quòd Deus mundi eſt vnus: quia mundus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

est vnus. Auicenna asseuerat fieri non posse esse duo a se necessaria. Nec aliud a se habet ut sit necessario, nisi Deus. Aristoteles & Homerus. non est bona numinum multitudo, vnus ergo princeps, & Deus, imperator vnus, vnus prouinciæ iudex, in naui gubernator vnus, & vnus in mundana fabrica opifex, vnus moderator. Pythagoras vnitatem dicebat esse Deum, & bonum intellectum, dualitatem verô demonem, ac malum, cæterùm sacræ literæ super omnes hoc dogmate sunt respersæ. Sic scripsit Moses. semach Israel, Adonai adonemi, Adonai echad, שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד id est, audi Israel, tu videlicet, qui Deum principẽ habes: dominus Deus tuus vnus est. Et alibi. Videte quod ego sum solus, & non est alius præter me. & Psal. non est Deus, præter dominum, & non est Deus, pręter Dominum: & non est Deus, pręter Deum nostrum, qui fecit cœlum, & terram: & est filius Dei, per quem cuncta creauit altissimus est enim (secundum Augustinũ) ars patris. quapropter cantat Dauid, dicens: omnia in sapientia, qui est filius, fecisti portat .n. Deus omnia verbo, id est, ratione idearũ. in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientię Dei, immo est Deus, vt supra 30. conclusione patuit. Ergo Iesus interrogatus,

quis esset? recte respondit: Ego sum principium, id est, Deus, qui loquor. Et hoc quia est primogenitus omnium creaturarum: vt innuit Paulus. & etiam quia est principium in quo facta sunt omnia: sicut prima litera descriptionis fabricæ indicat: quæ est beth ב, sigillum videlicet sapientiæ, Dei filii, & verbi carne humana vestiti. nam sicut illa litera est principiū totius descriptionis, verbum videlicet: per quod (teste Iohanne) facta sunt omnia & ipsummet est principiū reparationis vniuersi & principium omnium nostrarum bonarum actionum. Hinc aperte dixit. sine me nihil potestis facere. Est etiam principium beatitudinis & cōsequendi finis. Voluit enim Christus omnes nos unire simul in idem corpus, qua vnione nō datur maior, cuius ipse caput effectus omnia membra regeret, & in ipsa influeret quod sacramentum Paulus colossensibus tam clare explicat, vt declaratione nō egeat, dum ait. Ipse est caput corporis ecclesię, nosque membra eius, & ne superna crederentur exclusa, iterum ait. Ipse est caput omnis principatus, & potestatis. Et iterum cum Ephesis. Et ipse dedit caput super omnem ecclesiam, quę est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Et quomodo nos scimus eius membra,

bra, explicat idem Paulus cum Romanis dis ferens. Sicut vnum corpus, multa membra habet, omnia autem membra corporis cum sint multa: vnum tamen corpus sunt, ita & Christus in vno etenim Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudęi siue gentiles, siue serui, siue liberi & omnes in vno spiritu potati sumus, vnum est igitur ex omnibus membris corpus, cuius principiũ siue caput est Christus. Et ideo in omnes articulos & artus influit vitæ nutrimentum, regimen ornatũ, & quicquid ad ipsius corporis sustentaculum. & fomentum pertinet. & quamuis vita & motus (vt nonnulli sapientes existimant) sit principaliter in corde, tamen ex sententia Galeni. Haliabatis & aliorum qui de natura, & conditione corporis humani scripserunt omnis virtus motiua, sensitiua, & rationalis est in capite. Sunt quoq; in capite omnes sensus interiores. Vnde membra dicuntur regi à capite, tanquam a duce, & repleri virtute, veluti riuuli, & aluei replentur a fonte, quæ omnia prouenire secundum spiritalem influxum a nostro capite Christo minimè ambigendum est. in ipso enim sunt, & ab ipso replentur omnes sensus interioris hominis, cum nec gustare, nec videre: nec odorare, nec audire possimus, quæ Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſunt, niſi per virtutem huius capitis Chriſti, dicente paulo. Gratia Dei ſum id, quod ſum: quæ gratia emanat in vos per Ieſum Chriſtum. ſicut enim abſciſſo capite nihil, quod in trunco remanet : aliquid operari poteſt: ſic abſcedente Chriſto ab homine, abſcedit uita, & ex conſequenti omnis operatio, & motus qui ad ipſam uitam ſpiritualem pertinet. Quare Chriſtus perbelle dicitur, principium. & hoc eſt quòd dicitur in Apoca. Ego ſum alpha α & omega ω, id eſt, principiũ & finis. Et in eodem dicit ipſemet Chriſtus de ſe ipſo. Ego ſum primus & nouiſsimus. Plato in phædrone de primo ſcilicet principio, dicit principium autem ſine ortu eſt. ex principio enim neceſſe eſt quciquid generatur oriri: ipſum autem ex nullo. nam ſi principium interiret, neq; ipſum ex alio, neq; ex ipſo aliud naſceretur. Siquidem ex principio omnia oriũtur oportet, ſi ergo principium motus eſt, quod ſeipſum mouet. Hoc autem neq; mori, neque naſci poteſt alioquin omne cœlum, omnisq; generatio concidat deſinatq; neceſſe eſt: neq; rurſus vnquám conſtare poſsit vnde hæc motum nacta oriantur. eſt igitur immortale quod ſeipſum mouet. Eſt igitur Deus, nedum primum omnium principium, ſed eorundem medium

ac finis. Vnde Plato de legibus, dicit ſi itaq; ad eos dicimus Deus ô viri ſicut antiquus quoq; ſermo teſtatur, principium, finem & media rerum omnium continens, recta peragit, ſecundum naturam circuens. Hunc ſemper iudicium comitatur, eo qui á diuina lege deſciuerint, puniens cui quidem iu dicio quicunq; felix futurus eſt adhærens, humilis ſubſequitur atq; compoſitus. Vult igitur Plato: Deum eſſe primum, medium, & nouiſsimum omnium. Vnde quidam phi loſophus interrogatus quid eſſet Deus: Reſpondit, Deus eſt figura circularis, cuius cẽtrum eſt vbique, & circũferentia nusquàm. Omnes. n. lineæ circuli à centro exeuntes in circunferentiam, & ab ea in centrum denotant, quòd omnes creaturæ emanantes á cẽtro ſupremæ ſpheræ, tendunt in circunferẽtiam eiuſdem ſpherę, tanquam in finem earum. Et ſicut eadem lineæ nunquam exeũt limites ſpheræ, aut circuli, ſic nec creaturæ exeunt terminos illius diuinæ ſpheræ: adeo quòd ab ipſo ſunt, & in ipſo manent, & in ipſum tendunt: ſicut etiam accidẽtia omnia innituntur ſubſtantiæ, quæ eſt eorum ſubiectum, & ſuſtentaculum, ſic omnia creata, quæ ſunt tanquam accidentia reſpectu primi, & ſupremi eſſe, quod eſt a ſeipſo, innituntur ipſi, a quo depẽdent], & in quo tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quam in ſuſtentaculo continentur, & in quo erant, antequam in formas proprias explicarentur, & ad ipſum aſpiciunt, & ten dunt, & tanquam ad locum, & domum propriam, quæ eſt Chriſtus. nam prima litera creationis rerum incipit a bet ב: quæ litera conſtituit hanc dictionem ben, בן quæ filium ſignificat. Et denotat filium eſſe domum in qua idealiter omnia conti nentur (ſecundum Boetium) mundum mente gerens. Et per quem facta ſunt omnia vnde Iohannes in euangelio omnia per ſpiritum facta ſunt. Idem affirmat Rab. Iſahac ben ſchola magnę auctoritatis penes Talmudiſtas, & cabaliſtas, qui in commen tariis ſuper pſalteriũ, maximè ſuper illud. principium, ſapientiæ, timor Dei: intellectus bonus omnibus facientibus eum: laus eius permanet in æternum. In ſententia ſic ait. Sapientia iſta eſt, quæ egreditur meaim, id eſt, de intellectu ſupremo Dei, quæ idem eſt, quod principium omnes enim prophetæ in uiſione non lucida prophetarunt: Moſes vero me uiſione lucida & clara prophetauit quare ſic dictum eſt illi. Et uiſum eſt principium ei, id eſt, ſapientia. &, quoniam Chriſtus filius Dei ſapientia patris, ergo recte reſpondit. Ego ſum principium, qui loquar.

Hoc

Hoc habent ineuitabiliter cõcedere cabaliſtæ, quod verus Meſsias per aquam homines purgabit.

Peccata in triplici ſunt differentia: prima ſunt leuia. Et hæc per aĩalium ſanguinis effuſionem expiabãtur. Secũdum erat peccatũ originale: hocq; ꝑ proprii ſanguinis effuſionem ĩ circũſione mũdabatur. Alia ſunt grauia, quæ iniqtates, ac ſcelera penes nos dicũtur: hebraicè vero, Aauon, auen, aauol, peſam, aauila, biſſa, chamas, tiluma, vt sũt blaſphemiæ, peccatũ contra naturã, contra parentes, adulterium, &c. Et hæc per animaliũ ſanguinem nullomodo poterãt expiari, ſed tantum per propriũ ſanguinẽ: tales lapidari, cõburi præcipiebat lex, & de his loquitur Paulus, cũ dicit: per legem nemo iuſtificatur. Venit Chriſtus, caput noſtrũ, pro omnibus mẽbris paſsionis ſuę medicinã ſumẽs, ſanguine cuius effuſo, â nobis debitũ effundendi ſanguinẽ cuiusq; cõditionis auferẽs: quare nó oĩs oblatio ſanguinis prohibetur: cũ ſanguis Chriſti ꝓtioſus pro oĩbus ſanguinibus pleniſsimè ſatisfecerit: ſumpta medicina, & ſanato ægro, nõ ẽ neceſſariũ vltro medicinã ſumere ꝓ huiuſcemodi mẽbrorũ cõualeſcẽtia: nã talis medicina ſecũdo ſumpta, magis obeſſet, q̃; ꝓdeiſſet: ſed magis vacare

talis

talis debet circa membrorum consolidationem, & ne in deteriorem languorem labatur, pręcauere: sic modo, qui pro peccati originalis emundatione circumcisionem sumeret, peccaret: nam Christi sanguis pro hmôi expiatione sufficientissimus fuit. Et hoc est, quod dicit Paulus Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Supplet.n.oẽs sanguines Christi sanguis, & in huius signum, Christus pepercit, & latroni, & adulteræ; ostendens sanguinẽ suum pro sanguinis magnorum peccatorũ effusione, q̃ per legẽ expiari nõ poterant, nisi per mortẽ propriam satisfacturum. Et hoc habetur Esa. 53. Dñe quis credidit auditui nostro? &c. sequitur. Iniquitates nostras ipse portauit in corpore suo. illa etiam, quæ (supple) per legem minimè expiari poterant, nisi per mortem propriam: subdit. Cuius liuore sanati sumus. Et quamuis Christus nõ peccarit: pro nobis tñ factus est peccatarius, tãquam caput per os passionis medicinã sumens, vt omnia membra sanaret. Et hac de causa proiectus fuit fratrũ accusator, vt in Apoc. legitur, qui accusabat tales, qui peccata habebãt, quę haud per legem expiari poterant. Subdit.n. Iohãnes. Quia sanguine agni liberati sumus. Sanatis igitur nobis per peccatorũ remissionẽ virtute sanguinis Christi, nihil nobis deest,

nisi

nisi gratiæ collatio: & in huius signũ baptisma instituit. Aqua .n. est meridionalis, & misericordiam prætendit. Vnde Iohãnes dicit: Christus venit, ĩ aqua gratiam cõferendo in baptismo: nec in aqua solum (conferẽdo .s. tantum gratiam, sed in aqua, & sanguine, id est, primo culpã remisit per sanguinis proprii effusionẽ Aqua signũ est misericordiæ Gedulah: sanguis est signum iustitiæ Gebu rah: ideo Gabriel dixit Mariæ: regnabit in domo Iacob Tipheret: videlicet de vtroque latere participante, scilicet de misericordia, & iustitia: merito igitur venit Christus in aqua baptismi, sibi ipsi simili: nã istæ aquæ inferiores fœcunditatem habent ab aquis superioribus, idest, a verbo filio Dei, pro vt dicit Augu. Quid est aqua scilicet ista materialis inferior. nisi aqua .s. fœculenta, accedit verbum, idest, aqua, quæ supra cælos est, ꝙ est filius Dei, & fit sacramentũ, gratiam significans. In huius figura Solomon fecit mare æneũ a. 12. bobus sustentatũ, idest, influxum habens a. 12. reuolutionibus Tetrag. mare itaq; excelsum, & infinitæ substantiæ pelagus est Deus. &, cũ in ipso Deo omnia contineãtur, est locus particularis, quod mare dicitur, aut aquæ, aut collectio aquarũ: & est illa suprema meridionalis regio, q̃ Gedulah dicitur: in qua sunt aquæ misericordiæ,
pietatis

pietatis, & clemẽtiæ, quæ est peculiaris possessio filii Dei (quia Gedulah, & chocmah tendunt ad idem) de quo pater ęternus ait. Et ponam in mari manũ eius, & in fluminibus dexteram eius, sunt.n.in dextrali parte dimensiones illæ, ipse inuocabit me &c. Quare Maria virgo dicitur mater misericordiæ, gratiæ, & pietatis, eo qđ sit ceteris proximior huic mari filio suo. Propterea vocata est Miriam, idest, iã ram, id est, mare excelsum. aqua igitur istius maris filii Dei lauit crimina nostra &, sicut aqua diluuii purgauit mundũ, sic baptismus crimina nostra purgat. Hic multa sunt dicẽda. Pignus.n.salutis datã fuit in aqua & fide. Sicut scriptũ est. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Quia per aquã lauamur à sordibus exterius veluti sacramẽto & signo quodam veræ aquæ, q̃ est verbũ & sapientia Dei. De qua vera aqua per Ezechielẽ dicitur. Effundam super vos aquã mũdam, & mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Et huic aquæ adiungitur ignis Spiritus sancti, iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnũ cęlorum. Patres enim antiqui participes fuerunt solius Spiritus sancti; nec ad filium venerunt. Hinc maior est illis, qui minor est in hoc re-

gno

gno cælorum; in quod intratur per filium & ſpiritum ſanctum. Et expurgatio illa, & pactum quod erat in ſanguine, mutatum fuit in aquam: nam cum omnis legalis expiatio fieret in ſanguine proprio, vel in ſanguine animalium. Euangelica debuit fieri in aqua, quæ clementiam ſignificat: facta videlicet prius expiatione ſufficientiſsima in ſanguine redemptoris. Nam danda erat nobis aqua clementiæ, quam tradidit redemptor, & ſponte obtulit volentibus ſuſcipere. Et hoc effuſo iam ſanguine, vt dictum eſt. Vbi ſeruatur illud Apoſtoli. Omnia penè mundantur in ſanguine; & ſine ſanguinis effuſione nō fit remiſsio. Et ideo teſte Iohanne. Chriſtus non venit in aqua tantum; ſed in aqua & ſanguine. Cum enim omnia mundentur in ſanguine (vt Paulus vult) voluit nos primo mundare per ſanguinem; iuxta illud Iohannis: Qui lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Vnde adeo lauit totū genus humanū; vt amplius ſanguinis effuſione nō indigeamus. Quęquidem ſanguinis effuſio fiebat ad placādos accuſatores tribunalis iuſtitię ſeueræ, qbus Chriſtus ſanguine ſuo adeo ſatisfecit: vt Iohannes dicat. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum (vt ſupra dixi.)
Et

& hoc (vt ipſe Iohannes ſubinfert) propter ſanguinem agni. poſteà vero tradidit aquã a nobis ſuſcipiendam in ſuaue lauacrũ iuxta illud, iugum.n. meum ſuaue eſt. nam cũ hac aqua venit gratia pietas, clemẽtia, ſapientia, & cætera, quę ex eodem fonte ſcaturiunt, vt docẽt cabaliſtæ. Et aqua iſta baptiſmalis, eſt potius ſignũ, quam cauſa operãs. Vnde ait Augu. Detrahe verbum ab aqua: quid eſt aqua. niſi aqua Hinc elicitur, quod magis defertur uerbo, quam aquæ, nec .n. anima conuenienter expurgatur aqua corporea & elementari: ſed aqua illa ſuprema, quę verbum & ſapientia Dei eſt: aqua videlicet vera: cuius hæc elementaris eſt ſignum. propterea dicitur ſacramentum: ꝙ eſt ſacrę rei ſignum: ſacra autem res, eſt virtus illius: de quo inquit Apoſtolus, purgationem peccatorum faciens: ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. ipſe enim virtute verbi & melioris aquæ purgat & ſanat. Hinc propheta canit. Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. Et Chriſtus ait Vos mundi eſtis propter ſermonem: quem ego locutus ſum vobis. & quamuis ſit Chriſtus Deus qui purgat, mutauit tamen ſignum, ſanguinis in aquam. nõ mutauit Deus ex parte ſui qui eſt immutabilis, ſed propter nos, qui ſucceſsione quadam temporum viuimus.

pro

pro diuersitate temporū diuersa signa mutauit. Hinc sapiens ait. Immuta signa inoua mirabilia. Et semper in melius vt moris est optimi artificis. nam melius est sacrificium quod commemoramus, quàm omnia sacrificia omnium animalium. vnde Paulus ait. per amplius & perfectius: quam in sanguine hircorum aut vitulorum. Et melior est baptismus circuncisionem: sicut melius est euangelium, quam lex Mosaica. non sanat igitur nos aqua materialis, nec tolit maculas ab anima, sed Christus, de quo canit p̄cursor. Ecce agnus Dei, ecce qui tolit peccata mundi. Hinc Iohannes inquit; Qui lauit nos in sanguine suo. Et alibi. Ipse est propitiatio, pro peccatis nostris. & quia lauat & potat: hinc vocat seipsum aquam, per quam aquā sicut omnia producta sunt: Ita quoq; omnia regenerantur: vt idē sit generationis & regenerationis principiū. Ipse igitur Christus tollit sordes, virtute diuinitatis tanquā causæ agentis, virtute aquea, veluti proprietate quadam accommodata: humana verò natura mediante: quæ oblata fuit in hostiā & sacrificium peccatarium in ara crucis, per sanginem tanquam per prætium tribunali iustitiæ satisfaciens. Anima quoq; vera, quā posuit pro ouibus suis: vt per ipsam expiaret sordes totius posteritatis, in generatione

spiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſpirituali acquiſitæ: non igitur mirum videtur, ſi hæc aqua mundans, tantum laudatur ab Ezechiele, vbi ſupra. cum ſit ab illo fonte prouениēs, de quo in Ieremia dicitur: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & pſaltes. Apud te eſt fons vitæ. Quod clarius reſerat Zacharias, dicens. Erit fons patēs domui Dauid & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Quæ quidē aqua iubet Chriſtus homines nedum lauari: ſed renaſci, dicēs. Niſi quis renatus fuerit denuo ex aqua & ſpiritu ſancto non intrabit in regnum Dei. Nec enim aqua elementaris cum Spiritu ſancto eſt principium regenerationis: ſed aqua illa, de qua dicitur. ſi quis biberit ex aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam ęternam, ideſt ſentiet in ſe Spiritum ſanctum; vt euāgeliſta exponit. Concludamus igitur, quod conueniens fuit baptiſmi inſtitutio, quia perfectus artifex de bono in melius procedit. Cum ergo originale peccatū in antiqua lege expiaretur per ſanguinis emiſsionem, dolorem cauſantis. Ergo per baptiſmū gratiam collantem conueniens fuit talis remiſſio peccati. vnde concludit Iohannes, dicēs. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. & hoc habent concedere cabaliſtę; tenēt enim, quod Meſsias venturus ſit meridionalis;

nalis:& etiam regnaturus in domo Iahacob modo pdicto: quare Ioseph, morti propinquus, dixit fratribus suis bis: Visitabit vos dñs: visitabit vos Dominus, scilicet in sanguine proprio, & in collatione gratiæ, virtute baptismi: quare non ingressi sunt terram promissionis, nisi transuectis aquis maris rubri, rubri sanguinis Christi domini nostri.

M. Sciri potest in cabala per mysteriũ mem clausi cur post se Christus miserit paracletum.

.A. Duplicem mem מם literam Hebræi habent, alteram quidem apertam, cuius est hic character מ quę nunquam in dictionis calce, verũ semper in principio, & in medio ponitur: alteram verò clausam: quam sic figurant ם, & non nisi in dictionis fine scribere solent. In hac autem dictione, lemarbe למרבה, id est ad multiplicandum, cum sit in medio, non clausa, sed aperta esse deberet: & tamen claussa ibi Esaiæ 9 præter morem ponitur: quod alibi profecto nusquam inuenitur: idcirco, sine mysterio hoc factum fuisse, haud quaquam credendum est, vt in libro sabbat cap. sabbone dicitur. Mem clausa, uerbum clausum, uel rem clausam, id est, occultam, significat. Voluit enim per hoc Esaias ipse à prudentibus intelligi: im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

piis verò occultum fieri . eam ob rem in libro sanhedrim cap.col. Israel dicitur, quod cum Rab. Thamhum quæreret, quænam esset ratio, quod, cum omnis mem in medio vocabuli posita, aperta sit, hæc sola inueniatur clausa. Statim in illa hora exiuit filia vocis, id est, reuelatio, siue vox de cælo dicens. secretum meum mihi : secretum meũ mihi. quod exponens Rab. Solomon, ait. Deum dixisse, hoc secretum de Mesiæ aduentu meum est . ostenditur autẽ per mem clausam ם tempus Mesiæ sic, mem nanq; clausa apud Iudæos designat numerũ sexcentenarium, & ostenditur proculdubio, quod ab huius prophetiæ tempore usque ad mesiæ natiuitatem sexcenti anni futuri essent. Quod rei post modum probauit euentus. Hoc autem sic probatur. Anno .n. quarto regni Achaz regis prophetia hæc facta est, vt ait Rab. Selomo. Achaz. 16. regnauit amnis, 4. Reg. 15. Et quarto anno regni eius hæc prophetia facta est post hanc regnauit 12. annis. post quem Hezechias filius eius annis regnauit. 29. 4. Reg. 16. Manasses regnauit annis. 55. 4. Reg. 18. Amon regnauit annis. 2. 4. Reg 21. Iosias annis triginta vno. 4. Reg. 2. Ioachaz mensibus tribus. 4. Reg. 22. Iehoiakim annis vndecim. 4. Reg. 23. Iehoiakim mensibus tribus,

vt

vt habetur ibidẽ. Sedechias demum vndecim regnauit annis 4. Reg. 24. Horum annorum ſumma annos continet. 151. & dimidium. A quinto enim anno regni regis Achaz, vſque ad vndecimum Sedechiæ, Iudæorũ reges regnauerũt annis. 151. Deinde ab vndecimo Sedechiæ anno, qui fuit. 19. Nabuchodonoſor 4. Reg. 23. Nabuchodonoſor ipſæ regnauit annis. 26. Euilmerodach filius eius annis. 23. Balthaſar annis 3. Darius. 2. Cyrus. 30. Aſſuerus 14. poſt quẽ ſucceſsit Darius. Cuius regni anno ſexto templum conſumatum, atque perfectum eſt. His additis ſupradictis. 151. annis cũ dimidio, quibus reges regnauerunt inſuper & quadringentis & viginti quibus templũ ſecundum duraſſe aiunt. Habentur à quarto anno Regis Achaz uſq; ad Templi ſecundi excidiũ anni ſexcenti ſeptuaginta quinque & dimidius. A quibus ſi quadraginta duo demantur anni, qui à Chriſti paſsione vſq; ad vrbis Ieruſalem tẽpliq; euerſionẽ fluxerũt, & 33. ferè cũ dimidio, quibus Chriſtus ipſe inter homines vixit, habebuntur ab eo tẽpore quo Iſaias de meſsię cõceptu & ortu vaticinatus eſt vſque ad ipſius Chriſti natiuitatẽ, anni præciſe ſexcenti, quos prędicta mem ם clauſa deſignat. Qui intelligẽ etiam, miſſurus eſſet Spiritum ſanctum. ratio eſt:

quia ſermonis concluſio eſt finis ſermonis: mem igitur concluſum, ſiue clauſum aduentum figurabat Spiritus ſancti: qui concludere habebat omnes Chriſti ſermones. vnde Chriſtus in Iohanne ait. niſi ego abiero, Spiritus ſanctus non ueniet ad vos. & ſubdit, cum autem venerit illæ docebit, vos omnia Dicit igitur. ſi non abiero, paraclitus non veniet ad vos: ratio eſt: quia filius aqua ſupramundana eſt madefaciens nos: nos humida eſt. n. aqua: & tendit in partem dextrã miſericordiæ, loci filij Dei chocmah: gedulaq; uocati. Spiritus autem ſanctus eſt ignis calefaciens, ac deſiccans, in ſiniſtram partem tendens iuſtitiæ binach vocatæ, &, cum certa experientia cernamus in naturalibus, quò pannus humefactus, vel lignum humefactum non caleſieret: niſi prius amota humiditate. & frigiditate : ex quo igitur Dei filius corda noſtra, doctrina ſua humectarat: ſed non inflãmarat: nã hoc eſt propriũ ſpiritus ſancti: non filii: ideo ait. niſi ego abiero, ceſſando videlicet ab humectatione doctrinæ, ſpiritus ſanctus haud veniet ad corda veſtra inflamada, patet, quãdiu enim diſcipuli Chriſti cum eo fuerunt, ante Spiritus ſancti aduentũ, imperfecti ſemper exſtiterunt Iohannes & Iacobus primatum poſt Chriſtum querebant. Fratres Io-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

hanni inuiderunt, credentes eum non moriturum. Petrus ad vocem ancille Christum negauit. post vero aduentum Spiritus sancti, tot hominum millia attracta sunt ad martyrium: quia cupiebant capiti Christo conformari. Vnde tantus feruor desiderii ut nullum martyrii genus eis durum foret: & alacriter sustinerent illatam sibi mortem: quę est vltimum terribilium. & quam etiam ipsæ Christus horrescens rogabat patrem, vt transferret ab eo calicem tam dire mortis. Id declarat Gregorius, dicens. post aduentum Spiritus sancti cuius fortitudinis & constantiæ fuerint homines, apparet in petro, qui primo negauit Christum modo dicto, sed Spiritu sancto perfusus conuentum magistratum non timet, dicens. Obedire oportet omne Deo magis quam hominibus. Et omnes apostoli ibant gaudentes a conspectu concilii: quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Hoc itaque Spiritu sancto roborati Apostoli & sancti non solum tormenta non timuerunt, sed ipsa alacriter susceperunt. Quod Christus timuit à patre derelictus: vt cum dolore humanam redemptionem operaretur. sicut decretum in cęlo fuerat. Hinc ipse in cruce clamauit. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me potuisset

ſet etiam Chriſtus inflammare, ſed noluit: hoc opus relinquens ſpiritui ſancto: venit autem ipſe, vt lux illuminans omnem hominem per doctrinam humectādo omnes: Spiritus ſanctus venit ad illos inflammādos: patet per concionatoris ſimilitudinem: qui primo illuminat legem: declarando: deinde inflammat, applicando dicta ad vitia, & virtutes: quôd haud facere debuiſſet, niſi primum declarationē præmiſsiſſet. Et licet Chriſtus ſemel hoc fecerit inflammando ſcilicet illos duos diſcipulos in Emaus euntes: vti patet in verbis eorum: nonne cor noſtrum ardens erat in via, dum loqueretur, &c. inflammmatio tamen ſolemnis, & generalis ſpiritui ſancto attribuitur: vt primū de die pentecoſtes. Alia ratio, quare mem clauſum ſignāt eundem Spiritum ſanctum, eſt, quod numerus punitionis eſt numerus quadragenarius, ut primū Deut. 25. vbi habetur quod quis flangellandus, tantum quadraginta flagellis multandus eſſet. quare pau. cum eſſet ciuis Romanis tanquam priuilegio dignus vno minus accepit: horumq; ratio eſt, quia peccatum fit a corpore, vel a parte animali, ad malum inclinata: quod corpus ex quatuor conſtat elementis & cuilibet elemento decem correſpondent percuſsiones. itaq; numerum quadragenarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

rium reddūt: quare ecclesia canit: deno dierū circulo quo lege fit remissio. In huius rei signū, Israel decies flagellatus, itē Pharao Abrahā decies fuit tentatus Nā verò in numeris importat. 40. quare significabat. quod p per Spiritus sancti aduentū apostoli, & martyres tanquā ab eo imflāmati debebant punitionibus, & flagellis cōstanter, & intrepide submitti. idq; factum non fuisset, nisi Spiritus sanctus adueniens, corda eorum solidasset: patet: quia ante eius aduentum hoc contigisse non legitur. Et Deus vult nos sic pati, vt alibi lætemur: patet de Abrahamo diuitem alloquente. Tu recepisti bona in vita tua: Lazarus item mala: quare hic lætatur: tu vero cruciaris. Misit ergo Christus Spirirum sanctum. Vnde mittere personā diuinam idem est quôd producere. Hinc pater a nullo mittitur: cum a nullo producatur. Filius autem a solo patre mittitur: à quo solūmodo productus est. Spiritus vero sanctus à patre & filio: cū ab utroq; productus sit à patre quidem mittitur. sicut ipse filius ait. Paracletus ait aūt Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo. Et infra cum de Spiritu sancto adhuc ageret, ostendit, quôd etiam ipse eum missurus esset, dicens, nisi ego abiero, paracletus non veniet ad uos: si aūt abiero, mittā uobis eū missus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

autem fuit in linguis igneis, tanquam arcanorum Dei interpres. Iuxta illud. Ille suggeret vobis omnia & docebit vos oĩa, & vt inflãmaret corda non tantũ eorum, in quos descendebat, sed eorum, qui audituri erant verba eorum, quos ipse edocuerat, in ignis specie missus fuit: vt Lucas narrat. Et abũde diffusus est talis spiritus in nobis. Et hoc est cõtra peripateticorũ dogma. spiritus sanctus mera substantia non suscipit magis & minus (vt aiunt) quia hoc est proprium qualitatis: vt ipsi dicũt. nec est in partes diuisibilis, quod quantitatis continuæ propriũ est. Ideo seipsum inseparabiliter vel impartibiliter cõmunicat, diffundens charismata sua plus vel minus, prout iubet. Sicut idem docet apostolus, dicens: diuidens singulis prout vult. Et ne hoc videatur impossibile iuxta peripateticorum dogma, id comprobamus in anima, quæ vnica diffunditur in mẽbra varia diuersimode: & secundũ plus & minus. Et quamuis anima dicatur tota in qualibet parte: consentiunt tamen omnes philosophantes, quod magis residet in corde & capite, quam in aliis membris. parimodo hic spiritus Dei: qui mundi anima ab aliquibus Academicis dicitur. Sed (nulli dubium) est anima & vita corporis ecclesię. Et hic magis diffusus fuit in capite Christi

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quam in aliis membris. Iuxta illud prophetæ. Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ, id eſt, chriſmate Spiritus ſancti præparticipibus tui. Et poſt Chriſtū hic Spiritus Dei, ſuper omnes perfudit beatam virginem, quæ (vt Hieronimus ait) eſt collū huius corporis. Hinc dixit Gabriel. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. poſtea perfuſi ſunt apoſtoli abunde, tanquam præcipua corporis ipſius membra. Scitur igitur per cabalam myſterium mem clauſi, vt dicit concluſio.

Scitur per fundamenta cabalæ, quā rectè dixerit Ieſus. Antequàm naſcaretur Abraham, ego ſum.

Hæc concluſio poteſt phyſicè, & cabaliſticè probari: phyſicè ſic. Ariſt. cæteriq; naturales volunt, quod ordinatè volens, prius velit finem, quàm quæ ſunt ad finem. eſt. n. finis primus in intentione, & vltimus in executione: patet de domificatore, qui eam ędificat, vt eam habitet, quæ habitatio non fit, niſi prius ædificata domo. In mēte diuina, prima eſt hominis idea, cæterarum creaturarum reſpectu: homo tamē eſt vltimo creatus: homo enim (ſecūdum philoſophum) eſt finis omnium. Ad rem, Chriſtus in mēte diuina eſt primus cognitus, & prædeſtinatus, teſte propheta. In capite libri ſcriptum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

est de me. nam prædestinatio Christi fuit causa prædestinationis nostræ. vnde in prædestinatione Christi, & nostra, duo sunt attendenda: vnum est actus Dei prędestinantis: alterum est effectus, ac terminus prædestinationis. Si ergo consideretur Christi prædestinatio, & nostra quo ad actum prædestinantis: sic vna non est causa alterius: nam idem non est causa sui ipsius: verum eodem actu diuino prædestinatus est Christus, & nos: ergo Christi prædestinatio, nō est causa nostræ. Si verò consideretur quoad effectum, & terminum: sic dicendum, quod utraque prædestinatio est nostræ prædestinationis causa, & efficiens, & exemplar: quatenus Christus existens Deus, & homo per gratiam vnionis: de qua est prima Christi prędestinatio: & quatenus est plenus gratię, & perfectus in gloria; de qua est secūda eius prædestinatio est causa eius efficiens, & exēplar prædestinationis nostræ, tanquàm causa nostræ salutis meritoriæ, & tanquam cauda exemplaris: nam, vt ipse per primam prædestinationē est filius naturalis: ita nos per prædestinationem efficimur filii adoptiui itaque prædestinatio Christi exemplar est alterius rationis & prædestinationem notram excedens: vt etiā Christus per secundam prędestinationē est plenus gratiæ, & in glo-

gloria perfectus ita nos p prædestinationẽ nostram de plenitudine eius participamus gratiam, & gloriam. concludamus igitur, quod Christi prædestinatio nostræ prædestinationis est caussa. quatenus ordinauit Deus salutem compleri per Christum, gratia & gloria sunt a Deo secundum principalem efficientiã: sed a Christo homine sunt meritoriæ: quare merito de illo dicitur, quod scriptus sit in capite libri prædestinationis. & creationis. Omnia, enim facta sunt per Christum omnium finem: in executione tamen nouissimum: ut dicit Paulus. Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt. Ad propositum hoc loquitur Paulus, cum dicit. Elegit nos ante mundi constitutionem, quo scilicet ad intentionem. Et cum dicit. non coronabitur nisi, qui legitime certauerit: intelligit de executione. Requiruntur enim opera ad assequendum prædestinationis effectum. Et quamuis apostolus dicat elegit nos ante mundi constitutionem. Sed sicut præuidetur homo, sic possunt etiam præuideri operationis, propter quas saluamur. Et si Theologi dicant, quòd nihil mouet Deum ad præstinandum hominem: quia nullo obiecto extrinseco moueri potest: cũ sola mera voluntate eligat & prædestinet. Iuxta illud

illud prophetæ, saluum me fecit, quoniam uoluit me: et iterum. Saluum faciet eum, quoniam uult eum. In Zacharia tamē Deus ait. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Omnes itaque Deus eligit & vocat gratia præueniēte. Sed nisi cooperemur. electioni & vocationi, nō habebimus gratiam cooperantem & iustificantem. Et hoc clarè primum in duobus regibus: quorum vnus, Saul videlicet electus fuit ad regnum. sed quia uoci Dei non obediuit, ablatum fuit ab eò regnum. Alter verò, Dauid videlicet, quia obediens fuit cōfirmatus fuit in regno prȩuenientis igitur electionis non est ratio effectus autem consequentis ratio est a cooperatio nostra simul cū Deo. Vnde quamuis Christus, sit præcipuê missus ad oues, quȩ perierunt domus Israel: tamen eiecti fuerunt ab eo, propter eorum ingratitudinem. Hinc dixit eis ipse Christus Auferetur á vobis regnum Dei. & dabitur genti facienti fructum. pari modo ipsos alloquens Apostolus inquit. quoniam indignos uos iudicatis æterna vita, ecce cōuertimur ad gentes. Et hoc iuxta illud Apocalypsis. Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuam. Et quamuis Dicant Theologi, quod oēs prȩdestinati saluantur, ideo videtur: si Iudæi prædestinati erant: salus & gloria eo-

rum

rum ad alios deuolui non debuerat: cui dicendum, quod prædestinatio non imponit necessitatem alicui nisi quatenus homo consentit prędestinationi. Quod apertè elicitur ex verbis Christi, dicentis. nonnè uos elegi duodecim: & vnus ex vobis diabolus est? Et hoc, quia Iudas electioni correspondere noluit. Vnde Augu. ait. Vt acquiescamus salutari inspirationi: hoc nostræ est potestatis, saluantur igitur omnes prædestinati, qui consentiunt prædestinationi: alias non. Imo tales odio habendi sunt: sicut enim verè prædestinati sunt diligendi, ita pręsciti sunt odio habendi: ut communiter asserãt Theologi. Hæc distinctio præscitorum & prędestinatorum: innuit Paulus: Adducẽs in exemplum Iahacob & Hesau: de quibus antequã boni vel mali quicquam egissent, dictũ est. Iahacob dilexi. Hesau aũt odio habui. Deus igitur odio ꝑpetuo Hesau insequitur, & quãuis Isahac dicat in spiritu. Viues in gladio & arcu tuo, & serues fratri tuo tẽpusq; veniet, vt cum excuties iugum e collo tuo. sed reponẽdi sunt in sinistra, quibus summus iudex dicet. Ite maledicti in ignem ęternum: & sic erunt perpetuo odio inuisi. Et si sapiens dicat. nihil odisti eorum quę fecisti. Augu. tamen ait. erit quippe misericordia & amor Dei super omnia ope-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ra sua: si tu tollis opera, id est, peccata odio habenda & punienda: nec enim (ut reor) illi damnantur, quia Deus oderit ipso: nec quia præsciuerit, necquia præparauit eis pœnas cum de igne in pœnam peccatorum dando dictum sit. Qui paratus est diabolo & angelis eius: nec dicit hominibus, quia (teste Paulo) Deus vult omnes saluos fieri. Prædestinati autem sunt, qui diligunt patrem ipsos diligentem. Iuxta illud saluatoris: si qs diligit me, pater meus diliget eum: & ad eum veniemus. Et huiusmodi quoque sunt à nobis diligendi. Ad ꝓpositum igitur cõclusionis dico, quod Christus in intentione est prior Abrahamo: eo verò in executione posterior: est insup prior Abrahamo, idest, perfectior, sicut figuratũ figura. Probatur insuper cabalisticè hoc modo. In sephirot chocmah locus Christi, est prior, siue superior Gedulah Abrahæ loco: quare Christus merito dixit. Antequã Abrahã fieret; id est, Gedulah, ego s. chocmaah, sum superior Gedulah. Alia ratio est. Deus enim creaturam præcedit: &, quoniã Christus erat Deus, ideo Abrahamum præcessit, quod fuerit Deus, ostendit ipse in verbo, sum, quod soli Deo cõpetit, quod alibi declarandum relinquo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Per Myſterium duarum literarum, vau, & iod, ſcitur, quomodo ipſæ Meſsias, vt Deus, fuit principium ſuiipſius, vt homo.

Iod, & uau duæ Tetrag. literæ וי in nomine Ieſu ישו locatæ, quarum iod totam ſignum diuinitatem vt ſuperius in aliis concluſionibus vidimus: vau verô vitæ fontem denotat. Ambæ igitur literæ iſtæ in nomine Ieſu, ſignificăt Chriſtum Deum verum eſſe, & fontem omnium creaturarum, ſicut ipſemet de ſeipſo teſtimonium perhibet, dicens. Ego vitam æternam do eis, quo ad bene eſſe, quo vero ad primum eſſe, vnica vita multiplex eſſe poteſt. Eſt năque ſol unicus in ſe, multiplex in radiis, vnicus in eſſentia virtute tamen omnigenus. Eſt etiam anima vnica in ſe, ſed multiplex in operatione: audit enim in auribus, videt in oculis &c. Nec ex hoc, quòd in aliquo membro pati videatur defectum, diminuta eſt: nam ſi debilis eſſet oculus, non minor eſt in cerebro vel corde. Ex qbus patet, ꝙ vita illa vnica, multiplex eſt in membris, ſi admitteremus mũdum eſſe animal, vt multi ſapientes conueniunt etiam illi qui ſacra eloquia venerantur, cum ipſa obſtare minimè videantur. Et

huius

huius opinionis sunt. Augu. Origenes. Vñ Ieremias ait. Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus. Et Esaias. Cælũ mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorũ. Paulus quoque allegans dictũ Arati, dicit. Quoniam in ipso viuimus, mouemur, & sumus: & hoc quia Deus virtute sua vniuersam cõstringit, continet, & viuificat mundum. Eusebius in solutionibus Theologicis de summo opifice ratiocinans: ait. Vita illic est, & mens, vt ipsi vitæ perpetuo ens permaneat, menti autem effigiet, & contineat ea, quæ sunt. Hinc primum ens vitale esse oportet: vnde omnis essentia, vita, & intellectus participatione magis, quàm specie nominatur: illud nanq; ipsum esse per se vita, & per se intellectus. Quod autem præter hęc omne magis non ens, quám ens quia erat, quando nõ erat ens. Et hoc perpetuitate manet ens, viuit, & intelligit. Quatenus.n. particeps est vitæ, quatenus illud præbuit, & tantum intelligit, quantum illud tradidit. Ex quibus concluditur, vnam esse omnium vitam uiuentium sicut unica est anima in omnibus membris corporis. Vnde cardinalis cusanus solertissimus disceptator, cum micocrosmum ad maiorem mundum cõpararet dixit. Vita illa mundi, quæ seipsum & omnia mouet, perpetua est, quia motus rotun

dus, & circularis omnem continẽs motum, ſicut circularis omnem in ſe figuram complicat Ad quam animam totus corporeus mundus ſe habet, ſicut corpus hominis ad propriam animam. Si externos adducere voluerimus, multi habentur præ manibus. Ariſtoteles, cum Theofraſto eius auditore: atque Aueroi prophitentur mundum eſſe animal. Democritus animalis mundi animam dicit eſſe Deum. Stoici: indi, Triſmegiſtus, ait. Nihil eſt in corporibus, quod non ſit ipſe Deus omnia enim ſolus exiſtit, quæ ſunt in lucem deducens, & quæ non ſunt occludens in ſeipſo: nec quicquam eſt in omni, quod non ſit ipſe Deus: qui eſt omnium vita. Sed videamus quam concinè loquatur Iohãnes de hoc: Vnde dicit. quod factum eſt in ipſo uita erat, & vita erat lux: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod intelligere poſſumus in duplici ſenſu; aut quod nihil factum eſt ſine ipſo: aut quod illud quod factum eſt ſine ipſo conſeruante, replente, & viuificante nihil eſt: Chriſtus ergo, ut homo, creatura erat: ergo ſibi ipſi dedit eſſe: & fuit principium ſui nam (ſecundum Auguſtinum) opera Dei ad extra ſunt indiuiſa. Huius enim nominis Ieſu ישו ſunt duæ literæ (vt dixi) nominis tetrag. יהוה

ſcilicet , iod & vau יו . Dimiſſa uero fuerunt duo he הה quorum alterum amorem mutuum patris & filii, per iod & vau denotatum. Alterum verò vim productiuam fabricæ ſignant. Hinc Hebræi dicunt, quod in he ה id eſt, in virtute opificis, per ipſum denotat. Deus mundum fabricauit. In quorum duorum he הה loco, in nomine Ieſu ישו, interpoſitum fuit ſin ש, principium huius dictionis ſabbat שבת, quæ requiem ſignãt (vt ſupra dixi) Vnde innuitur, quod Ieſu uenit ad nos, non vt nexus patris & filii, neque vt opifex mundi; ſed daturus requiem: ſicut ipſemet teſtatur, dicens, venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Iam enim mundum creauerat, priusquam humanaretur Deus. Ideo in nomine ipſius Meſsiæ Dei humanati poſitum eſt ſcin ש iucludens illa duo he הה ipſo ſic euerſo ש, vt denotetur ꝙ Meſsias mundum creauerit, & per conſequens humanitatem propriam, tanquam partem mundi: hoc oſtenditur etiam per litterã iod & vau, quæ ſimul vnita יו conſtituunt vnũ he ה. Iod etiã ſignificat principiũ, nam ipſum eſt principium omniũ literarũ: ex quo iod ſit punctum initium omnium literarum: ſeu linearũ & ſicut per litteras cuncta formauit Deus (ut dicit Abraham in ſe

phet

phet Iecira) in ſex diebus. Sic in nomine Ieſu ישו, poſita fuit litera iod י, ſignificans Ieſum fuiſſe principiũ & cauſam omnium rerum quę creata fuerunt in ſex diebus creationis mundi : ideo additur illi nomini Ieſu vau, ו quòd numerum ſenarium ſignificat. Sicut ergo iod eſt principium he ה, ita Ieſus vt Deus ſignificatus per litteram iod, literam dico diuinitatis : eſt principium & cauſſa vt homo ſignificetur per literam vau ו Alia ratio eſt: omnia enim antequam fierent, vita erant, in verbo: quę omnia in formas proprias explicata, non deſtituuntur ab illa vita creatrice , qua in opificis mente viuebant: verum has vltra , alias acquirunt vitas pro captu ſuo : multiplex enim eſt vita : quare Chriſtus non vitæ arbor, ſed vitarum dicitur. Omnia igitur viuunt vita illa creatrice viuunt & vita propria naturali, quæ tamen vita ab illa ſumma pendet : & eſt radius, vel ſcintilla ipſius, in quo viuimus, mouemur, & ſumus. De quibus vitis in pręſenti relinquo. vnum eſt, quod Chriſtus eſt vita noſtra: quam habebimus, ſi in illum crediderimus: vt ipſe teſtatur, dicens, qui credit in filium Dei, habet vitam in ſe. Et alibi. Ergo uitam æternam do illis. Eſt enim Chriſtus fluuius vitæ, de paterno fonte cheter

procedens, Spiritus sanctus verò est tanquã piscina, vitæ aquam suscipiens a fonte cheter patre, & a fluuio vitarum cohcmach filio, in nos quoq; eam diffundens.

P.M. Scitur ex cabala per mysterium partis septentrionalis, cur iudicabit Deus sæculum per ignem.

F.A. Apud Deum duplex est solium, siue tribunal, sinistrum. s. & dextrum. Primum dicitur meridionale & plenum gratiæ, & clementiæ existit: & vocatur chocmah, vel Gegulah, locus filii. Secundum dicitur Aquilonare, plenum seueritatis, & iudicii, & ignis: & vocatur boinah, siue Geburah, locus Spiritus sancti. Et quamuis hęc regio aquilonaris sit frigida: tamen est etiam igne diuinæ iustitiæ plena: hinc est, quod iudex iudicabit seculum per ignem: nam iustitia, & ignis in eodem sunt loco, aqua tamen commixti, quòd, si in igne solo iudicaret, nulla creatura iudicium tale ferre posset. Vnde propheta decantat Non intres in iudicium cũ seruo tuo Domine (scilicet in iustitia tãtum Geburah) quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs, sequendo scilicet rigorem talem huiusmodi iustitię. Et, in signum mixtionis huius, Deus cheter hoc iudicium tradidit filio suo chocmah pietati humanato

to, & infirmitate nostra circundato, iuxta illud apostoli: talem habemus pontificem, qui scit compati infirmitatibus nostris. Et ideo ipse iudex Christus dicit, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Et alibi, omne iudicium dedit mihi pater: eo ꝙ sit hæres patris, ideo constitutus est Dominus vniuersorum: ratione præterea scientiæ sibi attributæ, idest, chocmah, iudicium sibi cōpetebat: hinc de ipso inquit oraculum. Butyrum (idest, lac sapientiæ) & mel (idest, saporem & dulcedinem rerum diuinarum) comedet: vt sciat (iudicando videlicet) reprobare malum, & eligere bonum. & etiã, quia Deus erat, & homo: vnde in eo, quod Deus, errare non potest: in eo vero, quod homo, sit compati infirmitatibus nostris: data etiam ei fuit hæc potestas, vt omnes honorificent filium, sicut honorificãt patrem, vt ipsemet perhibet. Præterea, quia caput est omnium nostrum. etiam, quia est princeps Regũ terræ, sicut Iohannes dicit. Principis enim interest iudicare subditos. etiã, quia per ipsum facta est ac redempta humana creatura: vnde merito data fuit ei potestas iudicandi eam, & in iudicãdo vtrumq; solium posside bit, dextrum scilicet & sinistrũ; quare á sinistris ponet hædos, a dextris verò agnos: & ipse in horum medio stabit.

hinc Gabrielis oraculum dixit. Regnabit in domo Iahacob in æternum. Iahacob in archetypo, siue in supernis mansionibus medium tenet inter Abraham, qui dextram tenet, idest, Gedulah misericordiæ plenam: & Isahac, qui sinistram posside, id est, Geburah plenam iudicii: & quám optimè sedere debet iudex inter dexteram pietatis, & sinistram iustitiæ: vt hanc cum illa cõtemperet. Iudicat autem semper Deus in igne & aqua, semper enim misericordia vtitur, citra demerita pęnam inferendo. hoc patet in sodomis de quibus dicitur, quod Deus pluit super illos sulphur, idest, ignem iudicii, & aquam clemẽtiæ. In diluuio item vniuersali interfuit ignis: nã dicitur: rupti sunt omnes fontes abyssi magni; aqua enim surgebat calida de subterra, admodum fontis balneorum calidissimorum: interfuit etiam aqua frigida; vnde in Genesi. Et cataractæ cœli apertæ sunt. Vide igitur, quomodo Deus in igne iudicii, & aqua clementiæ iudicat, quod & cõfirmat Dauid, dicens. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Et alibi idem. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi; iustitia, & pax osculatę sunt. Cõcurrunt igitur in iudicio hæc duo, scilicet chocmah filius clemẽt ę; & Binah. vel Geburah iudicium, vel seueritas, aut iustitia,

Spi-

Spiritus ſanctus, quia pater cheter mera cle mẽtia neminem iudicat, vt ait Chriſtus Iohanni. Ratio eſt, quia eſt pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. &, ſi ipſe iudicaret, omnibus parceret. Sed iudicium ſuum dedit filio, qui eſt in Tipheret, qui de extremis participat.ſ.de Gedulah, & Geburah. Iudicat igitur filius; nam ibi concurrit aqua clementiæ iudicat Spiritus ſanctus, ibi namque eſt ignis iuſtitię. Et, ſi quis inſtaret, quod etiam pater iudicat, quia (ſecundum Auguſtinum) opera trinitatis ſunt indiuiſa. Dicendum eſt, quod Augu. authoritas non eſt admittenda; vbi Chriſti authoritas contradicit. &, ſaluando Auguſtinum, dicendum eſt, quod pater concurrit, committendo tale iudicium filio, & ſpiritui ſancto. Oracula clara habentur, quòd Chriſtus ſit omnes iudicaturus. Nam Iſaias poſtquã de virga & flore radicis Ieſſe, deq; ſeptiformi ſpiritu, ſuper ipſum quieſcente, locutus eſt, ſubinfert. Iudicabit ĩ iuſtitia pauperes; & arguet in ęquitate, & alibi. Et omnẽ linguam contradicentem tibi iudicabis. Et Dauid poſtquàm de ſalutari, quod notũ fecit Dominus locutus eſt, ſubinfert. Quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos tuos in æquitate. Et poſtquàm de filio à dextris patris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſedente; & qui de torrente in via bibit, decantauit, intercinuit. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Angelorum videlicet cadentium, cõquaſſabit capita in terra multorum. Vnde exaltabit caput. Et ab Ezechiele dicitur. Ecce ego iudico inter pecus & pecus Arietum & hircorum. Quod adſtipulatur dicto Euãgelii. Et ſtatuet oues a dextris; hædos autem à ſiniſtris. Locandi in dextera dicuntur Agni vel Oues. Quia (vt origenes ſentit) ouis eſt animal mãſuetum, nulli nocuum, ſemper beneficum. Quod opus beneficum poteſtatur ſummus iudex ſe diſcuſſurum & remuneraturum, dicẽs. Dediſtis mihi cibum, potum, veſtimentum, & huiuſmodi, quę a Mathæo recenſentur. Hinc, neſcio quo ſpiritu ductus Plato id ſemper pſuadebat, epiſtolis ſuis huiuſmodi titulum præponens. Benefacere omnibus, nemini autem nocere, hortamur. Ouis etiam eſt animal pium. Hinc pii & miſericordes pietate a Deo in dextera conſecuturi, a tribunali pietatis, quod eſt in dextera Dei, oues dicti ſunt. Collocandi verò in ſiniſtra, & maledictionẽ ſuſcepturi dicuntur hædi, quia hędus eſt animæ laſciuum, petulans, & ad libidinẽ procliue: & animal demomacum. Hinc prouectæ ætatis dicitur Hircus, Hebraicè autẽ, & in lingua myſterioſa dicitur ſehir שעיר

vocabulum quidem commune cum Diabolo, & cum loco, in habitationē, Hesau odio à Deo habito dato. Moses.n. & Malachias dicunt, quòd habitatio Hesau fuit in monte sehir. Hędus etiam siue hircus, significat partem illam animalem, vbi residet fomes peccati. Hinc antiquitus in sacrificiū, vel expiationem peccati, hædus vel hircus offerebatur. Nos autem (vt Paulus hortatur) ipsammet partem per Hædum significatam offerre Deo debemus. Obsecro (inquit) vos per misericordiam Dei: vt exhibeatis corpora uestra hostiam viuentem, sanctam; Deoq; placentem. Et omnes benedicentur à patre, dicente Christo. Venite benedicti patris mei. Et hoc vt indicetur, quis sit primus omnium benedictionum fons. Ipse enim est pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Et hirci siue hędi maledicentur. Vera enim benedictio & maledictio non consistit in verbis, sed in effectibus. Hinc suscepturi præmium benedicentur; damnandi vero maledicentur. Iccirco scriptum est. Maledictus qui pendet in ligno. nam, qui suspendebantur, damnabantur, supplicium reportaturi. Propterea Paulus dixit. Christus factus est pro nobis maledictum. Quorum verborum sensus est, quòd Christus suscepit in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſe ſententiam & ſupplicium mortis, vt à ſen tentia illa, & pœna peccato debita liberaremur. Hinc Paulus præmittit. Chriſtus nos redemit a maledicto legis. Maledictio igitur damnatorum eſt in effectu, quia igne cruciabuntur, qui Diabolo & Angelis eius præparatus eſt: vt in euangelio dicitur. Et hic ignis, eſt illa lux, quæ dilatata in ampliſſimo loco ſupramundano beatos lætificat: coarctata autem in centro illo inferni obſcu ratur, comburit, & cruciat (ſecundum pythagoram) ſicut enim radius ſolis in conca uum ſpeculum directus inflammat, & ignẽ accendit appoſito combuſtibili: ſic & hi mi ſeri adhærentes terræ & concauo ipſius, per affectum nimium terrenorum, & voluptatis, quæ ex carne terrea eſt, ſe oppoſuerunt luci illi reuerberanti ex concauo & centro illo terræ infimo, quod adeo denominatur infernus, id eſt, inferior locus. Et ſic ipſimet accendunt in ſe ignem illum. vt Origenes ait. Quod didicerat ab Iſaia dicente. Ambu late in lumine ignis veſtri, & inflãmis, quas ſuccendiſtis. Et quamuis anima ſit ſpiritus, torquebitur tamen ab illo igne corporeo, tanquam ab inſtrumento diuinę iuſtitiæ. ſicut ſenſit Gregorius. Et vt obiectum triſtabile: ad cuius præſentiam animæ detinebãtur vi & ab inimico ipſarum Deo, vnde dolor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

lor & ĩdignatio inſurgit, ſicut nõnulli Theo logi dicunt. Et ſecundum platonicos, quia anima nunquàm erit abſque ſuo vehiculo, ideſt, corpore cæleſti, quo mediante mouetur de loco ad locum, audit, videt, & ſentit delectationem ex obiecto delectabili: triſtitiam vero ex obiecto triſtabili: alia ratio huius poteſt aſsignari, quæ dicitur immutatio. Nam poſitũ eſt bellum inter carnẽ & ſpiritum, quorũ alter concupiſcit aduerſus alterum: hac tamen lege, ꝙ is, qui vicerit, det proprietates ſuas victo. Si.n.vicerit ſpiritus dabit corpori immortalitatem, & incorruptibilitatem: vt ait Apoſtolus. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: & corruptibile hoc induerit incorruptionem. Et tandem ſpiritus dabit corpori omnes proprietates ſuas: ſicut ipſe apoſtolus, Paulo ſuperius innuit Surget (inquit) corpus ſpirituale gaudens videlicet ſubtilitate, leuitate, claritate, & hmõi. Quas proprietates Theologi vocant dotes corporis glorificati. E cõuerſo autẽ ſi pręualuerit caro, dabit ſuas malas ꝓprietates ſpiritui; grauitatẽ videlicet, vt deſcendat ad infernas partes: obſcuritatem qa in tenebris erit: & paſsibilitatem, quia ab igne patietur corporeo. Etiã æſtuabũt virtute illius lucis, quæ in cœlo dilatata lætificat, & in inferno coarctata cruciat, vt modo,

de pythagoræorum mēte diximus. Quæ lux est Christus illuminans omnia, cū sit sol iustitiæ seueræ contra improbos, qui succenduntur in ola (secundū Ieremiam) quæ est caldarium inferni, igne perpetuo succēsum pro iis qui non susceperunt virgam vigilantem Christū videlicet. succensum autē dicitur ab Aquilone, vnde aurū & ignis venit; & vnde legis transgressio, quæ peccatū est, & inde malum iustitię punitiuę. vnde idem propheta. Ait Dñs, Ego (pater) adducā malum (filium iudicantē) ab Aquilone. Ideo bene dicit conclusio. Per mysterium partis septentrionalis siue Aquilonaris; scitur cur Deus Mesias iudicabit seculū per ignem, mixtum tū cum aqua, quia a Geburah assotiata cum Gedulah talem suscipiet influxū, cū habitet in Tipheret domo media in Archetypo. Et sic patet conclusio.

P.M. Scitur in cabala apertissimè, cur Dei filius cū aqua baptismi venerit, & Spiritus sanctus cum igne.

F.A. In archetypo mundo, in dextera parte dimensiones locantur, in clementiam tendentes, vt chocmah gedulah, &c. in sinistra locantur, quę iudicium pretendunt; & sunt boinah geburah. Et si Dei filius vtroq; gaudeat latere; cōtinet enim. Christus sephir ot

om=

omnium influxus ſicut ſupra patuit; & Eſa.
iam prædixerat, dicens. Mulieres ſeptem
ideſt, dimenſiones ſeptem inferiores, acci-
pient virum vnum, ideſt, Chriſtum Meſsiã.
Et idem alibi. Requieſcet ſuper eũ ſpiritus
ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus fortitudi-
nis, ideſt, iuſtitiæ; fortitudo enim ſecundo
iudicium, & ignis idem ſunt: nam Chriſtus
eſt quoddam totum: locus tamen ei appro
priatus eſt chocmah, miſericordiæ locus, &
clementię. hoc probat Rab. Simeon ſuper
illud Prouer.ibi. Iuſtus primus in lite ſua,
venit amicus eius, & inueſtigauit eum. ſen-
ſus eſt. Quando veniet Deus ſanctus, & be-
nedictus, ad iudicandum orbem in die iudi
cii, totus mundus expaueſcet & timebit diẽ
illum terribilem: dicentq;. O Dauid Rex
noſter ora Deum pro nobis, quoniam ex te
proceſsit Meſsias, qui reſpondit eis. Propter
hoc, qđ dicitis, nõ ſufficio: nam ex me multi
reges prodierunt, qui in multis Deũ offen-
derunt: præterea ego ſum infenſus Deo pro
pter peccatũ Berſabeæ, & vriæ. Tunc acce-
dent ad Moſen, dicentq;. O Moſes magiſter
noſter, tu, qui nobis legẽ dediſti, fuiſtiq; fi-
delis ĩ tota domo Dei, ora Deũ ꝓ nobis. Re
ſpondit eis. Nõ ſufficio qñquidẽ rogaui, vt
fineret me in terrã ꝓmiſsionis ĩtroire; & ora
tio mea nõ fuit exaudita, ita nec pro vobis

potero exaudiri. Illi verò ad Iahacob ſe conferent, dicentes. O Iahacob pater noſter, tu qui duodecim Iſraelis tribus genuiſti, rogato Deum pro nobis reſpõdebit: quia non ualeo: duas. enim ſorores duxi vxores, vtraque viuente. Accedent poſtea ad Iſahac, rogantes. O Iſahac pater noſter, tu, qui amore Dei immolatus fuiſti, ora pro nobis. Ipſe verò reſpondebit: non ſufficio: quoniam ex me natus eſt Edom, qui fuit idolatra: & templum Dei deſtruxit. Abrahamũ tandem adibunt, dicentes. Tu, qui voluiſti filium tuum imolare pro Dei Amore, ora Deum pro nobis. Ipſe itidem reſpõdebit. Non ſufficio: eô quod Iſmaelem genuerim. Vltimo venient omnes ad primum hominem Meſſiam, dicentes optime homo tu, qui manu Dei creatus es: & a peccato immunis exiſtis, pro nobis præcare Deum: quia nos non ſufficimus. Tunc primus homo Meſsias rogabit Deum pro eis Deus autem bonos iudicabit, & iuſtos ob eorum bonas, mediocreſque operationes ac propter prçces Meſsiæ: malos autem æternæ perditioni condemnabit. Hæc ille. Vnde Talmudiſtç dicunt. nolite timere à iudicio: iudex enim amicus noſter eſt. ſic futurum eſt, ut Iſrael ſtet in iudicio coram Deo ſancto, & benedicto. quibus formidantibus an-

angelis, miniſtri dicent, ne timeatis a iudicio: iudex enim ciuis ueſter eſt, vt dictum eſt Eſaiæ cap. 45. Ipſe ſædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem ſoluet: nonne cognoſcitis ipſum propinquus enim vel conſanguineus veſter eſt, vt dictũ eſt in Pſal. 148. Flii Iſrael, populo propinquo, vel conſanguineo ſuo: eamobrem dixit Solomon in perſona eccleſiæ, cant. 8. quis dabit te, vt fratrem mihi? non talem qualis fuit Cain fratri ſuo Abeli: neq; : vt Iſmael fuit fratri ſuo Iſahaco: neq; : vt Eſau fratri ſuo Iahacob. neq; :vt fratres Ioſeph. ipſi Ioſeph ſed ſicut ſugens fuit vbera matri ſuæ: hoc eſt, qualis fuit Ioſeph fratri ſuo Beniamin: quẽ dilexit, vt cor ſuum. Hæc omnia traditio, quare concluditur, quod Chriſtus venit in aqua clementiæ: nam (ut Iohannes ait) miſericordia, & gratia per Ieſum Chriſtum facta eſt, Aqua mundans nos, quam promiſit Deus per Ezechielem, non eſt illa quæ infunditur ſupra caput illorum, qui baptizantur. nam illa aqua è cœlo non eſt allata: vt oraculũ perhibet: nec enim elemento illi exiſtimo, ad rerum corporalium ablutionem ordinato, virturem ad mundandã animam ineſſe: ſed potius reor, ipſam aquam in ſignũ veræ aquę & ſalutaris fuiſſe datã. Aqua igitur purgans peccata, eſt aqua ſapientiæ,
quæ

quæ Dei filius est: qui tulit, lauit, & expurgauit peccata mundi. Est nempe Christus aqua supramundana, qui lauit discipulos suos sermone suo: sicut ipse fatetur, dicens: Vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. nam verbum vel sermo Dei est sapientia illa, quæ aqua sapientiæ salutaris dicitur. Quę quidem aqua, non tantum potat, sed generat (iuxta illud Iacobi. Genuit nos verbo veritatis, & illustrat: vt propheta canit. Lucerna pedibus meis, verbum tuum, & lumem semitis meis. Et iterum. Declaratio sermonum tuorum illuminat. & intellectum dat paruulis. Illuminādo autem expellit tenebras ignorantiæ & peccati: & inde lauat & mundat proptietate quadam aquea: qua viget sermo & sapientia Dei. Et vt ostenderet se aquam ante suam passionem uoluit lauare pedes discidulorum. Et hoc fecit ut discipuli accederēt digni ac mundi ad sacramentum, quod instituere intendebat: ne eis contingeret illud Apostoli. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Hinc de Iuda, qui non erat lotus (ut Christus innuit, dicens. Vos mundi estis; sed non omnes scriptum est. & post buccellam introiuit in eum satanas: vnde per pedes, intelliguntur affectus, quos mun-

dos

dos habere debent ii, qui sacramentũ hoc suscipere uolunt. Vnde docemur, quod, qui diuina pertractare cupiunt, nedum exterius, sed interius, mũdi esse debent. Et in signum huius iustificationis, vult Christus, quod in faciem ecclesiæ habeamus aquam, quia Christus, qui est aqua suprema ac diuina lauans animas nostras, vult quod per aquæ elementum, cum aqua suprema symbolum habens, videamur iustificati corã iis, qui secundum sensum tantũmodo iudicãt. Et, ne credamus, quod aqua elementari purgetur & renouetur anima, Spiritum sanctũ addit, dicens. Nisi quis renatus fuerit denuo ex aqua & Spiritu sancto, nõ intrabit in regnum Dei. Nec.n. Spiritussanctus cõgeneus est ipsi aquæ elemẽtari, vt simul debeant copulari. Nec aqua corporea lauat sordes animæ. Lauamur itaque renouamur ac regeneramur secundum spiritum in Christo Iesu homine cælesti & spirituali, q̃ est vera aqua archetypa. In cuius rei signum aquã corporeã suscipimus. sicut.n. aqua materialis est principiũ genituræ naturalis vnius cuiusq; animæ (sicut scriptum est. Producant aquæ scrpituram animæ viuentis) sic & per aquã Christus voluit nos regenerare. Quæ quidem aqua non est hæc elementaris, sed ea, quæ supra cælum est (vt dixi) Christus igi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tur eſt velut mare, qui nouiſsimis tempori-
bus repletus fuit aqua illa diuina, & ſuper-
cæleſti, vt pelagus effectus ſua plenitudine
irrigaret vniuerſos. Quam aquam tam libē-
ti animo propinat, vt publice in templo cla
met, & dicat. Si quis ſitit, veniat ad me, &
bibat. Et iſtæ aquæ, nunquàm deficient, ſed
erunt hyeme & æſtate ſemper refocillantes
animas. Et tunc erit Dominus vnus Rex ſu-
per vniuerſam terram (vt inquit Zacharias)
non quidem quòd ad tempus nouum, ade-
ptus ſit regnum, quia iam effectus eſt Rex
regum, & Dominus dominantium: ſed qa
habebunt eum in Dominum omnes quos
permiſit per tempus vagari ſuo arbitrio.
Vel erit Dominus omnium, quia ceſſabunt
dominia & principatus aliorum, eo quod
ſuum ſortietur effectum, aut in ſecundo ſuo
aduentu, vt ſentit Hieronymus, aut quando
id ille decreuerit, cui ſoli hæc dies cognita
eſt: quandoquidem noſtrum non eſt ſcire
tempora, vel momenta, quæ (vt Chriſtus di
ſcipulos ab huiuſmodi inquiſitione reuo-
cans aperte reſerauit) pater poſuit in ſua po
teſtate. Scitur ergo in cabala, cur Dei filius
cū aqua baptiſmi venerit. Spiritus vero ſan-
ctus miſus fuit à Chriſto in Apoſtolos: nam
eius eſt mittere perſonam diuinam: cuius
eſt & producere. Chriſtus autem miſit Spi-
ritum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ritum ſanctum, vt habetur in Iohanne. Niſi ego abiero, paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam vobis eum. Miſſus autem fuit in linguis igneis: tanquàm arcanorum Dei interpres. Iuxta illud. Ille ſuggeret vobis omnia, & docebit vos omnia: &, vt inflammaret corda non tantũ eorum, in quos deſcendebat, ſed eorum qui audituri erant eorum verba, quos ipſe edocuerat: ideo in ignis ſpecie miſſus fuit: vt Lucas narrat. vnde tot millia militum Chriſti ſuccenſi ab iſto igne, relinquent) patres & matres, ſorores & fratres, vxores & filios, & omnia pariter bona ſua, & vltimate ſeipſos: ſecuti ſunt illum vſque ad mortem. De hoc igne Spiritus ſancti loquens Ieremias dicit. De excelſo miſit ignem in oſsibus meis, & erudiuit me: hic ignis fuit ille, de quo dicitur in Iohãne. Ille ſuggeret vobis omnia, & docebit vos omnia. Nã & hic miſſus fuit ad tollendam ignorantiam, in quam incurrerunt primi parentes, volentes magis ſcire quàm decebat, & præſumentes ſibi vendicare illud ſcire, quod ad Dei filium ſpectabat. Sordes enim quibus infecti fuere parentes, & inde tota poſteritas, fuerunt ignorãtia & macula. Idèoq; non tantum expurgari debuit humanum genus à macula per aquam filium: ſed etiam illuſtrarì diuina lu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cē, quæ omnes illuminat: & ille igne, qui erudiuit nos. Et hic ignis a conſpectu Dei, nunquam ceſſare debet: vt in Leuitico iubetur, & eſt ignis deuotionis & charitatis & luminis. Et iſte ignis diuini luminis ſemper ardere debet: & potiſsimè in ſacerdotibus, qui ſemper parati eſſe debēt, docere & illuminare plebem. Hinc dicitur ĩ textu, quòd ignis hic adminiſtrādus eſt à ſacerdote, qui ipſum nutrire debet ſubiiciens ligna mane per ſingulos dies: ſic de charitate dicēdum eſt. Congruè igitur venit ſeu miſſus eſt Spiritus ſanctus in igne poſt Chriſtum aqueū: nam ſatis nō fuit nobis, ablui a Chriſto, niſi poſt modum eidem tanquā membra capite vniti fuiſſemus. Quod factum creditur per virtutē Spiritus ſancti: cabaliſticè ſic patet. Hebræi.n.vocant ſpiritum, ruach רוח, In qua dictione ſunt tres literæ, vna eſt vau ו, quæ diuinitatis eſt litera, numerum ſenariū importans, ſecundum quem ipſe Spiritus ſummus omnium artifex primo incubans ſuper fœcundis aquis diſpoſuit (vt conueniens erat) totam hanc machinam mundi. Trinum enim eſt rerū principium, in opus egrediens, ornans, & confouens: & quodlibet illorum per intermediū ſpiritum: ex quibus ſenarius reſultat in maxima vnitate. Hinc dixere ſecretiores Theologi, literam di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

diuinitatis, quæ est iod, י, significans principium & finem, cum sit finis numerorũ, & principium denariorum, habere sex spinulas, quoniam in ea ratione, qua principium est ipse Deus significatus per literam illam, ternarius est: a quo, in quo, & per quem omnia. in ea autem ratione qua director, confouens, & reducens est, alio ternario, spiritali videlicet gaudet. nõ quia tres sint spiritus Dei, sed qa triplex est eius operatio, secundum quam Regius vates in psalmos nuncupat cum spiritũ principalẽ, spiritum rectum, & Spiritum sanctum. Est etiam alia litera vitæ, quæ est chet ח, nã vita dicitur chai חי. Tertia est res, ר, quæ binos centenarios, & materiam, aut corporeitatẽ quandam significat Binarius. n. materiam importat: hinc (teste Hieronymus) semper infaustus, nisi cum alio numero coniunctus fælicitetur: nam materiale cũ vita & diuinitate associatũ fœlix est: Ducenti.n. per res, ר, importati: illi sunt de quibus in canticis agitur. vbi postquam, aleph א, & vnum, & mille attributa sunt diuinitati, subinfertur. Et ducenti his, qui custodiunt fructus eius. Custodes enim positi sumus in vinea domini cum binaria corporeitate. Vbi si custodierimus fructifera domini præcepta, tandẽ inueniemur cum ipso aleph א, præparato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

omni homini vere pacifico, & illi qui habet pacem in seipso. Spiritus igitur quidam nexus est, ligans, & nectens duo extrema simul: ipsa viuificans, & corroborãs, pro conditione spiritus vnientis. Hinc sapit naturam duorum extremorum, quæ vniuntur, & sui ipsius medii connectentis, vt innuitur per literas nominis ipsius iam declaratas. Viuificat enim cum in se vitam contineat: vnde dicitur aliquando, spiritus vitæ. Corroborat vero dans operandi vim, iuxta illud Apostoli. Corroborari per spiritum eius Et de sansone legitur in libro Iudicũ. Irruit spiritus Domini in sanson, & lacerauit leonem. Et quodcunque robur in viuẽte procedit a spiritu vitæ, qui est in eo. Missus igitur fuit Spiritus sanctus in igne, accendendo corda, eaq; desiccando, vt a madefactione facta per Christum. Et sic patet conclusio.

P.M. Per eclipsationem solis, quæ accidit in morte Christi, sciri potest. Secundum fundamentum cabalæ, quod tunc passus est filius Dei & verus Messias.

F.A. Quælibet natio (vt supra patuit) duos habet planetas fauorabiles, sicut Iudaica natio,

tio, vel secta saturnum habet : quamobrem ipsi sabbatizāt : & lunam: quare in festorum celebratione, cursus lunares aduertebant. Christianorū autem secta solem, & Mercurium posſidet: de sole loquens Isidorus, dicit. Sol dicitur quasi solus lucens: eo ꝙ sit fons totius luminis, cuius radiatione superiora & inferiora illustrantur. Hic planeta secundum Misalath: est ex se fortunatus: sed aliquando per cōiunctionem fit malus: masculinus, diurnus, calidus, & siccus. Sol.n. omnia viuificat: & rebus omnibus vitam, speciem, formamq; administrat. Nam (vt idem inquit) sol omnibus cœli luminaribus maior est in quantitate, & indignitate, & ī claritate: quia magis calcati & pressi luminis est. Maior est in potestate, & effectuum multiplicitate. Item in motus vniformitate: semper enim mouetur directo motu in circulo suo sub zodiaco: medium semper locum tenens: vniformis in motu semper est, quamuis respectu aliorum, moueri dissimiliter aliquando videatur. Circulus quoque solis, sicut & zodiacus: distinguitur per duodecim spatia siue signa. Et quando sol recedit ab vno puncto circuli sui: & reuertitur in eundem, transit per duodecim signa: & iste transitus: circulus anni vocatur. Sol motu suo ordinato, &

 imper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

imperturbato cursu : ordinat & perficit vniuersa : vnde Ambrosius in Examerou : sic nobis describit virtutes ipsius solis, dicens. Sol est oculus mundi : iucunditas diei, pulchritudo cæli, mensura temporum : virtus & vigor omnium nascentium. Dominus planetarum : decor & perfectio omnium stellarum Dicitur etiam splendor Olimpi, quia (vt ait Macrobius) Diffinitio fuit Platonis:omnium lumen esse a sole. Dicit.n. ipse in Thymeo. Deus ingeniauit rerũ conditor : lucem clarissimam, quam solem vocamus : cuius splendore cœlum, & inferiora omnia illustrantur, vt numerus existeret omnium animantium. Aristoteles in libro de elementis, dicit. Sol habet lumen proprium, stellæ verò etiam luna lumen á sole acquisitum, sicut speculum a lucerna sibi in oppositum illuminatur. Dionysius quoque in libro de diuinis nominibus. cap. 5. de his mirabilibus solis sic inquit, sensibilium essentias, & qualitates multas quidem & discretas ipse sol vnus existens, & vniformis : & illuminans lux releuat, nutrit, custodit, perficit, & discernit : vnit & refouet, fœcunda facit auget, mutat, collocat, plantat, renouat, & viuificat omnia. Simplicitatem habet in substantia sua, non ex contrariis sicut elementa. Ideo

habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

habet ad motum abilitatem ſummam habet actualitatem, & virtutem. Continuum eſt in lumine, quamuis eius lumen, uel per lunæ, vel per terræ interpoſitionem: nobis aliquando aufferri videatur. Virtutem habet renouatiuam, quia poros terræ aperit, & virtutem latentem in radicibus ad actum perducit, & terræ ſuperficiem, herbis frondibus, & floribus, renouat, & reueſtit: antiquata annis ſingulis, vigore & pulchritudine renouatur terra. Virtutem habet nutritiuam: quia ad interiora radicum & ſeminum: ſolaris radius ſubintrans, calore ſuo humiditatem terræ diſſoluit, & vi ſua attractiua, quod ſemini & radici eſt ſimile de illa attrahit, & illud in nutrimentum terræ naſcentium conuertit. Virtutem habet conſeruatiuam, concilian-tur enim elementa per ſolis influentiam in propriis qualitatibus contraria (vt dicit Alexander) virtutem habet perfectiuam, perficit nanq; opus à natura inceptum. Vir tutem diſcretiuam habet, nam colores & figuræ, per lumen ſolis diſcernũtur. vnit & conciliat planetas in ſuis effectibus. Sol ſecundũ Macrobiũ, medius eſt inter plane tas. quia ad armoniã cęleſtem perficiendã, hoc facit ſol in ſuo circulo, ꝙ facit media cordula in muſico inſtrumento. ſecundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

materiã in qua, in quam operatur, nunc aggregat, nunc dissoluit. uim generãdi cõfert inferioribus conseruat, & in sua absẽtia deficiũt, vt primum de floribus in sero cadentibus. Distinguit tẽpora & mutat, & ordinat: quia descendens per signa australia, efficit dies breuiores. Ascendẽs vero per signa septentrionalia, efficit longiores. Quatuor equis ferri fingitur: quorũ primus dicitur Eritheus, id est, rubẽs. secundus Aristheus, hoc est splendens. Tertius lãpas, videlicet ardẽs. Quartus philogesis, id est amans terram, ut dicit Beda. Solis constellatione homines pulchros & agiles fiunt. vnde dicitur phæbus, id est, pulcher consumit uaporem & aerem pestilentem. Habet virtutem calefactiuam, inflammatiuam, & vritiuam, & hoc ex motu radiorum. Attrahit à mari fumos & vapores ex forti impressione caloris radiorum. Dicit Ptolomeus, sub sole est leo & est dominus eius, & regnat in libra. Et sub ipso continetur species, lucrum, hæreditas, color eius albus & rubeus. Estq; ueridicus. Et complet cursum suum diebus trecentis, & sexaginta quinq; in eius aspectu, decipitur visus noster, quia maior existit quam apareat nobis. Non videtur præ nimia eius claritate. Hunc per se moueri: non cum mundo dicit Isidorus. Oriens, facit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cit diem, occidens noctem inducit. Quomodo autem hæc omnia conueniant soli Archetypo Christo primum. nam ipse dictus est sol, quia solus lucet, nam per se beatus. Et est fons totius luminis cuius radiatione superiora, angeli videlicet, & inferiora, id est, homines illustrantur suo defluxu. Est nanque maior omnibus luminaribus, id est, sanctis, in quantitate, dignitate, & claritate: de plenitudine eius omnes accipiũt, vt ait Iohannes. Est vniformis semper in suo motu directo, in circulo suæ clementiæ & bonitatis: nam semper est beneficus. Suum circulum, id est, nomen suum Tetrag יהוה distrinxit in duodecim auadot, seu reuolutiones: quarum vnaquæq; fauorem p̄stitit cuilibet duodecim apostolorũ, cuius fauore duodecim partes mundi conuenire fecerunt ad fidem. suo motu & influxu totum dirigit mundum. Est oculus mũdi cuncta prospiciens, iocũditas bonorum, pulchritudo vniuersi a quo omnia dicũtur pulchra: quę pulchra sunt: Est metrum & mensura omnis perfectionis, virtus omnium nascentium, Dominus planetarum . tantum enim influit quantum ipse præcipit: decor & perfectio omnium stellarum, id est, sanctorum: recipiunt enim omnes sancti lumen gratiarũ a Christo sole. Habet nanq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

lumen proprium, cæteri autem ab ipſo. Eſt nempe vnus exiſtens, & vniformis, immotus in ſupermanens, lux vera cuncta illuminans cunctos releuat, nuerit cuſtodit, perfecit & diſcernit electos ab aliis vnit ad ſe diſperſos propter peccatum: refouet debiles in via Dei fœcũdat, facit omnia ſibi adhærentia in bonis operibus perſeuerare; ideo auget perſeuerantiam præſtãdo mutat corda praua in bona, de lapidibus ſuſcitans, Abrahæ ſemen collocant á dextris bonos, & à ſiniſtris malos: nouas plantas quotidie plantat infideles conuertendo ad fidem & peccatores ad pęnitentiam, infideles renouat per baptiſmum, & viuificat per gratiam. Eſt ſimplex in eſſentia, ſine virili ſemine conceptus, non habens qualitates contrarias peccatorum. In ſuo lumine: ſeu influxuum communicatione nunquám deficit. Quamuis propter lunam, ſeu inſtabilitatem noſtram, & propter affectionem noſtram ad terrena aliquando auferri uideatur. Renouat homines terrenis addictos, aperiendo illorũ puros cordis, perducens virtutẽ liberi arbitrii latentẽ & quaſi in peccatis ſopitã ad actũ boni operis. Et tunc renouat homines tales terrenos floribus bonarũ inſpirationũ floribus bonorũ verborum, & fructibus bonorũ operum: reueſtit,

nutrit

nutrit corda noſtra gratia ſua, ſubintrās radius iſtius ſolis, calore ſuæ gratię diſſoluit humiditatē affectionum terrenorū, in cęleſtia deſideria cōmutans perficit opus á libero noſtro arbitrio inceptū: lumine leges eius diſcernuntur bona à malis. Vnit nos Deo & Angelis, vniuerſa pacificans per ſanguinem eius. Eſt nempe medius inter nos & Deū: aggregat bonos Deo, & diſſoluit malos á conſortio bonorū in inferno. Confert vim generatiuam in baptiſmo in quo renaſcimur: & ſanctificare non poſſumus in bonis operibus abſq; radiis ſolis huius, ſicut ipſemet teſtatur dicens: ſine me nihil poteſtis facere: p eius radios diuinos effecti ſunt fortes ipſi martires, confeſſores &c. in via Dei. Quando lucet in nobis per gratiā, tūc diem facit & in bonis operibus præſtamus: occidente a nobis, decidunt folia flores & fructus bonorum operū. Et fertur ſol iſte à quatuor equis, hoc eſt: eius nomen quatuor conſtat literis tetrag. יהוה, quarum virtute, rubet in nobis per feruorem, ſplendet, per fidē, ardet per charitatem. Et amat nos per eius pręſentia pulchri efficimur per innocentiā & in operādo agiles quapropter phœbus (id eſt pulcher) nominatur. Cū ſit calidus, quinimo ipſe calor amoris, calefacit, inflāmat, & vrit, & hoc fit motu radiorū di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

diuinorum. Attrahit enim à mari mundi huius fumos & uapores, id est, homines superbos & auaros, illos resolues in lachrymarum pluuias. Et nihil viuere valet, tam vita corporoli quam spirituali, absq; huiusmodi radiis diuinis. Sub isto sole est leo de tribu Iehuda. Et est domus eius, quæ in Archetypo dicitur Tipheret. Et regnat in libra, quæ iustitia librat æqualiter omnia, & maxime, hoc fiet in iudicio finali. Et sub huius vexillo solis est lucrum meritorum, & uitæ æternę hæreditas. Disponit. nos ad animationem spiritualem per gratiam præuenientem, & tanti est luminis: quod in eius aspectu, visus decipitur noster. Mouitur. n. per seipsum tanquam indepondens, non cum mūdo, sunt. n. oppositorum effectuū. Elongat se a nobis per gratiæ sustractionē: hyemē facit: per gratiæ carentiam. Accedēs propius per fauorem, estate reddit puræ conscientiæ. Etiam sicut solis theorica inter cæteras & facillima: ideo facile discitur: ipsaq; scita, cæterę facile adiscuntur. Secundo motus omnium planetarum regulantu- ab sole. nam deferentes augem lunæ, moueatur per distantiam, & propinquitatem ad solem. tres item superiores ab sole regulantur, quo ad motū epicicli. Venus habet motum medium, cum medio solis motu: item

item & augem cum auge ſolis. Mercurius quoq; ſimul habet medium motum cum medio ſolis motu: ideo in tabulari operatione nullius planetæ motus, uel verus locus inueniri poteſt, niſi prius habeatur medius ſolis motus. Tertio ſol inter cætera aſtra, non tantum planetas, verum etiam fixa, eſt excellentiſsimus. plus enim ipſe agit in hæc inferiora, quam quodcunq; aliud aſtrum, non tantum influẽtia, verum ſenſibiliter motu & lumine, in aere calefaciẽdo per acceſſum & frigefaciendo per receſſum: in tẽpore ipſo diſtinguendo: per motũ in zodaico cauſat annum: per motum in quatuor quartas, cauſat quatuor anni tẽpora: quæ ſunt ver, æſtas, autumnus, & hiems. In duodecim ſignis, diuidit annum in duodecim menſes. Per motum diurnũ cauſat diẽ naturalem, per motum ſupra horizontem, diem cauſat artificialem, &c. ſic Chriſto Meſsięhæ omnes proprietates conueniunt: idcirco, ſicut ſol rex eſt omnium planetarum, in ipſorum medio exiſtens, lineam eclipticam perambulans, nnnquam ab illa deuians: quæ á chaldæis dicitur linea regalis: quare ſol in ea ſemper exiſtens, dicitur rex: à ſimili Chriſtus eſt rex regũ, & dominus dominantium, vt teſtatur Iohannes, & Paulus. quẽ conſtituit hæredem uniuerſo-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

rum&c. Et est in Ecliptica æternitatis& personarum diuinarum media, locum mediũ inter superiores planetas posſidens: qui est locus solis supra mũdani in Archetypo, teste psalmus. In sole posuit tabernaculum suum, non in sole hoc visibili: qui in medio planetarum locum tenet: sed in illo supramũdano sole, cuius iste visibilis typum gerit: qui in medio cælorum supramundanorum positus, omnia illustrat. Hinc Iohannes ait, ciuitas illa superna videlicet, non eget sole neq; luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminat illam: & lucerna eius scilicet præcipua, est agnus. nec discrepat Isaias. Et idem est dicere. posuit tabernaculum suum in sole, quod est. Et regnabit in domo Iahacob in æternum, vt sapientes norunt. Et si Christus sit sol tamen adhuc dicitur habere tabernaculum suum in sole. Quia sicut Deus est lux, & tamen vt Apostolis ait. habitat lucem inaccesſibilem. Habitatio enim Dei, & ipse Deus idẽ sunt, cum nihil creatum posſit illum capere, fuit igitur verus sol, nedum replens omnia lumine, sed erigens Ecclesiam indeficientem: Sicut sol, ad cuius aduentum cesſit synagogæ luna. nec obstat quod ecclesia non fuerit a principio illuminata ab isto sole ad modum solis totum mundum illumi-

minantis. Videmus enim ſolem, unicam mundi totius lampadem, omnem mundi partem illuſtrare: non tamen ſimul & ſemel, ſed modo regionem orientalem, modo occidentalem, modo Meridionalem, modo Aquilonarem. Vnde ſapiens ait. Generatio præterit, & generatio aduenit. Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibiq; renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Pari modo facit verus ſol iuſtitiæ Chriſtus, qui omnes homines illuminat, diuerſis tamen & congruis temporibus. Vnde idem ſapiens proſequitur, dicens. Luſtrans vniuerſa, in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Et ſophonię quarto. Orietur ſol iuſtitiæ timentibus nomen tuum. Et Gabriel ad Mariam. Regnabit in domo Iahacob in æternum, quæ domus ſolis dicitur: & cabaliſticè dicitur Tipheret, quæ dimenſio eſt regnum, de terrore Iſaac participans, & de benignitate Abrahæ, meditullium temperatum poſſidens. Et vtroque hoc regio inſigni protoplaſtus erat decoratus. hinc adducta dicuntur animalia omnia ad ipſum, veluti ad Dominum: vt eis omnibus accommodata nomina imponeret, quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

eadem uocaret ad libitum. erant.n.ipsi & terrore subiecta, ratione influxus Geburah: & à placida consuetudine attracta, ratione influxus Gedulah. idq; quousque præuaricatus, pristinā dignitatem amisit. Et ex domino miserrimus seruus est effectus. Est igitur Tipheret locus Iahacob, & supramundani solis medium possidens locum inter dimensiones archetypas, qui sol est Messias, quo patiente, sol inferior (cuius lumen a sole supremo pendent, teste Iohanne. Erat lux illuminans &c. Et ipsemet dicens: ego sum lux mundi) pati conuenit, sicut longe ante per Amos nuntiatum fuerat. 8.cap. dicentem. Et erit in die illa, ait dominus Deus: & occidere faciam solem in meridie, & tenebrescere faciam terram in die lucis. ideo obscuratus est sol, tanquam in morte domini sui filii, Dei Messiæ, quia cabalistæ tenent, locum illum Tipheret solem a Messiah filio Dei possideri, qui est Christus, vti supra patuit.

P.M. Qui sciet proprietatem aquilonis in cabala, sciet, cur satan Christo promisit regna mundi, si cadens eum adorasset.

Aqui

F.A. Aquilonaris archetypi proprietas eſt mala, teſte Eſaia. 14. Ponam ſedem meam in aquilone, & ero ſimilis altiſsimo. Hoc dixit, vt ſe illi opponeret, de quo dicitur in Abacuch. Deus ab auſtro veniet. Etiam hoc dixit, quia ab Aquilone omnis caſus & ruina procedit: bene igitur ſatagebat ſedem ponere vlula illa, vt inde facillimè rueret, qđ & euenit & cõprobatum eſt. Vlulam enim & bene interpretatur Hieronymus, & non luciferum. Si quidem ferre lucem non poteſt ille, qui tenebrarum princeps factus eſt. Nec quando præſumebat in Deum, lucifer erat, ſed vlula, ad plantum deputanda inferni ſempiternum. Fuit tamen filius auroræ: vt in veritate litteræ habetur, quia productus ab aurora illius ſupremæ lucis, vitæ, & verbi: in quo facta ſunt omnia. Peccatum igitur iſtius vlulæ ſerpentis fuit, quia inſurrexit contra Chriſtum, vt Iohannes aperte referat, dicens. Et draco ſtetit vt mulieris filium deuoraret amictæ ſole. Demãdatum enim erat (vt inquit Apoſtolus) omnibus angelis, vt adorarent eum iam cõſtitutum hæredem vniuerſorum. Quod recuſans facere Diabolus, & exiſtimans poſſe ſibi honorem illum vendicare, ceruicem erexit in eum inſurgens cum ſatellitibus ſuis. Contra quos Michael militiæ Chriſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

princeps insurrexit, vsque ad eorum expulsionem è cęlo pugnans. Et hæc ruina eius fuit irreparabilis, quia ille ab alio seductus non fuit, sed propria peccauit malitia. Et fuit Diaboli peccatum irremissibile, quia directe lesę maiestatis crimē commisit. Erat etiam in statu sæculi venturi, quod scilicet expectamus, a quo cadens impossibile, vt per pænitentiam releuetur; sicut inquit Apostolus agens cum Hebræis. Et si Adam fuerit in statu innocentiæ in illo seculo, non tamen ita perfectè & expeditè. Iccircoq; casus eius quo ad ipsum fuit irremediabilis, & indiguit redemptore, qui esset plusquàm homo. Quamuis igitur supradicta verba Isaiæ exponantur de Nabuchdonosor, attamē doctores, communi sententia, de Diabolo intelligi volunt, eosq; prosequentes dicimus, quod ab Aquilone est casus (vt dixi) cum inde sit lex, quæ subintrauit vt abundaret delictum, vt Apostolus ait. Non quod Deus delicto oblectetur, sed delicti remedio. Ideo data fuit ipsa lex in igne, tonitruo, & terrore. Et hoc factum est, vt Deus terrorem populo incuteret ad ipsam obseruandam. Et etiam, vt indicaretur, quòd in tribunali iustitiæ & Aquilonari, terrore pleno, lex emanaret præmens populum sub iugo duro, & puniens transgressores. Et

adhuc,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

adhuc, vt denotaretur, quòd lex erat occasio peccati, & pœnę ipsi peccato correspondentis. Quo sensu, Ieremias ait. Ab Aquilone mandetur omne malum: culpæ videlicet & pœnę. Ideo casus. Expressius autem Esaias, ait. Ab Aquilone fumus veniet. Fumus videlicet superbiæ, & peccati. Et non est, qui effugiat ignem eius. Cum Diabolus inde cadens, cadere fecerit protoplastum, & cum eo totam posteritatem. Mali nanque Dæmones cum damno suo procurant mortalium casum, quia tanta inuidia ducuntur, vt non videant, quid faciant, nec sibi bene consulant. Iuxta illud sapientis. Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Et etiam, quia tam mala arbor affecti sunt, vt non possint nisi malos fructus facere: iuxta dictum saluatoris. non potest arbor mala, fructus bonos facere. Vnde in ipsis habet locum illud Ieremiæ. Si potest Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietatem suam: Ita & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Illuc etiam conatus est Christum seducere, quando dixit ei. Si cadens, adoraueris me, dabo tibi omnia regna mundi. nam casus omnis ab Aquilone prouenit, etiam & regnum mundi, & omnis thesaurus. quare non sine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

causa dixit Iob. Ab Aquilone aurum venit, quod quidem aurum est præcipuum thesaurorum. Et Diabolus (vt diximus) horum est Dominus. Nam omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, quorum omnium Diabolus est Dominus. Secundum quæ tria, ipse tria sortitur nomina: in eo enim, quod in carne præualet Hazazel dicitur: in ambitione Asmodai. in diuitiis Mammona: iccirco dicitur canis tricerberus. Et habet virgam tridentem, vt vates decantarunt. vnde Iob. Terra data est in manu impii. Terra multipharie accipitur, sicut & mundus: nam est mundus à Deo conditus, id est, machina hæc cæli & terræ, quam totam ipse Deus implet, & est mundus, qui odit verbum, vt saluator ait. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem odio habuit. Et iterum. Me odit mundus, quia testimonium peribeo de ipso, quòd opera eius mala sunt. Pari ratione, etiam terra, mundi infimum elementum: & hanc Deus implet, & possidet. Est etiam fex quædam terrea, seu terra male possessa, & inculta: & hæc data est in manu impii, idest, Diaboli, cui dictũ fuit. Terram comedes omnibus diebus vitę tuę. Ideo Diabolus dictus est princeps huius mundi

rebellis

rebellis ipsi Deo. Verum est, quôd homo constitutus fuit super omnia opera, manibus Dei fabricata, vt canit propheta. Et constituisti eum super opera manuũ tuarum. Sed cum homo, propter quẽ facta sunt oĩa, & qui prælatus omnibus erat, superatus a Diabolo dominium perdiderit, & ipse cum eis, quæ ipsi subiecta erãt, traditus est in seruitutem & potestatẽ Diaboli; iuxta illud Petri. A quo quis superatus est, eius seruus est. Etiam tiranice sibi mundi imperiũ vendiuauit. Hinc a uero & legitimo principe Christo, tẽpore suo, iure eiectus est, sicut scriptũ est. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Christus in hac pugna præualuit, non a diuinitate suffultus, quia sic nõ fuisset vincentis laus. nam sicut, dormiente homine, anima dimittit ipsum naturales operationes exercere, nec tamen eum derelinquit, nec abit anima illa viuificans (sicut dixi supra). sic diuinitas non recesit. à Christo, sed dimisit eum pugnare, sitire, esurire, & huiusmodi pati: aderat tamen ei gratia diuina qua merebatur, sicut & cæteri homines, qui secuti sunt ipsum, gratia Dei suffulti, meruerunt, quamuis ii lõgissimo interuallo Christum sint secuti. Nec enim Christus secundum diuinitatem (qua beatus erat) sed secundum humanam voluntatem, gratia re-

 pletam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

pletam, meruit: & ita deuicto hoste in primo conflictu, meruit esse caput ecclesiæ & habere principatum, de quo Paulus. Ipse est caput omnis principatus & potestatis. Et hic fuit primus congressus: de quo ipse uictor, dixit. Venit enim princeps mūdi huius,& in me non habet quidquàm, cum videlicet omnimodam victoriam obtinuerit de ipso. Tandem in secundo conflictu, in cruce existens, illum foras emisit, vt ipsemet Christus testatur, dicens: nunc princeps mundi eiicietur foras. auferendo videlicet ab eo cultum omnem, vt amplius non adoretur, vt antea, nec det responsa. Fuit præterea, à Christo deuictus in morte. nam moriēdo, Adā parti sensitiuæ consentiens, mortē incurrit: quem Christus suscitauit, vnde deuicta peccati morte, deuictus etiā ille fuit, qui mortis habebat imperiū. Ideo diuites præcipue reiiciuntur, & qui seruiūt auaritiæ: quia auaritia est idolorum seruitus) vt dicit Paulus) hinc saluator dixit. facilius est camelū per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Quod sub aliis verbis Esaias antea dixerat. Væ qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis! (vt videlicet ditemini) quia (vt subinfert, dilatauit infernus, animam suam, & aperuit os sum, absq;

vllo termino: & illuc descendent fortes, sublimes, & gloriosi. Quia huiusmodi occupant partem proximi. Et etiam, quia respuentes seruitutem Christi, subiiciūtur mammonæ diuitiarum domino. Huic enim subiecti nō possunt habere partem cum Deo, vt summa veritas perhibet, dicens. non potestis seruire Deo & mammonæ Et si Abraham Dauid & alii iusti diuites fuerat, grati tamen Deo fuerunt. quia isti non susceperant diuitias à mammona, indebitê videlicet occupantes, quod proximorum est, sed á Deo vniuersorum domino. posidebant etiam diuitias, & non posidebantur. Iuxta illud prophetæ. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Ideo chananæus adeò fuit in visus Deo, vt Israel uictor esse non potuerit, nisi emisso voto, de ipso penitus delendo. Hinc docemur ꝙ attendentes auaritiæ, denotati per chananæos, q̄ negotiatores interp̄tantur, reiiciūtur à dño. Iuxta illud apostoli, qui volūt diuites fieri incidūt in tentationē, & ī laqueū diaboli, & desideria multa inutilia & nocua: quę mergūt homines in interitum & perditionē. Radix. n. omnium malorum est cupiditas: quam quidem appetentes errauerunt à fide. Istis væ datur. quia primo faciunt contra cōmune præceptū quo dicitur. nō furaberis. secūdo faciūt

contra

contra fundamentũ charitatis. Tertio, quia priuantur regno cælorũ, & igni æterno adducuntur. Quarto, quia etiã in vita priuãtur bonis illis male acquisitis, aut saltẽ filii. Iuxta illud canonistarum commune dictum. De male acquisitis non gaudebit tertius hæres. Et hoc, nisi bona illa largis eleemosinis redimãtur. sicut dixit Daniel Nabuchodonosor. Eleemosinis peccata tua redime. Et Christus date eleemosinã, & omnia mũda sunt vobis. Alioquin (vt antiqui theologi dicunt & experiẽtia clarissime cõprobatum est) huiusmodi furta simul cum thesauris in terra sepultis, quorum non cognoscitur dominus & rebus iusto Dei iudicio in mari perditis tradita sunt potestati dæmonũ, vt libere faciãt quicquid velint. Sicut ipsi aperte confessi sunt. Stulto ergo nihil prosunt diuitiæ, vt ait Salomõ. quia ipse subinfert: quia non potest ipsis emere sapientiam, & succurrere calamitati ac stultitiæ suæ. Et loquitur de stulto, id est, impio, qui nescit comparare Christum Dei sapientiam diuitiis suis: illas videlicet pauperibus distribuendo. piè enim erogatas diuitias, â seipso recipi fatetur ipse Christus, dum ait. Quod vni ex minimis, &c. saluberrimum documentũ datur nobis a propheta, quod est diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Sed ādhæreamus Christo, regi regum, & domino dominantium: quia ipse est sapientia patris: de qua scriptum est. Per me reges regnant, & potentes decernunt iustitiā. Nec enim quispiam potest esse rex, nisi sapiens, vt Plato amplissime probat. Vnde quantò quis sapientior est, tanto melius & perfectius regnat. Et etiam, quia ipse est caput omniū, omnibus præstat vt regnēt, aut operentur, quicquid operantur. Et ipse constitutus est á patre hæres & rex vniuersorū: alii verò conregnantes, & cohæredes. Impii per ipsum etiam regnant (vnde Origenes, ait) spiritus Dei in eo quôd est spiritus vitę, omnibus tribuit, ut viuāt: in eo aūt quod est Spiritus sanctus, non se communicat, nisi bene dispositis. pari modo & verbū, in eo quôd est principium, rerum omnia portat, & omnia sustinet. in eo autem, quòd est regenerator & renouator, sese tantummodo iis. qui volunt esse membra eius viuentia, exhibet. Ad conclusionem dico, quod diabolus est Aquilonaris: vnde dixit: ponā sedem meam ad aquilonem Geburah plenam iudicii & ab eo loco omnis ruina, & casus procedit & punitio. Quare lex Mosaica (quia ex illa dimensione venit) data est in flamma ignis (vt dixi) & ardente monte, quia à sinistra aquilonari parte. Et dicebatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tur ex timoris. Et queuis legatur in Deut. & in dextera eius ignea lex. venit tamen lex de Binach, loco Spiritus sancti, & a sinistra: sed deducta fuit in dexteram, id est, chocmah, & gedulach, locum filii, clementiam, & pietatem prætendentē. Et hęc fuit, euangelium Christi: qui sedet à dextris clementiæ Dei. Nec mirum est igitur, si diabolus Christo promiserat regna mūdi: cuius ipse, dominus effectus fuerat, cum primum hominem mundi dominum superauit. quæ omnia (ut dixi) sunt aquilonaria.

P.M. Quicquid dicant cæteri cabalistæ, ergo decem sphæras, sic decem numerationibus correspondere dico, vt, ab ædificio incipiendo; Iupiter sit quartæ, mars qnintæ, sol sextæ, saturnus septimæ, venus octauæ, Mercurius nonæ, luna decimæ tum supra ædificium, firmamentum tertiæ, primum mobile secundæ cælum empyrium primæ.

F.A. Zoroastres in oraculis suis dicit. Homo est mundus minor: nam ob harmoniam, quam

quam in ſe percipit, maiorẽ continet mundum per ideam: & quoniam maior mundus conformitatem habet cum Archetypo. quare ſequitur, homine mundum archetypum in ſe habere. Iſti tres mundi ponuntur à Iohanne, ubi dicit. in mundo erat (ſcilicet archetypo) & mundus per ipſum factus eſt (ſcilicet maior mundus) & mundus (id eſt, homo) eum non cognouit, ſcilicet incarnatum. Vocat omnes mundos, vt idem omnium eſſe declaret. Omnia. n. ſunt, & eſſe habent communicatum ab eo. Qui dixit, qui eſt miſit me ad vos. eos tamẽ diſtinguit, vt & differentiã inter eos eſſe demonſtret. Alter tamen eſt, alterius ſimulachrum, vt dixi. Mundus enim quem habitamus. Dei ſimulachrum continet: & homo mundi, & archetypi imaginem habet; hincq; eſt quòd homini. cum vtroq; concordia. conuenit igitur homo cum maiori mundo, ita quòd pars nulla exſtitit in corpore noſtro, quæ alicui planetarum nõ ſubiiciatur, vt dicunt aſtronomi. Saturnus in ariete pectus habet iuppiter ventrẽ, mars caput, ſol femora, Venus pedes, Mercurius crura, Luna genua, &c. ſic de aliis ſignis modo ſuo dicatur, prout habetur in Alpherabio, & Alchabitio, & in aliis aſtronomis. & ratio huius eſt: non enim omnes eundem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

dem influxum participāt, á ſimili mundus maior, quem nos habitamus diuerſa habet membra: eſt enim quoddam animatum, cuius partes, & membra ſunt varii cæli ſcilicet decem, qui cor reſpondēt decem ſephirot: & quodlibet cælorum influxum recipit ab aliqua earum ſephirot, quæ ſunt cæli ſupramundani: quia non omnes cæli materiales ex eodem fonte potant. & , ſicut ſunt decē tantum ſephirot, ita ſunt decem duntaxat cæli, neque plures. ſunt enim cæli multiplices. ſunt quidem cæli iſti quorū ſydera uidemus: de quibus aſtrologi pertractant. ſunt quoque cęli angeli, cęlos ipſos girantes, & per eos influentes & operantes cum omnis operatio neceſſario à viuente procedat, nam cæli vt cæli ſunt, ſunt mera corpora cæleſtia, vitam non habentia niſi ab aſtantibus & præſidentibus intelligentiis, & per illas à Deo. Et iſti angeli ſunt cęli, de qbus propheta canit, cæli enarrant gloriam Dei. ſunt quoque cæli ſupramundani, quibus ſi corporei reſpondent: vt notum eſt ſecretioribus theologis. Inter quos cęlos ſunt intermediæ intelligentiæ: à ſupremis cælis ſuſcipientes, qui ſunt fontes primarii, in hos corporeos cælos influentes. Et iſti cęli archetypi, dicuntur a propheta. Cæli cælorum. Ibi enim ſunt ſol & luna, cæterique planetę, vt

vt dicunt ſecretiores theologi. De quibus cę lis loquitur Chriſtus, quando dicit. pater noſter qui es in cælis, videlicet ſupramundanis, præſidens omnibus, & à nullo ipſorum dependens, & dicitur cheter elion á cabaliſtis, id eſt, corona ſuprema. Et ideo iſti cęli materiales etiam & ipſi dicuntur enarrare Dei gloriam, ſicuti & ſupremi ac medii, patet peritis tam in aſtrologia creata, quam archetypa ac diuiua. Dicũtur nempe enarrare gloriam Dei, id eſt, ſimilitudinem & conuenientiam cælorum diuinorum. ſunt enim iſti cæli, primo creati á Deo, & fine carent, ideo æterni ſunt. vnde propheta. ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent: non quod diſſoluantur, ſed in melius mutabuntur. Hinc profeta ſubinfert. Et mutabis eos, & mutabantur. Ideo Plato & Plotinus docent minime diſſoluenda ea, quæ à Deo facta ſunt immediatè abſq; ſecum diſcauſis, ſicut ſunt cęli; quos nihil præceſſit, vt in eorum pruductione intercederet. ſic ſunt bonæ notæ, quôd virtus illorũ ſemper bonos influxus emittunt. Vnde Iamblicus refert, dicens: ſcriptum erat in mercurii columnis, omnes aſtrorum influxus optimos eſſe: ſi vero malum aliquod ſequatur, illud ſubiecto male diſpoſito, & non ſideribus

ribus aſcribi debet. cui Hercules adſtipulatur, dicens. Vt malus quisque ſit, malitiæ ſuę cauſa ipſe exiſtit. nec à ſuperioribus ac cæleſtibus fontibus iniquæ ſordes emanãt. Huic fauet Ptolomæus, aſtronomorũ merito princeps, qui cum Iulio firmi cõ multis laudibus proſequitur ſaturnũ, qui omnium peſsimus, prædicatur. Dicũt enim ambo ꝙ ipſe ſaturnus bene diſpoſitis dat profundum ingenium, ſermonem certum, ſtabilem amicitiam, longam prouidẽtiam, regaleq; conſilium, &c. præterea, ſecundum Iſidorum lib. 3. cap. 30. Eſt corpus rotundum, volubile, atque ardens: proptereaq; cælum vocatum: quia tanquàm vas cęlatũ impreſſa ſigna habet ſtellarũ. Diſtinxit enim id Deus luminaribus, & impleuit, ſole ſcilicet & luna orbe fulgenti, & aſtrorum micantium ſplendentibus ſignis adornauit. Hoc autem græce birunos dicitur, à potu oran, id eſt, auidendo, eo ꝙ aer perſpicuus ſit, & ad ſpeculãdum purior. Eſt autem cælum uiſibile multiplex, vt inquit gloſa ſuper illud Deut. 10. En domini Dei tui cælum eſt, & cælum cęli. Eſt enim aereum, ethereum, igneum, olimpum, firmamentum, aqueũ, & empireum. Cęlum aereum, vocatur medium interſtitium aeris: quod a groſsis vaporibus aquæ & terræ: non per

omnia est infectum: vnde illa pars aeris purior: & ab inferioribus qualitatibus impermixtior, propter sui puritatem & diaphaneitatem, siue naturam transparentem, cæli nomine nuncupatur. sicut dicit glosa super illud Matth. 13. volucres cœli comederunt illud. cœlum æthereum secundum quosdam, vocatur supremum aeris interstitium, quòd immediatius spheræ ignis est conuinctum. Et dicitur ethereum: quia illud medium inter ignem & aerem constitutum, ab igne est splendoris & illuminationis susceptiuum. Etheros enim Græce, splendor dicitur latine: vt inquit Isidorus secundũ Gregorium beatũ, super Iob. Etheris tota regio intelligitur, à luna vsq; ad stellas fixas, in qua sunt orbes, & circuli septẽ planetarũ. Martianus dicit, ꝙ ether est locus ab inferiori mũdo separatus, inuisibilis respectu inferiorũ, quæ patiuntur multiplicem uariationẽ. Deniq; scdũm Macrobiũ, splẽdor etheris sub sphera cœli per ambitũ totius mũdi rutilat & refulget. Cõtinet aũt in se orbis septẽ planetarũ, q mouentur contra motũ firmamenti. Inferior itaq; pars, ve velocitate sui motus, inflãmat partẽ superiorẽ materiæ elemẽtaris: & ex illa inflãmatione gignitur sphera ignis, sicut habetur in fine libri de cælo & mundo. Exordiẽdo

ergo ab inferiobus: Lunæ cœlum eſt primum. Et dicitur luna, quaſi luminis vna, id eſt, principalis & maxima: quia corpori ſolari in magnitudine, & pulchritudine eſt ſimillima (vt inquit Iſidorus) de hac ſic ſcribit Ambroſius in exameron. Luna eſt decor noctis, mater roſis humoris miniſtra, dominatrix maris, temporũ menſura, emulatrix ſolis, mutatrix aeris, lumen a ſe non habens, ſed à plenitudine ſolis mutans & acquirens: quę ſecundũ appropinquationẽ, uel elongationẽ à ſole, formã ſuccipit & figuram: carẽs itaq; luna ꝓprio lumine, eſt à fontali, plenitudine ſolis. luminis receptiua & lumẽ receptiuũ in terram defluit. Hæc correſpondet decimæ enumerationi in archetypo, quæ dicitur malchut, & luna ſupramundana nuncupatur. Ipſa enim eſt decor noctis, quia ceſſantibus reliquis numerationibus diuinis ab influxu erga nos: non ceſſat ipſa à fauore in bonum noſtrum, cum ſit mater roris gratiæ diuinum & fauoris, miniſtrat nanq; nobis humorem diuinorum chariſmatum. Dominatur mari huius mundi terreni, vnde dicitur terra viuentium, & pręſidet creatis ideo in ſui ditione ſunt tempora: occidit nanq; & viuificat, ditat & depauperat, ideo mutat aerẽ in bonũ uel malum noſtrũ, ſecundũ merita vel demerita.

Mu-

Mutuat lumen influxuũ à sole supramundano tipheret dicto, amittit lumen suũ boni influxus, quãdo non respicitur benigne a sole archetypo, & hoc quãdo peccamus, ideo dicit illa in canticis. nigra sum (scilicet præstando nobis fauorẽ) sed formosa (scilicet in me) & causam subdit suæ nigredinis, dicens. Flii matris meæ (.s. synagogæ, uel ecclesiæ) pugnauerunt contra me (.s. propter peccata, ꝑpter quæ, decolorauit me sol) nõ influendo sup. in me sed si bene agimus, lumẽ suũ mittit ad terrã, nobis bona gratiæ præbendo, & corporis. Luna itaq;, inquantũ est omniũ superiorum influxuũ receptaculũ, vltimæ annumerationi respõdet: aut primæ in ascendendo (ut dixi) quæ nũc terra viuentiũ, nunc tabernaculum, nũc luna, nunc receptaculum, & sinus omnium influxuum, nunc regnum dicitur: de quo in Psalm. dicitur. Regnum tuum, regnum omnium sæculorum. Et iterum. Regnum ipsius, omnibus dominabitur. In qua mansione existens ille, qui semper vbiq; est, vocatur Adonai אדני. aut Melech מלך, id est, Rex. Cælum secundum dicitur Mercurius, & respondet secundæ annumerationi particulari denominatę hod הוד quod apud nos ornatum, decorẽ, aut celebritatẽ sonat, de quo ꝓpheta. Cõfessio, & pulchritudo in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

conſpectu eius. pro quo melius diceretur, celebritas, vel ornatus & decor in conſpectu eius. Et hic Deus influens vocatut Adonaizeuaot יהוה צבאות, id eſt, dominus exercituum. Quod nomen non belli, ſed pietatis eſt, & conſonantiæ, & ſuauitatis. Ad quã inferiorem inferior Mercurius, & ad quam ſuperiorẽ ſuperior Mercurius inducit. Cælum tertium dicitur Venus, & in diuinis correſpondet numerationibus. nezach, נצח, á quo habet ſuam vim, quod interpretatum dicitur vincens, aut victoria, aut perpetuũ. Amor.n.omnia vincit, & deducit opus uſq; ad calcem, omni paruipenſo labore, & pro nihilo habito. Illuc influens Deus dicitur, elohim zeuaot אלהים צבאות .i. Deus exercituũ; ꝙ nomen Dei ordinantis, vel fabricantis, & vlciſcẽtis per bella iudicii, ſiue ꝑ alias punitiones: nã omne bellũ iniuſtũ, á venere deprauata venit.i.nimio amore proprio. Sić & omne iuſtũ bellum á recto amore, & bona venere ꝓcedit: quia iuſtẽ bellator Dei zelo pro releuãdis in debite oppreſsis, quos diligimus. Cęlũ quartũ, dicitur ſol & eſt cor cęlorũ & cõuenit cũ numeratiõe archetypa dicta tipheret תפארת q cordi cõuenit. Quod pulchritudo, aut pulchrũ illud interpṫatur, a quo oĩa pulchra, de quo in Pſal. Virtus & tipheret, id eſt, pulchritudo in ſanctitate, vel ſanctuario eius. ꝙ in medio totius Dei-

fici templi, tanquam ſanctorum ſancta eſt: pro quo in traductiõe noſtra habemus ſanctimonia, & magnificẽtia, in ſanctificatione eius. Et ſicut ſol iſte ſenſibilis omnia ſplendeſcere, & pulchra aparere facit, ſic ille diuinus cuncta pulchre facit illa pulchritudine, quam Socrates ab Hippia perquirebat: in qua gloria, & pulcherrimo throno reſidẽs Deus dicitur tetrag. יהוה, quod ineffabile, & inexpreſsibile eſt, ſicut & eius pulchritudo & gloria. Cœlum quintum dicitur mars, & couenit, & numeratione dicta Geburah גבורה ꝙ robur ſignficat: habet robur ſuũ, de quo Dauid Pſal. 48. dicit potentiã tuam pronuntiabunt, vbi habetur geburatecha גבורתך. Et ꝙ potiſsime ibi exercetur, dicitur din דין. i. iudiciũ durũ, & ſeuerũ. de quo in Pſal. de cœlo auditum feciſti iudiciũ, vbi habetur din דין, terra tremuit & quieuit: quia tremebundũ eſt. & ab illo per martẽ veniũt ſeueræ punitiones & ſtrages, belligeriq; uiri: Hinc & Deus exercẽs potentiã ſuã puniẽdo flagitioſos dicitur vir belli, vt in Exo. & in Ierem. habetur dñs mecũ tãquã bellator fortis, vel tãquã robuſtus cõfractor, ꝙ officiũ exercẽs ipſe Deus dicitur elohim אלהים & angeli ibi ſeruiẽtes dicũtur bene elohim .i. filii Dei: cœlũ ſextũ, dicitur Iupiter & ſic dicitur quia oẽs iuuat, ſemp bñficus cũ illa

numeratione conuenit quæ chesed חסד dicitur: quod misericordia, pietas, vel clementia, potest interpretari. Qua summus Deus omnibus beneficus dura, & aspera semper contemperat in omnibus suam benignitatem diffundit, iuxta illud Psalm. Misericordia eius super omnia opera eius. Et ibi operans Deus dicitur el אל, id est, Deus omnia fouens, & omnibus succurrens cum summa pietate, & clementia, sicut est sibi proprium. cælum septimum dicitur saturnus & correspondet in archetypo numerationi quę dicitur binach בינה, ꝙ sonat intelligentiam. ubi præcipuè residere dicitur Spiritus sanctus: de quo in ecclesiastico. Et spiritu intelligentię replebit illum. Qui etiã dedit prophetis, & apostolis rerum secretarum intelligentiã. A quo loco Hebræi suum sabbatũ susceperũt, & diẽ septimam vtriq; cælesti.s & supramũdano dedicatũ: & inde remissiones, & anni quietis, & Iubileip septenarium simplicẽ, aut quadratum. Quæ oĩa Deus operãs dicitur Iehouah he ה יהוה, id est, litera he ה cũ nomine ineffabili & quadrilitero. Cęlũ octauũ dicitur firmamentũ, seu stelliferũ & subest numerationi diuinæ quæ dicitur chocmah כוחמה ꝙ sapientia suprema illa est, quæ est filius Dei, ideis plena, & formis oĩm rerũ producendarũ, sicut

cæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cęlum illud plenũ eſt ſyderibus uim oĩum in ſe continens: vt pauloante diximus. In quo throno filius ad dexterã patris ſedens, & ipſe Deus nominatur Iehouah ſimul cũ iod יהוה׳, litera quidem ſignificante ipſam diuinitatẽ ſimplicisſimam, cælum nonum, dicitur primũ mobile, & reſpondet, primo mouenti, omniũ rerũ fonti: qui omnia mo uens trahit ad ſe omnia, veluti centrũ oẽs li neas circumferentię in ſe conducit Centrũ eſt.n.& circulus, & ſphæra oĩa complectẽs, & cõplens, & omnes lineas in ſeipſum con ducẽs. Vñ Chriſtus, nemo venit ad me, niſi pater meus attrahat ipſum. Quã vim attra-ctiuã cũ habeat filius a patre, ideo dixit. Cũ exaltatus fuero a terra oĩa traham ad meip ſum. In qua ſede ſupma reſidẽs paterſũmus dicitur eheiieh aſer eheiieh אהיה אשר אהיה, id eſt, ſum qui ſum. vel ſim qui ſim: ſecun dum aliquos eſt nomen ſolũ eheiieh. אהיה, ꝙ ſimplicisſimũ eſſe diuinitatis ſonat. Vnde a peritis nominatur, hain lo roho עין לא ראה id eſt, oculus nõ videt quia nemo nouit pa trẽ, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et eius numeratio dicitur cheter elion. Cœlum decimũ: dicitur cœlũ empyreum, & eſt ſummum & ſupremum oĩm cœlorum, laus Angelorũ, regio & habitaculũ beatorũ hominum, ibi Deum contẽplantur, & hoc nõ

 eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

est factum ad necessitatẽ, sed ad congruitatem. Non. n. necessariũ est, beatos Angelos, vel beatas animas esse in aliquo materiali loco. nam & latroni á Christo dictum est. Hodie mecum eris in paradiso. Qui tñ illo die non fuit cũ Christo in cælo Empyreo, quãuis illo die fuerit anima illa beata, quia vidit Deum per essentiã. congruit autẽ vt spiritualia sint in corporalibus, potissime propter vniuersi connexionem. Nam cum sit vnus princeps summus, scilicet, Deus: congruum est vt ipse principatus huius principis, videlicet totũ vniuersum, sit vnũ, & cõnexum. Vniuersum. n. dissutũ esset, si spiritualia & corporalia non essent coniuncta. Probatur enim hoc cælum esse per rationes probabiles sic. Omne quod mouetur, innititur alicui immobili. Probat hoc Boetius & Augustinus. Octauo super Gene. inductiue sic. Digitus non mouetur, nisi palmæ sit fixus, nec palma mouetur, nisi fixo articulo cubiti, nec cubitus mouetur, nisi fixo humero &c. ostendit, quod semper corpus motum, presupponit corpus immobile, quum ergo nouẽ sint cæli mobiles, videtur ꝙ præsupponant cælum decimũ, quod sit immobile. Alio modo sic. Oĩs numerus tẽdit vsq; ad denarium, & post denariũ, reuertitur ad reiterandũ, quod dictum est, dicendo vnum

duo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

duo, &c. Vnde quia viſum eſt aliquibus philoſophis, quod rerum principia ſint numeri, ideo ea poſuerunt in numero denario, vt patet in primo. Metha. Ex opinione pythagoræ, qui decem poſuit genera ex parte bonorum, & totidem ex parte malorum. Quum ergo ſpheræ cæleſtes, habeant rationem cauſę & principii, reſpectu iſtorum inferiorum, videtur ꝙ debeant poni decem. Septem planetarum, octaua quæ dicitur cęlum ſydereum: nona, quæ uocatur cælum aereum, ſiue primũ mobile, & decima ſphæra, quæ vocatur cælum empyreum. Hæ ſunt rationes probabiles, non tamen neceſſariæ, ad probandum cælum Empyreum. Sicut ergo iſtud cælum empyreum eſt occultum nobis: ita correſpondet numerationi occultæ nobis, quæ corona ſuprema dicitur. Et Deus in illo loco, dicitur habitare lucem inacceſsibilem. Sunt ergo decem cæli tantum. Ideo male dicunt quidam aſtronomi, ꝗ vndecimum ponunt: nam Abraham in libro formationis ait. Decem ſunt, & nõ nouem: decem, & non vndecim, quare totidem ſunt & materiales, ab illis ſupramundanis influxum recipiẽtes, quod autem illi ſint decem in Deo patet. nam Ariſtoteles dicit. Idẽ, ſemper manens idem, ſemper producit idem. patet de oculo, qui ſemper viſionem cauſat,

auditus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

auditus auditionem, &c. intellectus intellectionem. ita à simili Deus, si semper in simplicitate sua consisteret ita, quod nullo modo indueretur nouis relationibus, creata nō produceret, quapropter decem indumentis se induit, tribus ad intra, & septem ad extra: vt crearet mundum, & quæ in mundo sunt. &, licet decem sint, vnū tamen sunt in Deo: infinitum enim idemtificat sibi quodlibet: & dari potest aliqualis similitudo in nobis, qui corpus vnum habemus: in quo organa sunt distincta: & tamē dicitur unus homo, ita in Deo: in nobis tamen organa, numero, & specie differunt, in Deo vero non. In zodiaco duodecim sunt signa, quæ a duodecim reuolutionibus nominis Tetrag pendent, vt ponit Abraham, vbi supra. Dico igitur, quod duodecim reuolutiones nominis Dei, & decem sephirot influunt in maiorem mundum, & ipse in nos. Ad propositū igitur conclusionis. Doctor istæ applicat decē sephirot, decem cælis. Etiā dicit (Quicquid dicant cæteri cabalistæ, ego decem sephirot) includendo videlicet tres superiores (sic decem numerationibus correspondere dico) sephirot dicuntur numerationes, quia descendunt á verbo, saphar, quod est numerare: vnum tamen sunt in Deo (vt ab ædificio incipiendo) idest, incipiendo á sephirot

septem

ſeptem inferioribus, quibus cum Deus mũ-
dum creauit, qui correſpondent ſeptem in-
ferioribus planetis, Iupiter ſit quartæ, ideſt,
Gedulah, Mars quintæ, id eſt, Geburah, ſol
ſextæ, ideſt, Tipheret, ſaturnus ſeptimæ, id
eſt, Nezah. Hic tamen aduerte, quod ſatur-
nus in duobus locatur ſephirot. in binah vi
delicet, & nezach: ſed iſte Doctor, aſsignat
ſolum nezach: & ratio eſt, quia binah eſt lo-
cus Spiritus ſancti: iccirco, tanquam particu
larem locum perſonæ Trinitatis, noluit eũ
connumerare cum ſephirot inferioribus, ſe-
ptem planetis correſpondentibus, ad ſigni-
ficãdum nobis, quod nulla creatura locum
habet in trinitate: ſunt tria prima illa loca,
trinitatis hoſpitium. Venus item duo habet
loco, nezah. ſ. & hod, Mercurius none, ideſt
Ieſod, luna decimæ, ideſt, Malchut, tum ſu-
pra ædificium, loquẽdo de tribus ſephirot,
quæ non connumerantur in creatione fabri
cæ mundanæ, firmamentum tertiæ, ideſt, bi
nah, primum mobile ſecundæ, ideſt, Gedu
lah, cælum Empyreum primę, ideſt, cheter,
& ſic patet concluſio.

M. Qui ſciuerit correſpondentiam de-
cem præceptorum ad prohiben-
tia per coniunctionem veritatis

aſtro-

aſtrologiæ cum veritate theologica, videbit ex fundamento noſtro præcedentis concluſionis: quicquid dicãt alii cabaliſtæ. Primum præceptum primæ numerationi correſpondere, ſecundũ, ſecundæ. tertiũ, tertiæ. quartum, ſeptimæ. quintum, quartæ. ſextũ, quintæ. ſeptimum, nonæ. octauum, octauæ. nonum, ſextæ. decimum, decimæ.

F. A. Lex data fuit, non præciſe alligando, vt ethymologia vocabuli ſonat, quia huiuſmodi ethymologia vocabuli apud Hebræos nõ habetur. apud quos lex dicitur Torah תורה quod doctrinam vel inſtructionem ſignificat. Ideo alia eſt requirẽda ratio. Ideo datá eſt lex, ad expiandum hominẽ animalẽ (vt ſupra dixi.) Et etiam, ad conuertendas & dirigendas in Deum animas, ſicut canit propheta. Lex dñi immaculata, cõuertens aĩas, teſtimonium dñi fidele ſapientiã præſtans paruulis. Conuertit. n. animas in Deũ: vnde verus circulus cõpletur. Sapientiã pręſtat, quæ vera eſt cognitio rerum diuinaru m.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Et, quia lex vetus iustificare nequibat, ideo non perficiebat circulum. Perficiebat tamẽ assimilando, & si non compleret iustificando. Intentio Dei quippe est in tota lege: vt per ipsam ipsi Deo pœnitus similes efficiamur. Volens ergo Deus dare legem, prius dixit. Ego sum DOMINUS Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis. In hoc voluit DEUS, vt dicit Origenes, ostendere, quod eos legi iure subiicere poterat, cum tenerentur ei, qui ipsos à dura seruitute eripuerat; & etiam vt calcari quodam, eos ad legis obseruantiam impelleret. Etiam, quia liberauerat à seruitute peccati aliqualiter. A qua quidem seruitute peccati & Diaboli, Christus nos perfecte liberauit. Hinc Zacharias. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi, omnibus diebus vitæ nostræ. Hinc lex dicitur testimonium fidele. Psal. quia fideliter testatur, ꝙ seruire debemus Deo, qui dignatus est illam legem nobis tradere. Manifestat etiam profunda ac secreta, quę humanũ ingenium excogitare non põt, tantę est splendoris, & sapiẽtię. De quibus mirabilibus canit propheta. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Est etiã testimonium fidele, de prę-mio bene merentibus reddendo, & pena

male

male operantibus infligendo. Fidele fuit testimonium de Christo redemptore nostro. Hanc legem dedit Deus in monte sinai. Isaias tamen dicit. De sion exibit lex, & verbũ domini de Ierusalem. De sion inquit, quia ibi Spiritu sancto repleti Apostoli, prædicauerunt legem & euangelium, quo lex grauida erat: & verbum domini de Ierusalem, quia verbum Dei incarnatum, præcipue ibi prædicauit. Altius considerans dico, quôd locus est in sublimi Archetypo, qui à secretioribus theologis vocatur Sion, vnde lex emanauit. etiam est superior Ierusalem, de qua Apostolus ait. Quæ sursum est Ierusalem, quæ est mater nostra. Et hinc venit verbum Dei, idest, prædicatio, & vox exprimens & declarans legem. Nec. n. legem scriptã quispiam intelligere posset (cum sit sacramẽtis plenissima) nisi per reuelationem Spiritus sancti, factam per os mosi prophetarum, aut apostolorum, qui sunt primaria diuinæ familiæ fundamenta. Quam doctrinam, nos reuelationem vocamus. Hebræi vero chabalam, idest, receptionem à Spiritu sancto appellant. Hęc lex data non fuit in Ierusalem, & in terra lacte & melle affluente, sicut euãgelium, quia opifex perfectus, de bono in melius semper procedit. Deus. n. primo cõduxit mortales paucis præceptis patenter

datis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

datis, & postea noeh : deinde legem propalauit sapientiæ, denotatam per aquam: è petra, tamen, quę Christus erat eductam. Postmodum sapientiam dedit Euangelii, p mel significatam, quod dignius est quam aqua. Cum hæc è petra, mel vero ex animali egrediatur. Et quamuis eadem sit sapiẽtia, & ab eodem fonte emanans, in quo sunt absconditi (vt docet Paulus) omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ: tamen perfectior gradus denotatur per mel quàm per aquam, vnde & in perfectiori loco data fuit sapientia euãgelii quam legis. Quamuis legis præcepta fuerint plura, quám euãgelica. vnde præceptorum multitudo, perfectionem non arguit, quinimo imperfectionem. Deus enim Iudæos graui legis iugo subdidit, quia grauem peccatorum phrenesim patiebantur, & malis furiis dæmonis agitabantur. Hinc duris erat populus ille alligandus, multigenis sacrificiis expiandus & absoluendus à virtutibus, eum semper accusantibus, quousq; veniret ille qui (vt Iohannes inquit) proiecit accusatorem fratrum nostrorum. Alia fuit ratio, quia mundus erat adhuc in tenera ętate sub pædagogo, & sub ferula educandus: nam, vt ait Apostolus, lex pædagogus noster fuit. Et hoc quousque veniret ille, qui & a pædagogo, & ab omni seruitute liberaret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ret: & nos in libertatem filiorum Dei pro-
ueheret. Vt igitur Deus p̄dictis casibus pro
uideret đ remedio, tradidit illi populo. 613
Pręcepta, inter quę erant, ducenta quadra-
ginta octo pręcepta affirmatiua, sicuti in cor
pore humano sunt totidem ossa represent ā-
tia vires melioris hoīs, per illa pręcepta per-
ficiendas. Vnaquęq; virtus.n. per pręceptū
sibi correspōdens perficitur, vt in antiquio
ri Theologia, docetur. Quibus etiam corpo
ris viribus illa pręcepta seruātur. Hinc Abra
hę, postquàm datum fuit ei à Deo nomen
continens per numeros. 248. dictum fuit.
Ambula corā me, & esto perfectus, quia.s.
dedi tibi vires, quibus omnia p̄cepta affirma
tiua adimplere poteris. Quemadmodum &
fecit. Vnde dixit Deus. Custodiuit Abrahā
omnia pręcepta & mandata mea, & statuta
mea, totamq; legem seruauit. Erant adhuc
inter illa. 613. pręcepta. Trecenta sexaginta
quinque pręcepta negatiua, quia tot sunt
nerui & ligaturę in corpore humano: sicut
à peritioribus Anatomicis comprobatum
est. & hoc, vt quot ligaturis ligata sunt ossa
corporis humani, totidem ligaturis, vires
melioris hominis colligarentur: nec loca sua
exirent, & totus turbaretur homo, & Dei
spiritus impediretur, qui non intrat nisi in
corpus, in quo accesserint ossa ad ossa, vnū-
quodq;

quodq; ad iuncturam suam, sicut ab oraculo Ezechielis edocemur. Vt ergo perficeret Deus totum hominem, tam in viribus, quã in ligaturis, dedit præcepta illis coæquatis numeris. Quod prosequens Redemptor, ait. Totum hominem sanum feci. Nihil .n. præceptum fuit in lege, aut in euangelio, nisi in beneficium nostrum. Ex illis tamẽ. 613. præceptis, decem tantummodo fuerũt in tabulis scripta, & in euangelio confirmata, quia illa decem sunt radicalia præcepta, ad quæ omnia alia reducuntur, sicut ad principaliorem duplicem radicem Christus totam legem, & prophetas, reduxit scilicet ad amorem Dei, & proximi, vt Mat. refert. Et magno sacramento factũ est istud. Nam totidem sunt literæ præceptorum, quæ in tabulis scripta erant, quot sunt omnia præcepta, tam affirmatiua, quàm negatiua. Sunt enim sexcentæ tredecim literæ. adeo, vt vnaquæque litera, vnum præceptum importet. Et sic aliquo modo, omnia pręcepta in tabulis scripta fuerunt, & in euãgelio confirmata. Varię tamẽ sunt opiniones doctorum, ꝙ de coæquatione horũ decem præceptorum, decem cælis materialibus, & archetypis. vnde Abraham Aben Azra, dicit. Quod primũ præceptum est occultum in tabulis, expressum vero in Deut.

vbi dicitur.(diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo cum cæteris, quæ sequũtur, conueniens cum cœlo empyrio, nobis occulto, & proueniens a corde, oĩbus creatis occulto, notoq; soli Deo. Secundum præceptum. Non adorabis Deum alienũ, sed dominum Deum tuum. Cõparatur primo mobili: secum omnia trahenti: sicut hoc præceptum cætera secum præcepta trahit. Tertiũ videlicet. Nõ assumes nomen Dei in vanũ, æquiperatur stellifero cælo: in quo residet virtus nominis illius duodenaria, iuxta. 12. signa, magno mysterio, sicut naturales fatentur, dicentes. Deus, & natura nihil agũt frustra. Quartũ est, custodia sabbati, aut septimi diei: & conuenit cum Saturno septimo planeta in ascendendo. Quintum, quod est de honore parentum, Ioui æquiperatur, honorabili generationis patri, qui honorem, & vitam iis præbet, quibus fauet. Sextum. Non occides, conuenit cum Marte, vnde homicidia, bella, arma, & sanguis. Septimum. Non mechaberis, cum Venere conuenit: vñ omnis voluptas. Octauum. Non furtum facies. Cum sole conuenit, qui astans syderibus, lumen furatur omnibus: & etiam, quia ipse, tanquam oculus Dei, omnia detegit furta, quæ in occulto fieri solent, & insup, quia semper beneficus, inimicatur furto, & rapinę.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

rapinæ. Nonum, non peierabis. conuenit cũ Mercurio, linguæ prçsidente, a quo omnis ſermo verus, aut falſus. Decimum non concupiſces. Cum Luna ſyderum matrice: cuius matricis potiſsimum eſt concupiſcere. Coaptantur quoque ſupradicta, decem præcepta, decem numerationibus diuinis, ſiue decem ſephirot, quæ cęli cęlorum dicũtur. Primum præceptum reſpondet coronę ſuperiori, quæ hebraicè dicitur, cheter Elion, quam patrem vocamus: cui nos docet filius orationem, quam facimus, dirigendam. Et ſignant, quod debemus adorare vnum Deũ vnum principium omnium patrem. Hucq; orant diuinæ quoq; perſonę. de filio patet: nam Paulus, dicitur. Aduocatũ habemus, apud patrem, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. De Spiritu ſancto itẽ patet. Spiritus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Omnia igitur primo principio orationem deferunt. Dominum ergo Deum tuũ adorabis. Secundum præceptum: reſpondet ſapientiæ filio (quæ chocmah dicitur) qui omnem idolatriam è mũdo abſtulit. Dei. n. nomen ſumitur in vanum, cum quis per nomen Dei vult operari, abſque ſui, aut proximi neceſsitate, aut honoris Dei. Et hoc nomen, inuanum non aſſumendum. eſt nomẽ Ieſu, quod eſt ſuper omne nomen. Præter

quod non eſt aliud nomẽ, in quo oporteat nos ſaluos fieri, quare in vanum non eſt inuocandum, ſed ſummopere colendum. Tertium ſpiritui ſancto competit, ſiue intelligentiæ, quę binah dicitur, omnium virtutum donatori, qui haud fruſtra eſt inuocandus, quando ipſe ſpiritus ſpirat, & docet. Quartum conuenit cum Deo viuo, qui Elchai dicitur, & Ieſod, in quo eſt fundamentum, fœdus, ſabbatum, & mundi ſtatutum. Quintum pietati gedulah, ſiue cheſet reſpõdet quam in Deum præcipue, & parentes habere debemus. Sextum robori, & tribunali iuſtitiæ geburah: ſine cuius ĩpulſu, nullus debet inferre mortem, quoniam innocentem non condemnabis. Septimum Nezach, & Veneri ſupreme datur, qua omnẽ voluptatem moderamus. Octauum ſoli ſupramundano tipheret dicto correſpondet, cuius lumine docemur, aliena non rapere, ſed omnibus benefacere. Nonum hod conuenit, ideſt, decori ſuperiori, & vero Mercurio: a quo linguam moderare diſcimus. Decimum correſpondet regno, mari, & fonti ſupremo, qui malchut dicitur, quæ nihil cõcupiſcit: ſed omnibus diſtribuit, & impertitur. Alias hic Doctor coæquat hæc adinuicem, ita. Primum primæ. Secundum ſecundæ, ſcilicet ne iures vana, &c. Tertium tertię,

tiæ, ſcilicet cum binah. Quartum non occides, concordat cum ſeptima ſcilicet ne zach, quod interpretatur, ſanguinem effundens, aut innocenti. Non occides igitur, idem eſt, ac, non effundas ſanguinem innocentem, id eſt, non iniuſte præliaberis. Quintum eſt. Non opprimes proximum. Conuenitq; cum 4. ideſt, cum gedulah, quæ bonitatem ſignificat. Non opprimas igitur, idem eſt, quod conformis eſto bonitati gedulah, quæ nemini nocet, & cunctis eſt benefica. Sextum eſt: non mœchaberis. Conuenit cum quinta, id eſt, tipheret, quæ dicitur Dei pulchritudo: non mœchaberis, ideſt, nullam maculam animæ tuæ inferas. Septimum: non furtum facies: cum nona participat, ideſt, cum Ieſod, qui iuſtitiam ſignificat. Non furtum facies, idem, tribue cunctis, quod ſuum eſt, & aliena non rapias inuito domino. Octauum eſt: non loquaris falſum teſtimonium contra proximum: & cũ octaua conuenit ſcilicet cum hod, qui decorem ſignificat, quaſi lex dixerit: non loquaris de proximo, niſi quod ad eius decorem ſit, ac honorem: ac nullum in te ſit dedecus. Nonum eſt, non concupiſces rem proximi tui, & conuenit cum ſexta ſcilicet cum geburah, quæ fortitudinem & poten-

ctiam in bonũ signant. Nó concupisces, &c. quasi dixerit: non auferas per potentiam bona proximi, inferendo vim ei, tanquàm te debiliori: sed vtere in bonum posse tuo. Decimum est. Non cõcupisces alterius nuptã. & conuenit cum decima, idest, cũ malchut. sicut enim malchut est vxor tipheret, ab eo influxum recipiendo: ita vxor tantummodo coire debet cum viro suo: & semen ab illo, & non ab alio recipere: quare cæteri excluduntur. Non cõcupisces igitur proximi vxorem: eo quod illi appropriatur: sicut malchut ipsi tipheret. Ad conclusionẽ ergo dico (qui sciuerit correspondentiam decem præceptorum ad prohibentia) quæ sunt in numero. 365. Per coniunctionem veritatis astrologiæ, quia tot sunt gradus in zodiaco, qui influit in decem cælos (cũ veritate theologiæ) scilicet secretioris, quę docet, qualiter zodiacus archetypus, q̃ ex duodecim signis constat, siue auaiot, seu reuolutionibus diuini nominis Tetrag. יהוה influit in decẽ cęlos archetypos, videbit ex fundamento nostro præcedentis conclusionis, vbi cõparauit decem cęlos, decẽ numerationibus. Eadem ratione compara, decem præcepta, decem supradictis numerationibus. Primum præceptum, primæ numerationi, &c.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

M. Cum dicunt cabaliſtæ a ſeptima & octaua petendos filios . ita dicas in merchaua inferiori accipi : vt ab vna petatur, vt det : ab altera, ne prohibeat . Et , quæ det, & quæ prohibeat . Poteſt intelligere ex præcedentibus , qui fuerit intelligens in aſtrologia, & cabala.

A. Quælibet dimenſio particularem influxum ſibi attributum poſsidet : ad quam accedere debemus pro obtinenda petitione : ſicut ad ſeptimam, & octauam dimenſionẽ, pro habendis filiis, quare in figura Deu. 22. iubet, vt inueniens in terra , vel in arbore nidum auium, & matrem pullis incubantem, accipiat pullos relicta matre . Hoc quoque non præcipitur, ne extirpetur radix genituræ: ſed intelligitur de illa matre ſuprema binah , quam Dauid vocat: matrem filiorum lætantem, quæ mater dicta eſt chauah, ideſt, mater vitæ. Eua enim vxor Adę , non fuit omnium viuentium mater : ſed hominum primęua tantummodo mater : nam vera viuentium omnium mater eſt in terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

viuentium, quæ est fons vitæ passiuus: nã influxum illum habet à superioribus mensuris. Binah vero est fons actiuus vitę. Binah enim de suo influit ad inferiores numerationes. In malchut fonte omnia creata viuunt, iuxta dictum poetæ Arati: Deus, scilicet malchut, est in quo viuimus, id est, per eius influxum impartitur nobis vita, motus, & esse: ideo ait: mouemur, & sumus id est, in esse reali: in esse vero ideali viuimus, mouemur, & sumus per binah. Tolli ergo hæc mater non debet, binah scilicet mater superior: ad illam nanque non est nostrum posse conscendere. nec tolli debet mater inferior malchut, quare dixit Deus ad Adam, nimis arrogantem, ne forte extendat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat de ligno vitæ, id est, de fonte vitæ, & matre vitæ malchut, qui fons non est absorbendus in hac vita corruptibili: sed reseruandus iis, qui ad vitam illam æternam sunt vocati. Propterea dicit textus. Si ambulans per viam in arbore, vel in terra nidum auis inueneris, & matrẽ pullis, vel ouis incubantem, non tenebis eam, sed abire patieris, vt bene sit tibi, & longo viuas tẽpore, quasi concludẽs, quod, qui illam vuult vitam, quæ nunc nobis nõ debetur, amittit hanc, quã habemus. Quare

re Elzohar ſuper his verbis cõcludit, quod docemur, vt influxus nobis ſtillati ſimus contenti, ne tentemus habere, quod nobis non debetur: ne cum rubore audiamus verbum illud. Neſcitis, quid petatis, & exemplificat de iubileo, qui eſt ingremio matris ſupremæ binah, quem nobis vendicare non debemus, niſi tempore ſuo ſcilicet in quinquageſimo anno. Aliis vero temporibus cõtenti eſſe debemus filiis, ideſt, influxu filiorum ſex ſephirot inferiorum, vſq; ad Ieſod incluſiue, quibus reſpõdent ſex dies laboris fabricæ mundanæ, & ſex aues volãtes, ideſt, Ieſod, nezah, hod, gedulah, geburah, Tiphe ret, inter nos, & matrem illam binah, qui eſt ſeptimus dies, id eſt, ſabbati: ſeptimus annus inculti agri, & ſabbatum magnum, ideſt Iobileus magnus, poſt ſeptenarium quadratum, in quo fiebat remiſsio. De hac matre loquens Dauid, dicit. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Hic non loquitur de mulieribus, quæ aliqñ ſteriles fuerunt, quibus data eſt fœcunditas: ſicut de Sarra, Rebecca, Hanna, & Heliſabet legitur: nam illis non competit, quod precedit. Vt ſedeat cum principibus populi ſui. Etiam ſterilis, cui data eſt fœcunditas, eſt gens, quæ erat ſine cultu & fructu grato

Deo

Deo. Vnde hæc suscipiens Christum, facta est mater multorum filiorum: & inde læta & iucunda: de qua loquitur Esaias, dũ ait. Lauda sterilis, quæ non paris, quoniã multi filii desertæ, id est gentium, magis quam eius, quæ habebat vnum, id est, synagogæ. De matre illa superna igitur est sermo, sicut innuit Paulus: qui postquã locutus est ad Ierusalem supernam, quæ est mater nostra: subinfert. Lætare sterilis, &c. illa videlicet mater, a qua gentes influxuum suscipiebãt, quæ usq; ad aduentum Christi mansit sterilis, & ab eo fuit fœcundata. Iuxta illud, esurientes impleuit bonis, & diuites, &c. Hebræos videlicet, dimisit inanes. Et hoc, quia dimiserunt legem matris suæ, contra præceptum sapientis in prouerbiis, vbi dicit. Nec dimittas legem matris tuæ, non carnalis. Et decernit potius obseruandam esse legẽ matris, quam patris quãuis viri longe sint communiter sapientiores, quam fœminæ per matrem igitur intelligit synagogam Iudeorum, vel ecclesiam christianorum. nam in communi vsu habemus vocare sanctam matrem ecclesiam: per maximè tamen loquitur de illa superiori matre. vnde lex oretenus data (vt Hebræi dicunt) procedit. Quẽ locum & emendationem, vel mansionem

nem Dauid vocat, matrem filiorum. Hęc mater coronat obſeruatores ipſius legis: vt in canticis dicitur. Videte Reges Salomonem, id eſt, pacificum hominem, & bene ſe regentem, in diademate, quo creauit eum mater ſua, in die deſpenſationis ſuę, quando videlicet anima coniungitur Deo: & in die lætitiæ cordis eius, quæ vera eſt quando homo beatur. Loquitur igitur Dauid de Chriſto, & conſequenter de membris eius. Vnde loquens ipſe in Pſal. cum Deo ait. Gloria & honore coronaſti eum domine. Coronabimur á Deo patre iubēte, filio adiudicante & matre approbante. Quæ quidem mater eſt illa, de qua apoſtolis ait. Quę ſurſum eſt Ieruſalem, quæ eſt mater noſtra. Hæc .n. eſt collectio vera illius ſponſæ Chriſti & matris, quam Iohānes deſcendentem de cælo vidit. Nam applaudentes omnes cælestes illi ciues ob coronam nobis a Deo datam: noua quadam corona nos coronabūt. Hæc mater præcipuè Chriſtū coronauit: in die deſponſationis ſuæ. Chriſtum nanq; in carne viuens, alicui ſponſæ coniunctus non fuit: vt eo die mater eum deſponſare potuerit. Deſponſauit tamen ſponſam illam, de qua Iohannes ait. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de cælo, a Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo.

Quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Quam ſponſam ſibi deſponſauit in crucē: poſtea in cœlum conſcendens, coniunxit eam ſibi glutino ſpiritus ſancti. & tunc triumphans de maligno, ducensque ſecum captiuitatem, obtinuit thronum: de quo ipſe ait. Vici & ſedeo in throno patris mei. Et tunc fuit coronatus, gloria & honore a matre, ſuperna videlicet Ieruſalem; cum ipſa ſibi applaudens eum in regem ſuſceperit Eandem. ſententiam tenent Hebræi, in midras ſir haſsirim, id eſt, in expoſitione Cantici canticorum, ubi ſic dicunt. Egredimini & videte filiæ Sion regem Solomonem cum corona, qua coronauit eum mater ſua. Ibi ſic ad literam dicitur. Egredimini & uidete filię Sion, id eſt, filii ſignati mihi cum raſura, & circunciſione ac fimbriis regem Solomonem, id eſt, regem perfectiuum, qui creauit omnes creaturas ſuas ſelomot שלמות, id eſt, perfectas. Creauit nanq; ſolem & lunam cum plenitudine eorum. Adam quoq; & Eua ſicut filii viginti annorum creati ſunt. Item aliter, Regem pacificum, ſiue cuius pax eſt pax: vel regem pacificum, qui pacificauit creaturis ſuis opera ſua. Quemadmodum pacificauit ignē patri noſtro Abrahę & tribus pueris, Sidrach Miſach, & Abdenago. pacauit quoque gladium in Iſahac. Rurſus etiam pacauit An-

gelum

gelum Iahacob. Iterum aliter. Regem Solomonem, id eſt qui fecit pacem inter creaturas ſuas. Huic dixit Rab. Iohanan, ſcriptum eſt Iob. 25. Fecit pacem in ſublimibus ſuis. Et quam perbellé hæc conueniunt Chriſto patet intuenti. Ad propoſitum igitur concluſionis, Binah eſt mater a qua filii ſunt petendi: vt patet de anna Samuelis matre: quę filium in oratione a binah obtinuit, vt patet in porta lucis, dimenſione octaua. Dicit igitur concluſio (cum dicunt cabaliſtæ a ſeptima) .i. a binach: principium enim fit a Ieſod, &, ſurſum aſcendendo, binah eſt ſeptima (& octaua) id eſt a malchut: nam a bina ad malchut deſcendēdo, malchut eſt ſeptima & eſt mater inferior (petendos filios) quia prima mater binach concepit filium, ſecunda.ſ. malchot parit (ita dicas in merchauah inferiori accipi duplex eſt merchauah ſuperior, quæ ĩ tribus primis conſiſtit ſephitot. creata ibi non pariūtur, ſed tantū incretata id eſt perſonæ Diuinæ. Alia eſt, inferior, & in ſeptem cōſiſtit inferioribus ſephirot (vt ab vna petatur vt det) a binach.ſ. ſuperiori matre (ab altera ne prohibeat).ſ. a malchut: quia eſt oſtium ingreſſus ad binach, & quæ det, & quæ prohibet. &c. quæ dat eſt binah. quæ prohibere poteſt, eſt malchut, qui fuerit intelli-

gens

gens in aſtrologia.) aſtrologi ponunt, lunam omnium planetarum matricem & & obicem luminum eorum omniũ, etiam & ſolis, vt patet in eius eclipſi, quæ fit inter poſitionem lunæ ad ſolem. Luna igitur poteſt influere, & influxum cæterorum planetarum impendere: ſic malchut, luna ſupramũdana, reſpectu influxus aliarũ ſephirot, poteſt influere & impedimento eſſe, ne influant cęteri planetæ tanquam oſtium introitus ad ſephirot.

P. M. Sicut fuit luna plena in Solomone, ita fuit plenus ſol in vero Meſsia, qui fuit Ieſus: & de correſpondentia ad diminutionem in Sedechia: poteſt quis coniectare, ſi profundat in cabala.

Y. A. Iudæorum ſecta (ſicut ſupra patuit) duos habet planetas ſibi fauentes, Saturnum videlicet, & lunam. ſecta verò chriſtianorum habet ſolem, & Mercurium. Luna. 14. habet dies augumenti, & totidem decrementi: in. 14. eſt plenilunium, quamuis quandoq; in plenilunio plures. 14. dierum habeat, aſt hoc fit ratione epiciclorũ. quando igitur eſt in 14. eſt perfecta in plenitudine: deinde incipit decreſcere. Dicit igitur iſte

do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

doctor, quod luna fuit plena in Solomone huius ratio est, quia domus, siue familia Abrahę (à quo dicti sunt Hebræi) crescebat & decresce bat, ad modum lunæ. & in augmento habuit. 14. generationes & in decremẽto totidem. Solomon autem fuit. 14. generatio ab Abrahamo: & sic luna (id est, Iudæorum secta cui luna malchut fauebat) fuit in plenilunio tempore Solomonis. Solomon enim felicior fuit cunctis regibus Israelis prædecessoribus suis, quia malchut luna tunc ex opposito illuminabatur á sole tipheret: post verò Solomonem familia illa decrescere cœpit, exordiendo à Roboam: à quo decem tribus recessere, & in Regem Ieroboã constituere, & in 14. generatione decrementi quasi est pœnitus destituta: nã rex huius decrementi fuit Sedechias, qui captus, & exoculatus, ductus est in captiuitatem: & deinceps nemo rex est vocatus de Hebræis usq; ad Christum: sed eorum rectores dicebãtur duces. Hæc in prima domo, siue templo, à Solomone ædificato, facta sunt: & hoc est, quod dicitur in ecclesia Solomon fuit luna perfecta in suis diebus, id est, recipit optimum influxum a malchut. Vnde sol & luna, sunt uera lumina in Archetypo: & non imaginaria. Vnde propheta canit. In sole posuit tabernaculum suum. nec enim taberna

culum-

culum hoc posuit in sole imaginario. Hinc Iohannes quoque dixit signum magnum apparuit in cælo, empyreo videlicet. Mulier, amicta sole, non quippè hoc visibili nobis: qui nunc apparet, nunc occultatur, sed illo perpetuo & vniformi. Qui sol aliquando (vt Malachias ait) ortus est nobis. Et de vtroque luminari idem propheta in persona Dei decãtat, ad filium dirigens sermonem. Thronus tuus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum. synaga enim fuit luna. Ecclesia verò sol, vt igitur propheta indicaret Christum esse regẽ ac dominũ vtriusque familiæ, vtrumque nominauit. nam synagoga a luna supramũdana potissimè. Ecclesia autem a sole iustitiæ, qui ei ortus est, fauorem suum præcipuum comparauit. Quamuis vtraque ab vtroq; luminari influxum ac fauorem susceperunt. Et nonnulli ex antiquis nominarunt solem & lunam fratres. Alii uerò coniuges. Et hoc quia simul fuerunt geniti, vt habetur. Fecit Deus duo luminaria magna: Hinc gemelli dici possunt, coniuges quoque dicuntur: cum luna suscipiat & grauidetur à sole: sicut femina à viro. Geruntq; sol & luna imaginem supramundanorum luminarium, quorum luna a secretioribus theologis dicitur speculum non lucens. non enim

enim lucet, nisi quatenus á sole lumen suscipit, & per lumen, alia omnia in inferiora lumen distribuendo nutrit. Ideo dicit Plato. Luna sita est in medio mundi. Aliqui hoc dictum exponunt de luna planeta materiali. cum ipsa sit extremum cælestium, & corruptibilis mundi quodammodo principiũ. Nam per eam, tanquàm per matricem quãdam, planetarum omnium influxus ad inferiora descendunt. Sed cum luna potius ad corpora, quàm ad animam respiciat, quomodo potest hoc intelligi de luna hac inferiori visibili? Intelligitur igitur de luna supramundana, quæ á cabalistis, dicitur mare magnũ: vbi sunt aquæ illæ, de quibus srciptũ est. Producant aquæ serpituram animæ viuentis. Intelligitur etiam de sole supremo, qui est in medio archetypi, & veri mundi. Primus fons vitæ eäistens, omnibus aliis potum præbens. Hi duo planetæ particulari influxu fauent, vnus scilicet sol fauet religioni christianæ: alius scilicet Luna, fauet sectæ Iudæorum. Habemus enim ab astronomis peritis, quod fauor à stellis & aspectibus earum expectari potest pro nato, maxime in Horoscopo. Et exemplificat Ptolomeus in principio quadripartiti, tam ex ratione, quia sydera non sunt ibi frustra posita, quàm ex quotidiano experi-

mento, quamuis a vulgo non obſeruato. nã (vt ipſe ait. & ſicut omnes etiam ruſtici cõprobant) a ſole & luna, in variis ſignis, & cum variis aſpectibus currentibus, variis effectus diuerſimodeq; diſpoſitiones in corpora inducuntur. Sic a ſapientibus Aſtronomis comprobantur multiformes aliorum ſyderum & aſpectuum ipſorũ effectus. Quòd autem horam natalis pleriq; obſeruãt, a ratione naturali non diſcrepat. Nam ſicut pãnus, vel carta, fortius ſuſcipit: primos colores, & penê indelibiliter: ſic etiam corpora & carnes infantium ex vulua matris exeuntes tenacius primam aeris impreſsionem ſuſcipiunt. Hinc ex ipſa hora magis aſtronomi diiudicant. Nec inde iudicare debent niſi diſpoſitionem corporis: nec plenè, cum interueniant (vt ibidem Ptolomęus ait) pro diſponendo corpore, genituræ, cibi & mores. & fauor ſup. ſupernorum planetarum, à quibus inferiores vim ſuſcipiunt & influxum. Nam ipſi ſupercæleſtes planetæ in nos influunt, ſicut dixi de luna Archetypa, quæ Iudęis fouet. Ideo Deus iuſsit ab illis obſeruari, Neomenias aut nouilunia. vt videlicet habeatur fauor à luna, non ab hac infima, quia corporalia ſpiritualibus non conferũt. Ideo ad ſupramundanam lunam alludit, à qua verus fauor ſpiritualis accipitur. Quę

luna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

luna (secundum secretiores Theologos) nūc repletur, nunc vacua manet, nūc autem semiplena pro dispositione mortalium. Si.n. mortales implent Dei mandata, tunc illa lumine impletur diuino: & è conuerso eua cuatur. Cui lunę respondet synagoga (vt dixi) quę per generationes quatuordecim creuit ab Abraham, vsque ad Dauid. Sub ipso enim & sub eius filio Solome fuit plena, postea cœpit deficere vsque ad Sederchiam, quo in captiuitatem deducto, extincta fuit. Celebratę autem fuerunt Neomenię & nouilunia, quando cœpit synagoga & plenilunium tempore templi. Hinc in Ecclesiastico dicitur. Simon Onię filius quasi luna plena, in diebus suis lucet. Nam vt paulo ante dixerat, altitudo tēpli ab ipso fundata est. Nunc autem, non lunam amplius obseruamus nos christiani: sed solem, qui ortus est nobis, & errexit Ecclesiam solarem. Vnde de vtroque Psalmus canit. Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in ęternum. Est tamen lux magis naturalis soli, quàm lunę, quamuis ambo in scriptura sacra dicuntur duo luminaria. Nam luna habet a sole, vnde luceat: similiter & alia sydera, ordinatum est etiam, vt vnus sit sol verus, a cuius luce omnia alia illuminantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Nam sancti omnes stollis cõparãtur a Da-
nielle & Paulo, immo ab ipso Deo. Beata
vero virgo lunæ. Vnde omnes illuminan-
tur á Christo vero sole: cuius hic inferior
typum gerit. Ordinatum est etiam, vt hæc
duo luminaria magna sint ad instar lumina-
rium supramundanorum, quorum alterũ,
sol videlicet, dicitur a secretioribus Theo-
logis speculum lucens, luna vero speculum
non lucẽs. Sicut Luna ergo fuit plena in So-
lomone, à simili fuit plenus sol tipheret in
vero Messiah: sol nõ crescit, nec decrescit ad
modum lunæ: sed Eclypsim quandoque pa
titur: verum in Christo Messiah fuit ple-
nus, quia in ipsum tantum influit, quãtum
vmquam influerit in oẽs alios, immo fuit
plenus gratiæ, & veritatis, adeo, vt de ple-
nitudine eius omnes accipiamus, secũdum
Iohannem, vnde lex euangelica dicitur lex
solaris. vnde Dauid: vnum iuraui per sancti
tatem meam, si Dauid mentiar, semen eius
in æternum manebit, & thronus eius, sicut
sol coram me: velut Luna stabilietur in æ-
ternum. Hoc dicit ad ostendendum, quod
non modo sol Tipheret plenus fuit in Mes-
siah: verum etiam Luna malchut. Christus
enim vtroque influxu gaudet. hoc affirmat
Rab. Iohanam, & Rab. Solomõ super illud:
& erit in die illa, & oblita erit Sion, &c. di-
cit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cit: timebunt te cum ſole, & ante lunam, generationem, & generationis. ac ſi ita dicat: Meſsiah, de quo ſcriptũ eſt ante ſolem yin non, ideſt, filius, ſiue genitus nomen eius, timebũt te Iſraelitæ. Et ante Lunam, ideſt, ante regnum domus Dauid quod aſsimilatur lunæ: ſicut ſcriptum eſt: ſicut luna ſtabilietur perpetuo, quia ſcilicet influxum recipit á luna ſupramundana. Quare Chriſtus quoque dicitur Solomon: patet in Midras ſir aſirum, ideſt, in expoſitione cantici canticnrum, ſuper illud. Egredimini, & videte filię Sion Regem Solomonem cum corona, qua coronauit eum mater ſua. ſic dicit. Egredimini, & videte filiæ Siõ, id eſt, ſignati filii mihi cum raſura, & circumciſione, ac fimbriis: Regem Solomonem, ideſt, Regem pfectiuum, qui creauit omnes creaturas ſuas Selomoth, ideſt, perfectas: creauit nanque ſolem, & lunam cum eorum plenitudine. Adam quoque, & Eua, ſicut filii. 20. annorum creati fuere (vt ſupra patuit) Fuit igitur ſol plenus, & luna plena in Chriſto, qa Tipheret & Malchut ipſum inundarũt ſuo influxu. Hæc, & alia poteſt quis intelligere, qui profundus, modo prædicto fuerit in cabala.

P.M. Ex præcedenti conclusione intelligi potest, cur euãgelista Matthæus in. 14. illis generationibus ante Christum quasdam dimiserit.

P.A. Christi geneologiam duo euangelistę descripserunt: videlicet Matthęus, qui ab Abrahamo, cui facta est repromissio de Christo per generationũ successionem, vsq; ad eius natiuitatem descendit. Et Lucas qui ab ipso Christo vsque ad protoplasti Adam, a Deo creatum, ascendit, ordine retrogrado. Hæc autem Christi generatio, siue genealogia, ex diuinis libris, & ex breuiario Philonis comprobari potest, vt per pulchre deducit Iohannes lucidus de temporum emendationibus. Sed, quoniam á Iahacob vsque ad regem Dauidem, Christi generationes omittuntur, & quia tempora in eis certa non habentur, sed per Hebręorum duces, quorum tempora certiora inueniuntur: ideo annorum ordinem describam: atq; vt eius genealogia plenè cognosci possit, sub epilogo eã nunc breuissimè ponam. Prius igitur secundum Lucam solũ ab Adamo vsq; ad Abraham singulas generationes recensebo: in qbus nulla, vel parua difficultas inest.

Deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Deus creauit Adamũ, Gene. 1.

Adam genuit Seth. Seth.g.Enos. Enos.g. Chainam. Chaynam.g.Malaleel. Malaleel g.Iared. Iared.g.Enoch. Enoch.g.Mathusalem. Mathusalem.g.Lamech. Lamech.g, Noe. Noe.g.Sem.	Gen. 5. Et par. 1

Sem.g Arphaxat. Gen. 11. & 1. Paral. 1.
Arphaxat.g.Sale. cognominatus chaynam.

Sale.g.Heber. Heber.g Phalech. Phalech.g.Rheu, vel Ragau. Rheu.g.Saruch. Saruch.g.Nachor. Nachor.g.Thare. Thare.g Abraham.	Gene. 11. Et 1. Paral. 1.

Secundum Lucam, & Matthæum simul sequentes generationes ad Dauid inclusiuè, nullam dissonantiam prætendunt.

Abraham.	g.	Isahac	gñ.	21.
Isahac.	g.	Iahacob	gñ.	25.
Iahacob.	g.	Iudam	gñ.	29.
Iudas.	g.	Phares.	gñ.	38.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Phares	g.	Esron	
Esron	g.	Aram.	
Aram	g.	Aminadab	
Aminadab	g.	Naasson	
Naasson	g.	Salmon	Ruth 4. & 1.Paral.2.
Salmon	g.	Booz	
Booz	g.	Obeth	
Obeth	g.	Iesse, vel Isai	
Iesse	g.	Dauid	

Dauid rex genuit Natan, & Solomonē ex Bersabeæ, utrumq; sequitur Luc. lineā nathan: & Matthæus lineam Solomonis.

Regni successores
Nathā 2.Reg.15. & 1.Paral.3. Matthā, vel Eleazar.3 Reg.4.

Meuna
Malcha
Eliacim
Ionas
Ioseph
Iudas
} Ex Luca & philōe

Reges ex successiōe
Simeō, qui& Ioas & Heli 4.Reg.11.
Leui qui& Amasias 4.Reg.14.

reges Iuda ex successiōe
Solomon 2. Reg. 12.
Roboam 3. Reg. 14.
Abias 3.Reg.15.
Asa 3. Reg. 15.
Iosaphat 3.Reg.22.
Ioram 4. Reg. 8.
Ochozias, q & Ioachaz habetur. 2. Paral. 22.
In hoc deficit linea Solomonis & ideo Mathęus ad lineā Nathan diuersit cum Luca relinquens tres Reges, Ochosiam videlicet Ioas, & Amasiam.

Matthat qui& Azarias, & Ozias 4.Reg.15.

Iorim

Iorim qui & Ioathan 4. Reg. 15.	Ex Luc. Matt. & philone.
Heliefer q & Achaz 4. Reg. 16.	
Iesus qui & Ezechias 4. Reg 18.	
Her qui & Manasses. 4 Reg. 21.	

Helmadan, qui & Amon 4. Reg. 21.
Thosam qui & Iosias 4. Reg. 22.
Addi qui & Ioachaz 4. Reg. 23.
Melchi, qui & Ioakī vel Eliakī 4. Reg. 23.
Neri, qui & Ioakim, Iechonias & Helih. 4. Reg. 24.
Salathiel, qui & Mesezebeel 1. paral. 3. & neem 3.
Zorobabel qui & Barachias genuit Rhesa & Abiud fratres videlicet Misciolam, & Ananiā. 1. Paral. 3. & neem. 3.

Ex Luca & philone		Ex Matthæo Euang.
ꝓsequitur Lucas lineā Rhesa		& Matth li neā Abiud
Rhesa, q & Misciolā 2 paral. 3.		abiud, quæ
Iohanna ben Rhesa		Ananias .i. paral. 3.
Iudas cognomine Hircanus		Eliachi
Ioseph, vel Iosephus		Azor
Semei, qui & Abner		Sadoch
Mathathias, qui & Helih		Achim
Maat, qui & Asar		Eliud
Nage, vel Nagit qui & artaxat		Eleazar
Heli, qui & Agai		Matthā
Naun, qui & Masloth		Iacob
Amos qui & Scirach		Ioseph vir
Mathathias, qui & Syloa		

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Ioſeph, Iunior, qui & Arces. Ianne, vel Ianneus, qui & Hircanus, ſecundus.	} Mariæ de qua natus eſt IESVS.

Ex Luca & Syrorum libris.

Melchi	Heli qui & Ioacī pater Mariæ
Leui	Maria mater Chriſti
Mattat	IESVS filius eius.

Lucas ergo proſequitur generatiões omnes iuxta naturã procedentes directè, ſecundum lineam Nathan. & incepit à patre Mariæ, qui dictus eſt Helich, ve Ioachim: fuit enim binomius. Nam Rab. Haccados in reſponſione ad petitionem tertiam Antonini cõſulis vrbis Romæ, affirmat, ex reuelatione ſibi facta ab Helia matris Meſsiæ parente, duplex habiturus nomen vnũ Helich, alterum Iohachim. Et poſtmodum Rab. Achanas ait. Erat quædam puella in Bethlehem Iudæ nomine Maria Ioachim filia, Helich de Zorobabelis genere filii Salathielis ex tribu Iudæ. Hæc ille. Maria igitur fuit filia naturalis Helich, ſiue Iohachim Ioſeph autem marię vir fuit, eiuſdem Ioachim gener: & ex conſequenti eius filius legalis ex affinitate fuit: nam ſicut Maria in primo gradu erat conſanguinitatis ad patrem ſuum: ſic & Ioſeph erat in primo gradu affinitatis ad ſocerum, cum verum fuerit matrimonium inter Ioſeph, &

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Mariam. Idcirco Lucas dicit: quod Christus putabatur filius Ioseph, qui fuit Helich, filius scilicet legalis: & loco Mariæ ponit virum suum, secundum scripturarum consuetudinem Matthæus: verò describit primo generationes, secundum lineam Solomonis, vsque ad eius extinctionem: qua deficiente postea coactus est ad lineam Nathan diuertere: ex eo namque geniti erant regni successores. Et Matthæus cum Luca conuenit vsque ad Zorobabel, sed quoniam ipse Zorobabel, qui & Barachias Salathielis filius, duos genuit filios, Rhesa videlicet qui dictus est Misciollam: & Abiud, qui dictus est Ananias: Ideo Lucas prosequitur lineam Natham per filium eius Rhesa, vsq; ad patrem Marię, & Matthæus eandem lineam prosequitur per filiũ eius Abiud, vsque ad patrem Ioseph, coniugis Mariæ: itaque vterq; est natus ex semine Dauid per lineam Nathan: sed per vnum ramum (per Rhesa scilicet) nata est Maria: & per alterum (scilicet per Abiud) natus est Ioseph. Hæc nobis ostendit Philo Hebręus, & Ioannes Arenius. Hunc genealogiam, describit etiam Galatinus: sed in quibusdã errauit, quæ breuitatis causa omitto. Nulla ergo dissonantia reperitur inter Matthæum, & Lucam: sed uterque ueram declarat

ge

genealogiam. Cæterum Matthæus nõ nullos relinquit (vt dicit Hieronymus) vltra rationem ab eo datam, propter eorũ scilicet indignitatem, sed cabalistæ aliam adducunt rationem: vt generationes videlicet tantũmodo diuisæ sint in numerum. 14. vt conformes fiant cursui lunæ: non enim conuenirent in augmento, & decremento cum luna, vt supra vidimus. Et Matthæus in cabala edoctus, illos prætermisit ob talem concordantiam, vt puto.

P M. Cum fieri lucem nihil sit, aliud, quã participare lucem, cõueniens est valde illa cabalistarum expositio, vt in ly, fiat lux: per lucem speculum lucens intelligamus; & in ly, facta est lux, speculum nõ lucens.

F. A. Ab initio Deus fecit duo luminaria magna, vt essent in signa, tẽpora, dies & annos. Nam reuolutio solis a primo mobili deducta, diem claudit: propria autem reuolutio, facta contrario cursu, annum: aspectus quoque luminarium, sunt futuri euentus potissima signa, serenati aut alterati Aeris. Ad quod licet planetarum cæterorum aspectus concurrant, id tamen attribuitur præ-

cipue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cipue luminaribus: & potiſsimè lunæ, quæ peculiariter facta dicitur eſſe in tempora: ſolemnitates videlicet mobiles: vt vocabulū, mohadim מועדים indicat. In plenilunio. n. feſta mobilia (Deo, non ſine magno myſterio, iubente) celebrantur. Quamuis enim dicat Deus Ieremiæ. A ſignis cæli nō timueritis: ſicut gentes timent: in Geneſi quoque tamen dixit, quôd luna debebat eſſe in menſes, & ſolemnitates. Vnde & Neomeniæ omnes in nouilunio celebrabantur. ſecernebat igitur Deus pleniluniū pro ſolemnitatibus celebrandis, quia tunc: illuſtrato aere in die per ſolem, & tota nocte per lunam, poteſtates tenebrarum fugatæ a lumine, minus in mortales præualebant latitantes in cauernis: ſicut propheta, canit. Ortus eſt ſol & congregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabuntur. Et, qui congregantur, ſunt catuli illi leonum, beſtiæ ſiluæ: Onocentauri, Harpyę, Tigrides, & huiuſmodi portentorum genera, humani generis hoſtes ſignificātia: de quibus præmiſerat propheta, dicens. Poſuiſtī tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. Per hanc lunā, Deus alludebat (vt dicit zohar) ad Archetypam lunam, quæ lumine repleta ſuperni ſolis fęlicius influit, quàm priuata lumine,

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quæ quidem lunã supramundana, dicitur à secretioribus theologis speculum non lucens. Nec enim lucet, nisi quatenus illustrata sit a sole illo diuino. Cuius solis ac lunæ archetypæ, ista duo luminaria typum tenent. Ideo dicitur quod luna nocti dominatur: quia lux eius, qualiscunq; sit, melius in nocte discernitur, quam in die. Et quia ipsa in die cedit soli, tanquam marito & Galo cæli. Quia tamen ipsa ducit & reducit aquam tam die quam nocte (vt patet in fluxu ac refluxu maris) videtur etiam operari in die. prçest ergo nocti: quia præest nocturnis potestatibus, quæ lucẽ diurnam & solarem fugiunt, ut dixi, nam lunç lumen non timent: vt ibidem dicitur. Facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluç, catuli leonum rugientes. Altius conscendens. dico quod id ad supramundanam lunam refertur, quæ nocti præest, id est, reis & obtenebratis: nisi perfundatur lumine solis superni: quia tunc est bonis benefica. Duo ergo luminaria sunt à Mose descripta, vnum maius, & alterum minus; luminare maius dictus est sol eo quod solus luceat per essentiam: luminare uerò minus a maiori dictum est per participationem luminare. maius primæua in ge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

neratione sui omnem potestatem obtinuit in cælo, & in terra, superiora enim. ac inferiora illuminat. de quo dicitur. Fecit Deus solem, vt potestatem haberet in diem: per quam omnes tenebras fugat, & tanquam omnium ornamentum sedet, sicut Rex in meditulio errantium siderum, omnia ornans: ac decorans: ad cuius gressum omnia regulantur adeò, vt eorum motus idem dicantur diurna, vel nocturna, meridonalia, vel aquilonaria, orientalia, vel occidentalia. Est insuper inter sidera tanquam statua, & imago summi opificis, & est exercens potestatem in interiora, sine ulla pietate tyrannica. Dicitur præterea Apollo: eò quod vis eius ex multis ignibus constet, omnium scilicet siderum vim, lucemq́; solus continens. Nec stellarum concursus, effectus suos conducunt: quousq; phebeio semine grauidentur; Cui & gallus (qui datur, vt galinarum oua sint fœcunda) dedicatus est. Hinc opinatur Chrysippus Apollinem dici ab â quod est sine, & poly, multitudine, quasi solus cæleorum, siderumq́ue vim continens: vnde latini solem dicunt, quasi solum lucentem: & Assyrii, Addad, quod eorum lingua solum significant: Hebręi uero, semes שמש quod pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

prium, interpretari poteſt: eô quòd lux & eius beneficium ſibi ipſi ſit proprium. Cætera uerò ſidera ab eo vtrumq; impartitum habent. Vulcanus quoque eſt à maiori vi dictus, ac violentia ignea vel quia canus, id eſt, candidus in flamma volat: & alia plura ſibi competunt, quæ cauſa breuitatis omittimus: quæ omnia ſoli archetypo competunt (qui dicitur typheret) loco Meſsiæ data eſt enim illi omnis poteſtas in cælo, id eſt, in ſeptem ſephirot inferiores archetypos: & in terra, ſcilicet viuētium, dicta Malchut, quę luna Archetypa cognominatur. quare Meſsias dimenſionis illius dominus, dicit. Ecce vobis dedi poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem inimici virtutem. dat etiam poteſtatem, vt filii Dei fieri poſsint: & hoc per lucem: quę illuminat omnem hominem, & tenebras peccatorum detegit & tenebras infernas deiicit, vnde Iob: cum ſubito apparuerit aurora, arbitrantur umbræ mortis. Et Dauid (cum loqueretur de catulis leonum, quærentibus ab elohim deuorandi licentiam) ſubinfert. Ortus eſt ſol, & congregati ſunt & in cubilibus ſuis collocabuntur (vt ſupra dixi) reſpondet hic ſol ſupremo ſoli, tipheret Meſsię tanta conſonantia, vt Plato eum nocet conſpicuum ſummi boni

filium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

filium, nō quidem primum, sed Messiam, secundum scilicet, per quē in primi cognitionem deuenimus. Et Iamblicus illum vocat imaginem diuinæ intelligētiæ, chocmah scilicet filii, seu Messiæ, qui potestatem non tyrannidem exercet in omnes: nā est illi data potestas in cælo, & in terra. Nec rapinam arbitratus est se Deo esse æqualem. quare igneus est, plures habens in se ignes, id est, dimensiones omnium virtutem. In signum beneficii, ab ipso sole archetypo recepti, prisci instituere orationes publicas, accenso lumine facere. Hinc Pythagoras in symbolis. ne loquaris de Deo sine lumine. Atque per hunc solem vim sui influxus prę stat, vt luna Malchut fœcunda sit, & pariat. & tantum habet, quantum recipit à sole tipheret. Et, sicut luna inferior planeta est matrix omnium planetarum (influūt enim omnes planetæ in ipsam tanquam in vltimum, suscipiens omnes superiorum influxus, inferioribus communicandos) sic luna diuina nobis omnia immediate cōmunicat, quæ a superioribus canalibus imbibit, iterū refundenda. & quamuis vltima sit planetarum: connumeratur tamen cum illis inferioribus planetis: sic Malchut cum diuinis illis mensuris. & sicut luna effectus varios sensibiles producit (quia quandoq; est debilis,

quandoq; potens est, vt in plenilunio patet) sic Malchut quãdoque potens, qñq; est debilis, secundum aspectus multiplicitatem ad solem tipheret. Dicit ergo conclusio. Qñ Gen. textus dicit. Dixit Deus, sit lux. Non de luce aduentitia intelligitur: vt opinantur aliqui de nebula quadam, quousq; sol produceretur. Sed de luce illa, de qua Iohannes, ait. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux. Per vitam enim illã sapientes communi sententia interpretantur esse ideale & viuum. Quod omnia habẽt in verbo, Iuxta dictum Arati, ab Apostolo comẽdatum: in ipso viuimus, &c. Et ab hac luce vnumquodque habet, vt sit, viuat, informetur & appareat: vt de ipsa loquendo exponit Plato. Euãgelista igitur declarat, quòd verbum, vitam & lux idem sunt: per quæ omnia producta fuerunt. Est nẽpe lux ista, splendor, ad quem nobis (vt zoroastres docet) festinandum est: & declarat, dicens. Festina ad splendorem patris vnde tibi demissus est animus. Qui pater etiam a Iacobo dicitur pater luminum. De quo etiam Paulus loquitur, dicens. Pater habitat lucem inaccessibilem. A qua luce venit illa, quæ omnia illuminat, quæ est Christus. Hinc Ecclesia canit. Lumen de lumine. Venit inde quoque omnis anima, radius quidam diuinitatis

uinitatis existens. Ad quam fontanam lucem nobis redeundum est. Rerum enim series exigit vt vnumquodque redeat ad locum, vnde venit luxta illud Eccl. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Festinãdus est autem hic reditus. Iuxta dictũ Apostoli. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Quamuis tamen homo sit productus ad requiem illam posſidendam: tamen viam eius ignorat, nisi diuino lumine collustretur: sicut Baruch aperte testatur, dicens. Non est, qui posſit scire viam eius, neq; qui excogitet semitas eius. Hinc indigemus diuina luce ductrice, vt videamus, vbi figere pedem debeamus. Iuxta prophetæ dictum. Lucerna pedibus meis, verbum tuum, & lumẽ semitis. Cui adstipulatur Xenophon, dicens. Omnibus patens est diurnas res cõprehendi cognitione humana non posse. Hinc debemus Deum ipsum pie ex animo colere, illuc leuantes oculos, vt illuminemur. Quod exemplo suo Vates docet, dicens. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Idemq; Lactantius longo sermone testatur, dicens. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat, aut Anaxagoras lumen in tenebris videat: aut Democritus veritatem è puteo extrahat: aut Archesilas & Carneades aliquid sentiant &

 parti

participent. Et tandem post multa conclu cludens, ait. Vt suscipiamus doctorem è cælo lapsum, sine quo laboramus frustrà. Et hoc quia ipse est sol, id est, solus lucens, & per quem cætera lucent. Hanc lucem dedit Deus pater mundo quando dixit. fit lux scilicet illuminans omnem hominem & angelos. Cuncta enim participant de illo lumine, quia de plenitudine eius omnes accepimus (vt dicit Iohanes) quia est speculum lucens per naturam. Et facta est lux, id est, participata est à creaturis illuminatis. Quia tamen Deus immediate nō agit nobiscum, sed medio malchut seu regno, quod dicitur speculum non lucens, scilicet à se, nam illuminatur à sole supremo Tipheret dicto. Ideo de illo dicitur. Et facta est lux, id est, malchut speculum non lucens á se, illuminatum fuit a tipheret sole Archetypo.

P.M. Quod dicunt cabalistæ beatificandos nos in speculo lucente reposito sanctis in futuro sæculo: idem est præcise sequendo fundamenta eorum: cum eo, quod nos dicimus beatificandos sanctos in filio.

Ho-

f.A? Hominem esse propter beatitudinem formatum probat Augu. 13. de trinitate & ad talem beatitudinem, ipsa natura compellit & in libro confessionum idem ait. Fecisti nos domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec rrquiescat in te. ratio huius est: quia nihil quiescit nisi in eo: á quo primo processit. Exemplum naturale de patre familias: qui relicta patria, ad aliena peregrê proficiscens, ad propria reuerti desirat licet: ibi multa bona possideat: non. n. quiescit nisi in termino, à quo primo processerat: quare Christus dixit. Exiui à patre, & veni in mundum iterum relinquo mundum, & vado ad patrem nam Christus non quiescit nisi in patre essẽtiali sumpto, á quo exordium sumpsit. Flumina quoque (vt Eccle. ait) egrediuntur ex mari: & semper in continuo motu sunt, donec illuc reuertantur. cum igitur anima nostra sit á formarum datore scilicet Deo: sequitur, quod solum ĩ Deo beari habet. Beatitudo seu vera gloria, in quo consistat, diuersa est opinio. nam Thomas ponit illam in cognitione, vel visione Dei: Iuxta illud Christi. Hęc est uita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum Scotus vero, in fruitione & amore. Plato autem in transformatione & vnione cum Deo

 per

per intelligentiæ & amoris vim. Quod Plotinus, vbi de vno, & beatitudine tractat, longo sermone prosequitur: non discrepans a Christo, qui patrem rogauit, vt omnes vnum fierent, in eo, sicut & ipse patri vnicus erat. Et hoc per transmutationem quãdam in ipsum Deum. Iuxta illud Apostoli. In eandem imaginem transformamur. Et Plato in sympoũo loquitur de amore Dei erga creaturas, non intelligens amorẽ vniuersalem, quo Deus mundum fabricauit: & totam hanc machinam connexit. Iuxta illud prophetæ. Verbo Domini cæli formati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Sed de amore gemino, per suas geminas veneres denotato. Et quamuis altera venus spiritualem, altera vero corpoream pulchritudinem significet: vel altera rectum, altera vero obliquum amorem denotat. Illæ tamen Veneres in Deo, possunt intelligi per hunc amorem, qui etiam Deo attribuitur, & à Deo exoritur: habẽs principium per conuersionem ipsius Dei in seipsum. Potest etiam intelligi de Angelorũ amore, aliarumq; creaturarum, nato (vt ipsemet ait) in hortis Iouis ex coniugio peniæ, & pori. Penia enim egestatem significat, porus autem affluentiam. Vnde innuitur, quôd amor nascitur ex inopia rei,

quæ quis caret (ſi enim illam haberet, non appeteret) & ex abundantia rei quam appetit. In hortis autem Iouis naſci dicitur, quia rectus & æquus amor eſſe debet. Porus quoque dicitur filius conſilii : cum non ſine cõſilio, & matura deliberatione appetenda ſit abundantia. Et talis amor eſt in Deo, & ſi nullius egeat, ſecundum pſalmographum, differt enim amor Dei ab amore creaturę : cum Deus oblectetur in diſtribuendo, & donando : homo autem, vel creatura, in ſuſcipiendo. Et ideo creatura ex indigentia habere appetit : Deus autem ex affluentia, diſtribuere oblectatur : & cũ omnia à Deo nobis donata ſint per filium, per quẽ fecit & reparauit omnia, ideo ipſe dicitur porus, ideſt, abũdantia. Iuxta illud Apoſtoli. Quoniam placuit Deo, omnem plenitudinẽ habitare facere in eo. Et inſuper non tantũ dicitur filius conſilii : ſed magni conſilii Angelus: cũ ſciat optime conſulere, quantũ nobis tribuat, & quantum petere debeamus. Vt autem horum ſapientum dicta in vnũ conuenire videantur dicimus, ꝙ beatitudinis principium eſt in cognitione : progreſſus in fruitione, complementum vero in vnione. Et hoc quantum ad eſſentialia. conſequentia autem ipſam beatitudinem quamplurima ſunt, æuiternitas videlicet : dura-

tio, incorruptibilitas, agilitas, claritas, subtilitas corporis immo transmutatio in sortem spiritualem, corona multiplex; pro statu & conditione cuiuslibet, siue martyrum, siue doctorum & huiusmodi. Quę omnia concludit Augu. vno sermone, dicens. Beatus est, qui habet, quicquid vult, & quicquid desiderare potest. nam beatitudo, est status omnium bonorũ aggregatione perfectus. Et quãuis creatura sit finita, tamẽ Deus datur nobis in fruitionis obiectũ: sicut dixit Deus Abrahæ. Ego ero merces tua magna nimis, qui tamẽ est infinitus. Qui Deus in denarium se extẽdit, nunquã tamen ab infinitate & vnitate sua descendit. Ipse est denarius laborantibus in vinea dñi promissus. nam ipse Deus & si idẽ est, distribuit tamen & præbet seipsum (prout vult) in primeua distributione. in remuneratione autẽ prout vnusquisq; meretur. Vnde non dat se totũ vnicuiq; secundum rationem infiniti, sed secundum portionẽ quandam, eo modo, quo portio potest esse in Deo. Est autem portio in Deo respectu accipientis, non autem dantis. Hinc Dauid canit. Dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium. Non tamen videlicet eorum quæ mihi contingere possunt, sed eorum, quę ex Dei bonitate mihi debentur. Quamuis

igitur

igitur Deus beatificet nos in illo denario su pradicto, seu in decem illis mansionibus. præcipuè tamen, beatificat nos in Tipheret lucente speculo Christo, teste ipso & dicente. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hæc cognitio haberi non potest sine mente, quam, lumen diuinum, & lucem omnes illuminantem esse dixi. sine quo lumine Deum cognoscere vel contẽplari nequimus: sicut nec solem, nisi solis lumine uidere valemus. Regnum enim Dei est diuinitatis habitatio in nobis per lumen, & amorem ipsius Dei. Quod lumen cum Christus nobis attulerit, non immerito de se loquens, ait. Hæc est vita æterna, &c. Quare patet veritas conclusionis, quæ dicit. Nos beatificandos in filio. Verũ est tamen quod per vnionem quam habemus cum spiritu sancto nobis magis domestico, deuenimus ad illam supremam lucem patris æterni cheter Elion nominatam: in vno est vera & perfecta beatitudo: quia virtus collecta scilicet denarii diuini supradicti, fortior est seipsa dispersa in decem. Hinc Christus laudauit hoc vnum, dicens: porrò vnum est necessarium. nam in ipso est summum bonum collectum, tãquam in primo fonte. Et quia istud vnum pater, omnia sua

dedit

dedit tipheret filio ſuo, ideo cabaliſtæ bene dicunt, dicendo nos beatificandos in filio. In domo patris Chriſti multæ ſunt manſiones (ut dixi) ſicut teſtatur ipſemet. quę manſiones ſecretiores theologi ſephirot, ac dimenſiones ſiue numerationes vocant. Quę decem ſunt: quæ nobis in præmium dantur, ſicut oſtendit nobis Chriſtus in conuentione facta ex denario diurno cum agricolis, id eſt, fidelibus, in vinea euangelicæ legis laborantibus: qui præmium in denario numero ſupradictarum decem ſephirot accipient. Et, quanquam omnes prædictæ manſiones ſigillatim ſatis ſunt ad beandum: pręcipuè tamen vna datur cæteris præſtantior ad talem effectum: quæ eſt, Tipheret, qui eſt pater vitæ, & ſol Archetypus, omnem hominem illuminans. Et hoc eſt, quod dicit hic doctor. nos beatificandos in lucem ſiue in ſpeculo lucente de ſe, á nomine participante. Cuius dimenſionis Meſsias eſt dominus quapropter ipſe dicit: ego vitam æternam do illis: quia (ſupple) ſum beatitudinis obiectum: vt Iohan. teſtatur per ſupradicta verba quia tale obiectum eſt in medio dimenſionum ſupradictarum, extremorum influxus participans ſcilicet tam ab his qui adextris degunt, quam ab his qui à ſiniſtris.

qua-

quare Tipheret pulchritudo vocatur: eò quod perfecta existat: quia pulchrum idem est quod perfectum. hoc nouit Plato. qui in libro de pulchro, siue honesto, inducit Socratem: & Hippiam disputantes. & Socrates ibi agit aduersus Hippiã sophistam: qui cum ignoraret, se scire putabat, quæ ignorantia animum reddit indocilem. & ibi quid pulchrum sit, haud satis docet: sed, quid non sit, ostendit, & falsas opiniones redarguit. Interrogat igitur socrates Hippiam: quid ipsum sit perse pulchrum, quo reliqua omnia pulchra fiunt. & quamobrem omnis multitudo ad vnũ, quod in multitudine est, reducitur, Quare, cum multa sint pulchra, oportet singula per pulchritudinem omnibus cõmunem, ac omnibus insitã esse pulchra, & pulchritudinẽ, quæ in omnibus est, sicut in alio est, non in seipsa: sic ab alio: non à seipsa pendere: vnũquodque in singulis, pulchrũ hoc Plato vocat formã in omnibus, pulchritudinem, speciem et ideam supra omnia, ipsum pulchrum. primum sensus attingit, opinioq;, secundum, ratio cogitat, tertium mens intuetur. in primis itaque Hippias pulchram uirginem, ipsum pulchrum esse respondet. Hoc est falsum, dicit Socrates non enim cuncta quæ pulchra sunt, per virginem pulchra sunt

&

& virgo, si cum brutis cōparetur, pulchra, si cum Diis, deformis apparet: quare non magis pulchra, quam turpis esse videtur, tunc Hippias: Aurum quippè ipsum pulchrum est, quo omnia fiunt pulchra. quod eadem ratione respuit Socrates. nā aurum quibuscunque conuenit: pulchra illa facit: sed cum decet: quocirca non sui magis, quā alterius ratione res ornat: nec aurum solum est, quo cuncta ornātur, sed argentū quoq;, ac ebur, &c. loco tertio Hippias aliud quiddam infert, quod etiam proprium est potius, quam commune. pulchrum inquit, corpore bene ualere, diuitem esse, & honoratum senem mori, & sepeliri a filiis, sepelisse parentes. sed falsum hoc omne patet: non enim. res omnes, præter hominem, pulchræ hoc ipso reddūtur. Hoc præterea inter homines forte pulchrum: inter Deos, Deorumq; filios. turpe est, ubi parentes non moriuntur. Tunc Hippias: illud est summum pulchrum, quod est conueniens. Cui Socrates. Hoc minimê est verum, nam lebeti habere cōuenit operimentum: tale igitur eperimentū est pulchrum, quo omnia pulchra sunt, siue procedunt: ꝙ est falsum. Et subdit Socrates dicens: pulchrū consistit in debita membrorum distinctione: vñ oculi nō dicūtur pulchri eo quod

sint

ſint nigri, nec quia magni: verũ: quia illi capiti ſunt proportionati. & ita de cæteris mẽbris. Plato tamen altius aſcendens, dicit ſummũ pulchrũ eſt diuinitas, quæ pulchra facit oĩa: idq, eſt Deus Tipheret ſol archetypus, Meſsias Chriſtus, cuncta pulchrefaciẽs, & illuminãs. De quo Augu. pulcher in pręſepio, pulcher in cęlo, &c. Hoc ſine, nihil eſt pulchrũ: quo circa is dicit: ſine me nihil poteſtis facere. Ab hoc pulchro arthetypo venit magnus Adã .i. vniuerſalis ſpecies humana. nam cunctis hominibus dat uitã: Ab eodem loco venit ſecundus Adam de cælo cæleſtis, Chriſtus ſcilicet pulchritudinis plenus, aliis tribuens pulchritudinem, cuncta pulchrificans, & cuncta illuminans: cum ſit candor lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula: & quantô quis illi eſt ſimilior. tanto pulchrior eſt: quare dicitur pulchrũ, quo cuncta, pulchra dicuntur: nam pulchritudo nihil eſt aliud quã ſplẽdor ſummi boni, in eis fulgẽs, quæ oculis; auribus, mente percipiũtur, perq; illa ad ipſum bonum, viſum, auditum, mentẽq; conuertens: quo fit vt pulchritudo circulus quidam diuinæ lucis exiſtat à bono manans, in bona reſidens: per bonũ & ad bona reflexus ſempiternus. Dicit igitur concluſio (Quod dicunt cabaliſtæ, beatificandos nos in ſpeculo lucente)

lucente, id eſt, in Tipheret, qui ſol archetypus dicitur (repoſito ſanctis in futuro ſeculo) id eſt, ordinato pro ſanctis, in futuro ſęculo post iudiciũ (idem eſt, quod nos dicimus beatificandos ſanctos in filio) nam dicimus nos. Hæc eſt uita æterna, vt cognoſcant te Deum, &c. etenim ipſe ſol eſt ſupramundanus, in cuius viſione beamur æternaliter.

P.M. Quod dicunt cabaliſtæ lumen repoſitum in ſeptuplo lucere: pluſquàm lumen relictum, mirabiliter conuenit arithmeticæ pythagoricæ.

F.A. Deus ſummus moderator multa permittit mala, vt inde maius & extrahat bonum: & appareat ſapientia, & bonitas ipſius moderatoris. A principio enim in mundana fabrica poſuit malum contra bonum, inuerſum contra rectũ, tenebras contra lucẽ, paſſiuũ contra actiuum, frigus contra calorem pari modo in mẽbris myſtici corporis vnũ contra alterũ collocauit: in eo dextrũ contra ſiniſtrum, Angelum tenebrarum contra Angelum lucis, malos contra bonos, Cain contra Abelem, gigantes contra Noe, Pharao contra Abrahamum, Eſau contra Iahacob,

cob, Magos contra Mosem, diabolum contra Christum, & hic omnia suum habent contrarium. Mundus enim cum sit bifarius, ex duobus constat crateribus. Multi tamen asserunt dicentes: Mundum vnum esse ab vno opifice fabricatum: & est animal vnum, cum anima vna, cuius omnia creata sunt membra. In quam sententiam omnes philosophi, nec non & theologi nostri veniunt. Quamuis antiquorum nonnulli, mundorum pluralitatem non abhorreant. De quo in præsentia non est disserendum. Hic tamen mundus vnicus, à summa vnitate, plerisque in locis bifarius dicitur. Regnum, inquit, meum, non est de hoc mundo, & iterum. Testimonium, perhibeo de mundo, quia opera eius mala sunt. Vbi alludit ad craterem inferiorem, in quo sunt omnia immũda, ad immunditiæ principem spectantia. Alius est mundus, crater videlicet superior: quem ipse Christus vocat regnum amicis præparatum: & in ipso suut omnia munda, nec ipsum possunt obtinere nisi mundi. Hinc summa cura eos emundari uoluit, quibus huiusmodi regnũ paratum est. Et mundus factus est ex illis duobus crateribus. primo vt ex illis cõpleretur perfecta rotonditas, & haberet vestigium opificis: qui est sphæra intelligibilis.

Se-

Secundo, vt omnia munda in ſuperiori, im munda verò in inferiori cratere locarentur. Tertio ut vterq; princeps haberet regnum, ſuum princeps videlicet munditię Chriſtus in cratere ſuperiori mundo: princeps autem immunditiæ diabolus in cratere inferiori, immundo ac polluto. Hinc Chriſtus, proteſtatus eſt ſe nullam habere partem in mundo hoc, inferiori videlicet, in quo ſunt omnia immunda. Quarto id fuit: vt ornaret fabricam perfectione ſua, & harmonia, ſtatuens malum contra bonum: vt videlicet malum eſſet quaſi antipariſtaſis boni, ad ſuauiorem harmoniam conficiendam: Quæ quidem harmonina (ſecundum Boetium) eſt parium, diſpariumq; vocum vel proportionum in vnum redacta concordia. Ad hāc harmoniam efficiendam, ſtatuit Deus, bonum contra malum, & eſt contra vt in eccleſia ſtico dicitur. quia harmonia nequit prouenire, niſi ex terminis diſtantibus: nec termini medii poſſunt diſtare, ſine diſtantia extremorum. Quæ extrema vt diſtent, neceſſe eſt quod contrarientur. ſicut ſunt ſuperius & inferius, ante & retro, dextrum ac ſiniſtrum. ſed cum in gradibus entitatis aut ſubſtantiæ non ſit localis diſtantia, ſed eſt diſtantia perfectionis Vnde quāto quis magnis iſtat à bono, tantò magis ſapit naturam

mali. Volens itaq; summus. Opifex producere mundum cum harmonia in distantia graduum perfectionis & imperfectionis fundata: necesse fuit, vt ipse summé perfectus figeret aliud extremum imperfectissimum, vt inter hæc duo extrema, distribueret gradus omnium aliorum in perfectione, quæ consistit in maiori elongatione ab imperfecto, & approximatione ad perfectũ. Quod imperfectum, & malum, & vnde malũ prouenire solet ipsa materia est. Et si materia, Deo penitus opposita, sit malum in natura, aliunde quęrendum est vnde venit malũ in moribus, & immundities rerum existẽtium in cratere inferiori. Dicunt aliqui, quôd hoc est á materia ipsa. Alii, ab aliqua potestate immundante. Alii, ab influxu superiori immundante, & inficiente. Ex materia quippè quæ distat a perfecto, & est prope nihil, prouenit facilitas ad immunditiem suscipiendam; cui magis spirituale magis resistit. Sed immundities in intelligentiis immũdis prouenit quia se rebus naturalibus immiscuerunt: vt dicit Rab. Rechanati, & communiter Doctores Hebræi super illud. Videntes filii Dei, filias hominum, quòd essent pulchræ accesserunt ad eas & ingenuerunt. Poluti igitur sunt ex indebita commixtione. Sicut ex admixtione lactis & vim,

facile generatur corruptio, & ex admixtione seminis cum terra: licet nec semen, nec terra habeant à se corruptionem. Ex huiusmodi itaque commixtione polluti fuerunt vtrique: filii Elohim videlicet: & filiæ hominum. Et hoc secundum Hebræos. Et quãuis dicatur in Gen. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Responderi tamẽ potest, quod cũcta, quæ fecit Deus, sunt bona: non tamen cuncta, quæ creauit, quia malum nõ fit a Deo. Et hoc est, quod dicit Esa. 45. Ego sum creãs malum, & faciens bonũ. Et in Gene. habetur; Deus fecit lucem, & creauit tenebras. Et Amos magna confidentia prorupit, dicens. Non est malum in ciuitate, quod non faciat Dominus. Vnde malum in natura est in Deo, vt patet a Dionysio in eo, in quo agit de Diuinis nominibus: de malo differit, tanquam de aliquo pertinente ad Diuinam prouidentiam, & ad concinnam rerum dispositionem. Malum igitur creauit Deus in natura, quia materiam creauit, quæ ex ipsius natura est mala. Et omnia illi adhærentia, innixaq; ad malum trahit: facit enim recedere a primo ac summo actu, quæ est regula ipsa boni, & veritatis, quocirca in Gene. dicitur. Terra autem (idest materia prima) erat inanis & vacua, idest, erat absque forma, & per consequens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſequens mala: nam forma eſt bonum, per quod materia dicitur bona. iccirco materia priuata forma, eſt priuata bonitate: & cõſequenter eſt mala. quare ſubdit Moſes. Et tenebræ erant ſoper faciem abyſsi, id eſt, priuatio formæ erat in materia. quæ priuatio eſt malum. nam priuat bonum, id eſt, formam; & inſuper, quia tenebra eſt priuatio lucis. Et hæc omnia ſunt á Deo. ergo Deus creauit malum in natura, quæ eſt materia prima. fecitq; omne malũ, quia fecit, & materiæ annexam; vnde efficitur prona ad malum. Hocq; conueniens fuit, vt ſeipſam cognoſcens creatura omnis rationalis diceret cum Auguſtino: quando ſteti, per te ſteti, quando cecidi, per te cecidi. Et cum cecidiſſem ſemper in luto iacuiſſem, niſi tu me erexiſſes. Immo in mũdo archetypo eſt aliquod malum, ſecũdum ſecretiores Theologos. vnde Samael eſt intelligentia addita dimenſioni Aquilonari: attamen dicitur venenum Dei: & eſt á Deo creatus: idq;, quia, cum Deus hominem liberum fecerit ad bonum, & ad malum, vt habetur in Deut. Appoſui tibi ignem, & aquam, &c. Poſui ante te bonum & malum, &c. Oportuit, vt, ſi homo erat liber ad bonum, & ad malum, hæc duo inuenirentur: aſt eſſe non poterant niſi Deus

illa creasset, & pręsertim ipsum malũ, quia bonum est ipse Deus, qui ab alio non est: malum non erat Deus: oportuit igitur à Deo fuisse. & hoc malum est positum in Geburah aquilonari archetypa. De quo dicitur in Iere. Ab Aquilone pandetur omne malum. Et ab eo loco venit lex scripta, quę mala penæ transgressoribus infligebat: ideo malum pœnę ab eo loco prouenit. Et, quãuis sint, qui dicant, quod Deus non creat pœnam. Malus enim generat eam ex dissonantibus moribus, animoq; turbato: cum omnis inordinatus animus (vt Augu. rectè sentit) sibi ipsi pœna sit: malum tamen in natura ipse creauit: vt dicitur: pusillum, & magnum creauit Deus. Et si Deus (vt diximus) mala supradicta creauerit: attamen ipse malus censeri non potest, cũ multo maius remedium bonitatis præparauerit, & illud volenti pręstet, quám sit pronitas ad malum. Nec poterat vlla creatura produci, quæ suapte natura á prima regula non distaret: a qua & moribus, & voluntate discrepans, errat. . Hinc Anselmus, & cæteri cum sequentes. Dicunt. Deum nõ potuisse facere naturam impeccabilem: non enim potuit facere alium Deum, qui esset omnium regula prima. Non est tñ aliquod malũ proprie, aut formaliter a sũmo bono: sed

ſed illud in quo fundatur malũ, natura ſcilicet vertibilis:& illud, à quo trahitur ad malum, quę materia, prorſus elongata à bono, id maximè impellente nequiſsimo ſugeſtore, qui penitus elongatus à Deo, ſecum colligere affectat omnes ad centrum nequitię ſuæ,& diuellere illos à ſphera boni & felicitatis. nec malum aliquod reperitur effectũ á Deo, quod cõcupiſcens homo peccatum faciat: quia nihil extra vniuerſum: & ea, quæ, in ipſo reperiuntur, ſunt valde bona. Aliud fundamentum materiæ huius purè cabaliſticum ponam. Dimenſio eſt malchut matrix omniũ Sephirot: quę tãtum in nos influit, quantũ á ſuperis dimẽſionibus recipit. Vnde nobis legis obſeruantiam cuſtodientibus, tunc ſol Arthetypus, influit in lunam ſupramundanam, bonum influxum: è contrario lege transgreſſa, tũc iuſtitia aquilonaris malum influxum, videlicet pœnæ in malchut influit, ipſaq; in nos (eſt enim luminare minus de ſe vacuum bono, & per conſequens plenũ mali eius oppoſiti) ideo bonum non poteſt de ſe influere influxum, niſi quatenus à ſuperis impletur dimenſionibus dextralibus: eueſtigio eſt mala, ſi impleatur à ſiniſtralibus dimenſionibus, vt puta, á Geburah, & cęteris eiuſdem lateris & tunc dicitur tenebroſa &

& lumine boni priuata : & hic ordo pro sta tu isto, vsque ad iudicium obseruatur. Post vero iudicium vniuersale, bonorumq; præmium, ac retributionem malorum, malchut luna erit, sicut modo est tipheret sol lucẽs: nam vltro non grauabitur impresionibus malis ad puniendos malos, quia mũdus erit labii vnius; atque Deo seruiet humore vno: & lumen malchut lunæ erit, sicut lumen tipheret solis: & tipheret lumen erit sicut lumen septem sephirot: omnes enim sephirot concurrent in tipheret suo influxu. & hoc est, quod Esai. dicit, erit lux lunæ (scilicet malchut) sicut lux solis (scilicet tipheret) & lux solis erit septẽpliciter, sicut lux septem dierum (id est septem sephirot) iccirco conclusio ait. Quod dicunt cabalistę lumen repositum, id est, malchut, quia reposita est, idest, præparata recipere lumẽ post iudicium: sicut nunc est lumen Tipheret (in septuplo lucere) scilicet post iudicium: erit nanq; tipheret simile, plusquàm lumẽ relictum, scilicet tipheret, quæ nobis relicta est in statu viæ, ad nobis fauendum, mirabiliter conuenit arithmeticæ pythagoricæ, quæ consistit in proportione: nam illa proportio, quæ nunc est inter tipheret, ad malchut quæ est septupla. nam tipheret nunc excedit in septuplo malchut, eadẽ propor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tio erit malchut modo ad ſeipſam poſt iudicium, quæ ſeptupla erit: etenim malchut erit, ſicut nunc eſt tipheret, quæ in ſeptuplo excedit malchut.

.M. Qui ſcierit explicare quaternarium in denarium, habebit modum, ſi ſit peritus cabalæ, deducendi ex nomine ineffabili, nomen lxxii. literarum.

IA. Exodi. 14. ponuntur tres paſſuchim, ſiue textus, ideſt, ſententiæ: & quælibet illarum ſententiarum habet. 72. litteras, quæ vnitæ reddunt numerum. 216. & per haſce. 216. litteras, Moſes diſtinctè protulit nomen ineffabile, & diuiſæ ſunt aquæ: nos autẽ vtimur pro nomine expãſo, Dei nomine quatuor litteris notato, quæ illas. 216. litteras pręſentant, cõponentes illud nomẽ expanſum, quod facile eſt cognitu ab illis, qui ſciunt explicare quaternarium, ideſt, Iod he uau he יהוה, in denarium, hoc modo. Iod, י, prima littera reddit vnum: he ה duo, quę vnita vno, reddit tria. vau ו, tertia reddit tria, quæ, vnita tribus pręcedentibus, reddunt ſex. he ה quarta litera reddit quatuor, quæ vnita ſex præcedentibus,

reddit numerum denarium, numerus ordi natè sic ponitur. 1. 2. 3. 4. Iste Chabet modum, si sit peritus in cabala, deducẽdi ex nõ mine ineffabili יהוה, nomen. 72. litterarum, hoc modo videlicet. iod reddit. 10. he ה. 5. vau ו. 6. he ה 5. Ex his numeris. 10. 5. 6. 5. resultat arithmeticè, numerus. 72. Sic assotiando prædictos numeros. 10. 10, & 5. redit 15. demum, 15. & 6, reddit. 21. postmodũ 21. & 5. reddit 26. sumãtur ergo, 10. 15. 21. 26 constituunt numerum. 72. patet igitur hæc conclusio, quam breuibus explicaui, quoniam tractatum proprium de hac re ædidi gratia Dei: in quo mirabilia Dei opera apparent.

P.M. Per præcedentem cõclusionem potest intelligens in arithmetica formali intelligere, quod operari p sem ammephoras est proprium rationalis naturæ.

F.A. Numerorum quatuor sunt species: uocalis, formalis, rationalis, & diuinus. Primus scilicet vocalis est mercatorum numerus: de quo numero magister Iordanus multa disserit: & per hunc numerum Aristo. in Platonem inuehit idq; non recte: Plato enim for-

formalem conſiderat, Ariſto. vero vocalem qui neceſſario eſt relinquendus à Theologizantibus, ſi recte, Ezechielem, & Ioannem explicare voluerint: nam ſacra ſcriptura (vt Augu. probe ſentit) & pythagorici, atque accademici de illo parum curant, intendentes ad proportionem ex illo reſultantem, quem numerum formalem, vel naturalem vocant, quod & Theologi obſeruantes facile Ezechielem, ac Ioannem exponunt: ſumma enĩ totius circuitus ciuitatis ab Ezechiele eſt poſita, decem, & octo millibus calamorum terminatur, qui numerus conſumatam illius ciuitatis perfectionem reſignat: ratio eſt, quia numerus millenarius ad vltimum complementum pertinet, cum ſit cubus, & ſolidus numeri compleri, vltra quem denarium non datur vlterior: ſed numerorum præcedentiũ repetitio: ideo Ezechiel millenis calamis ciuitatem metitur, & templum, & totius regionis ſpatiũ. & Ioannes eandem metitur ciuitatẽ duodenis millibus virgarum, quo etiam numero partem electorum, & multitudinem, milleque ſpatium annorum quieto ſtatui aſsignat, poſt calamitates perpeſſas, &c. Numerus igitur formalis nihil aliud eſt, quam aliquorum proportio, ô vocali abſtractus.

gratia

gratia uerbi, in numero quaternario respe ctu diuersorum est multiplex proportio, du pla videlicet tripla, sesquialtera & sesquitertia reperitur; vnde resultat diapason bis diapason, diapente, ac diatesseron, & etiam tonus, si quatuor sumuntur, tria, & vnum, quæ reddũt 8. & iterũ 4.3. & 2. quę faciunt 9. à quo numero ad. 8. est propertio sequi octaua: excedit nanq; in vno, & facit tonũ: & si c resultat harmonia & data est hominibus talis harmonia: quia Deus disposuit omnia, in numero pondere, & mensura. Vnde omnia sunt consonantissima & præcipuæ homo perfectissimum Dei opus. Alia ratio fuit, quam In hunc mundum antistes homo venit intellecturus omnia. Hinc ei necesse fuit cum omnibus proportionem habere. Vnde resultat tertia numerorum species rationalis videlicet. nam (vt omnes philosophantes conueniunt) operari nequit in obiectum potentia, nisi qnatenus, cum eo proportionẽ habeat. Hinc dixit mer curius. Musicen verô nosce nihil aliud est, nisi cunctarum rerum ordinem scire: quæq; sit diuina ratio sortita. Ordo enim rerum singularum, in vnum omnium artificem ra tione collatus, concentum quendam melo diuino dulcissimum, verissimumq; cõficit.

Et

Et paulò ante concludit, dicens. nec imme
ritò in hominum cætum musarum chorus
á summã diuinitate est demissus, ne scili-
cet terrenus mundus videretur incultior:
si modulorum dulcedine caruisset, etiam
vt Plato ait. Data est nobis harmonia, non
ad voluptates rationis expertes, sed vt per
eam, dissonãtem circuitum animarum com
ponamus, & ad concentum sibi proprium
redigamus. nam ad id tributus est concen-
tus, ut habitum in nobis immoderatũ, gra-
tiaque carentem aptissime temperemus. Ad
huius harmonię fontes, non peruenerunt
poetæ, qui á fonte cabalino cum musarum
choris potarunt. neque græci musica arte
pollẽtes, secũdum omne genus harmoniæ:
diatonicum videlicet chromaticum & en-
harmonicum. Quorum primum tantum-
modo tempestatis nostræ musici celebratis-
simi habent in vsu. Neque inspectatores na
turalium concentuum. Quod genus musicę
longè celebrius est, quàm vocale. sed adhãc
peruenerunt illi, qui ad diuinos nos nume-
ros deuenerũt, quibus omnia summus opi-
fex consonantissima fabricauit: De quo opi
fice spiritu sapiens, ait. O quam suauis est
domine spiritus tuus in omnibus. Quam-
quidem suauitatem multo perfectius sen-
tiunt cęlestes ciues de quibus propheta ca-

nit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

nit. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Alius numerus rationalis, & est proportio, quam habet anima, siue intellectus cum rebus intelligibilibus: quia, nisi talem cum rebus proportionem haberet, ac conuenientiam, non posset eas intelligere: vti nec oculus visibile appræhenderet, nisi cum tali uisibili per speciem conueniret, & hæc est ratio: quamobrem oculus non percipit sonum. Vnde Aristo. dicit intellectus agens est omnia facere: intellectus possibilis est omnia fieri: vnde Plato partitur animam per ternarii cubũ: quia anima debebat diuidi eadem ratione, qua totus mundus distributus est: vt chalcidius & proculus innuunt. Et sicut mundus corporeus distribuitur trina extensione, in longum videlicet, latum & profundum: Ita anima, quamuis legibus corporeis absoluti eadem mensura distribui debet (quamuis sit insectibilis) quia proportionatur eodem numero, non tamen eadẽ mensura diuiditur. Extrahitur enim numerus a mensura, & numerus naturalis, vel formalis a vocali: ab vtroque autem numerus rationalis ac diuinus. Complectitur Deus omnia numero ternario: vt ex Platone & Aristotele colligitur: quia posuit in omnibus, principium, medium, & finem, veluti quod-

dam

dam trinitatis vestigium, per ternarii etiam quadratum, qui est nouenarius, & per cubum eiusdem, qui est viginti septem, Deus compleuit totam fabricam corruptibilium rerum, cælestium & spiritualium. nouem nanque fecit genera corruptibilium, & generabilium, nouem cælos, ac nouem choros & exercitus Angelorum, terminando vnumquodq; illorum in suo denario, qui naturam sapit vtriusq; vt dixi in tractatu de Merchaua. Et per cubum denarii reuertitur ad vnum (secundum Platonem) id est, ad millenarium. vltra quem alius non datur numerus. Vnde Deo solus ternarius numerus est addictus: Et quamuis nomen suum sit quadriliterum, tres tamen sunt literæ, nam harum quatuor vna geminatur, he ה videlicet denotans geminam opificis productionem. Alteram, quam fecit ad intra, personarum videlicet diuinarum: & alteram, quam fecit ad extra ipsarum scilicet creaturarum: est etiam numerus diuinus: & hic numerus ab vnitate, numquam discedit, nam licet tres sint personæ diuinæ: in Deo tamen identificantur. decem item sunt sephirot: vnum sunt tamen in diuinitate: quia nunquam discedunt ab vnitate. Ad conclusionem (operari per Sem ammephoras)

Sem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Sem dicitur nomen, ammephoras expanſum ſignificant, ſiue declaratum & ſibi vult, qui vult operari per nomen explicatum ſcilicet à Moſe in illis 216. literis (eſt proprium rationalis naturæ, intellectus enim eſt qui numerum formalem à vocali abſtrahit. voces efficatiam non habent: quia ad inuocandum Deum, & ſpiritus uoce ſpirituali opus eſt, non clamore, ceu ſacerdotũ Baal: quibus ab Helia dicitur. Clamate voce maiori, forſitam Deus eſt in diuerſorio, aut ĩ itinere, aut certe dormit, vt excitetur. At ſi qua oratione in ſupplicatione vtimur, non ideo fit, vt Deum, vel Angelos ſyllabis, vel dictionibus, tanquam erga mortales vſi commoueamus: ſed vt vires noſtras in ardorem formalis numeri incitemus & fiduciam in eum, quaſi anchoram figamus.

P M. Rectius foret illud Becadmin, quod ponit gloſa chaldaica ſuper dictionem breſit, exponere de ſapientialibus ideis, quã de 32. viis vt dicunt alii cabaliſtæ: utrũq; tamen eſt rectum in cabala.

F.A. Antiqui Hebræorum ſapientes conati ſunt verba legis ſiue illius ſenſum enodare diuerſis ſub terminis. vt clarius eluceſceret ſenſus

ſenſus eius ideoq; targum triplicem cōpo-
ſuerunt. Et primus ſcriptor fuit Onchelos
filius ſororis Titi imperatoris, non diu poſt
deuaſtationem ſecundi Templi, paraphra-
ſim ſuam in chaldeum conſcripſit alterum
verô paraphraſten Ionathan filius Vzielis
chaldaice ædidit: quem ante deuaſtationem
Templi conſcripſit. Tametſi ſint qui velint
utrumque totam filiam in linguam chaldai
cam tranſtuliſſe. Vnde Galatinus, libro pri-
mo de arcanis catholicæ veritatis. c. 3. ita
ſcribit. per idem fermê tempus, anno ſcili-
cet ante Chriſti natalem, circiter ſecūdo &
quadrageſimo Ionathas Vzielis filius, to-
tum vetus inſtrumentum, in chaldęam ver
tit linguam atque expoſuit: Ita ſenſum è,
ſenſu traducens, & ita obſcuriſsima quæq;
exponens vocabula: adeô, ut eius æditio,
non tam interpretatio, quam gloſa atque
expoſitio uideatur. Quam Hebræi targum,
id eſt, expoſitione ſiue potius trāſlationem
nuncupāt. Tantæq, apud eos eſt auctorita-
tis, vt non ſolum ei contradicere nemo au-
deat: ſed non minus quoq; fidei, quam ipſi
teſtui paſsim omnes eidem adhibeāt. Tum
ob viri ſanctitatem ac peritiam, tum maxi-
me ob ipſius interpretationis exponisq; ve
ritatem. Vnde de eodem Ionatha dixerunt
magiſtri. Quod in hora, qua eidem ęditioni
&

& exponi uacabat, ſi muſca, aut quodcunq; volatile, ſuper eum, aut ſuper chartam volaſſet: illico abſq; vlla eius, aut chartæ læſione cælitus exurebatur. De Onkelos ſic ſcribit. Onkelos totam bibliam in chaldæum vertit atq; expoſuit: quam etiam targum appellant. Reliqui fuerunt ſapientes Iudæorum, qui colebant Hieruſalem: & hic liber Targum Hieroſolytanus dicitur. Hique omnes coincidunt in ſenſu, vel ſaltem non contrariantur. Exemplum, Moſes in principio Geneſeos, dicit. Breſit, id eſt, in principio ſecundus, ſcilicet onkelos, dicit. Becadmin, id eſt, in antiquis. Tertii ſcilicet docti Hebræorum, dicunt. Chocmach, id eſt, in ſapientia. Verba ſunt varia, & ſenſus idem. nam principium, antiqui, & ſapientia idem ſunt. Vnde Becadmin בקדמין chaldaica uox eſt ambigua ad tempus, & ad ordinem. Vnde & bifariam reddi poteſt ideô, Becadmin, id eſt, in principio: hoc eſt, olim, cum omnes res creatæ ſuum illud primum exordium ſumerent. vnde & Hebrei, maiores veteresq; ſuos Kadmonim קדמונים appellant. Vel in primis Deus creauit cælum & terram: vt ordinem ſignificet, quaſi dicat. Ante omnia, cum nihil adhuc in rerum natura exiſteret: creauit Deus, cælum & terram. Vel in ſapientia

quæ

quæ ſup. habet trigīta & duos gradus, Deus creauit, &c. patet, nam Dauid, de ſapientia loquens, ait. Omnia in ſapientia feciſti, id eſt, per filium, qui eſt patris ſapientia. Et Ioannes. Omnia per ipſum facta ſunt. De antiquis, ſiue ideis patet. Nam Abraham in libro qui dicitur đ formatione dicit. Deū in trigintaduobus ſemitis diuinæ ſapientiæ mundum creaſſe, quas omnes creatis non communicauit, nam ſi ſic, creaturæ fuiſſent ſicut Deus: & mundum nouum creare ſciuiſſent. & ad hoc oſtendendum Moſes in mundanæ fabricæ deſcriptione, introducit nomen Elohim bis, & 30, ideſt, trigeties, & bis ſolummodo, & non aliud diuinum nomen: ſed, dum repetit complementa, & conſumationes rerum deſcribit, ſimul cum Elohim introducitur Tetrag ad oſtendendum, triginta & duas ſemitas illas eſſe Tetrag. & figurantur per vigintiduas litteras alphabeti hebraici, & per decem ſephirot, quælibet enim littera ſigillum eſt alicuius ſemitæ præſentatiuum: nam ſacris in litteris, iota, quæ minima eſt littera alphabeti: & apex, qui eſt punctus non vacant a myſterio, quod confirmat Chriſtus, dicens. Iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege. Ponuntur etiam decem ſephirot in mundi creatione, ut

oſtendatur, quod ipſæ quoq; in nos influāt. Et hæc omnia nobis cognitioni noſtræ ſunt neceſſaria. vnde Elzoar dicit, quod Deus vult ea, quæ creata ſunt, nobis cognita eſſe, & intelligibilia; patet de primo homine: ad quem Deus omnia animalia conduxit, vt videret, quid vocaret ea, id eſt, dedit ei cognitionem, per quam illis nomina impo neret. vnde & eis nomina impoſuit, ſecundum eorum proprietatem: ergo cognouit. De nobis item intendit Deus: neque eſt ſatis cognoſcere: ſed ſcire oportet expri mere. iccirco Ariſt. primo Periherm. dicit. Termini ſunt notæ earum, quæ ſunt in anima paſsionum. Voluit igitur Deus nos habere litteras, & puncta, & voces, quibus con ceptus noſtros manifeſtare poſsimus, ſiue illa, quæ in mente cognoſcimus. Ad concluſionem igitur: dicit Doctor, quod melius eſt dicere, quod Deus creauerit mundum per. 32. ideas, quam per. 32. vias, ſiue ſemitas. 5. per. 22. litteras alphabeti ɿ & per decem dimenſiones: ratio eſt, quia nihil ponitur in eſſe reali, niſi ſit in mente diuina ideatum: eſt enim idea radix vniuſcuiuſq; rei. Socrates in cratylo dicebat ſe ſomniare Ideas: non quia contemneret eas: vt peripatetici ſolent. non enim quippe contemnebat eas, quas tot in locis laudauit. Sed hoc

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

est, quia in hoc mundo ipsis vti nequimus. Et quamuis Augu. dicat, quod ideis tanta vis inest, vt eis ignoratis, nihil intelligere possimus: dicendum, quod per imagines quasdam secundarias ipsis ideis correspondentes eas indagando discurrimus (sicut idē Augu. super Iohānem innuere videtur, sed ipsas Dei veras ideas non percipimus, nisi aliqualiter somniando: ipsas tamen esse firmissimè tenemus, & oraculis edocemur. Vnde Plato in Timeo, dicit. Paucos homines idearum esse peritos: sed Deos quidem omnes. Nam illi verbum vident, in quo ipsæ ideæ resident. Vnde Salomon in canticis assimilat oculos sponsæ piscinę chesbon. Loquitur enim Salomon de Ecclesia sponsa: cuius caput ac sponsus est Christus, vbi sunt oculi id est, visio ac cognitio plena rerum omnium, etiam antequam fiant. Et bene huiusmodi oculi comparantur piscinæ, quæ est locus, in quo congregantur aquæ illæ videlicet, de quibus dictum est. Producant aquæ serpituram animæ viuentis. Quę quidem aquæ sunt rationes ideales. Hinc piscina illa dicitur chesbon, id est, cogitationis. Ideę enim sunt excogitatæ rationes rerum producendarum. Quæ omnes erāt in verbo: vt non solum Augu. Sed etiam antiqui sapientes maxime Zohar, & Elchana,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

qui dicunt, quod omnia præerant in verbo. Quod quidem verbum ideo dicitur bet vel bait בית, idest, domus receptiua omnium rerum producẽdarum ad extra. Quæ quidem res in eo, quod sunt in verbo, vnũ sunt: & habent idem esse, quod habet ipsa cognitio: ad extra vero productæ multæ sunt. Hinc magno mysterio subinfert Salomon. Quæ sunt in porta, filiæ multitudinis. Filiæ enim multitudinis sunt res ad extra productæ: in porta autem sunt: dum existunt in mente diuina, breui producendæ. Nec ab re dicimus verbum illud esse portam, cum ipsemet dicat. Ego sum ostium, per me siquis introierit saluabitur. Intrat enim creatura saluanda, & vnienda cum Deo, per illud ostium, vt saluetur. Sicut aliquando exierat vt produceretur. Has ideas in verbo videbunt omnes, qui ad ipsius verbi visionem subuehentur. Vident etiam ii, quibus datur cum Paulo mori sibi metipsi, & rapi ad arcana diuina, quæ videre potest anima a corpore separata in operando, quamuis non in essendo. Hinc apostolus statum suum, in quo tunc erat, ancipitem reliquit dicens. Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. Qui autem vident ideas in verbo existentes, pos sunt etiam videre, quæ extra verbum sunt,

si

ſi quæ reperiuntur: vt Platoni, & antiquis theologis placet. Eſt melius tamen exponere Becadmim, ideſt, in antiquis (& dicuntur antiquæ ſemitæ illæ diuinæ, quia ſunt Dei attributa æterna, nam hic fundamentum habemus: cur dicantur 32 viæ, ſiue ſemitæ, non autem ſic locū habemus, quare ſint. 32. Ideæ, vt ponit Doctor iſtæ, quia 32. ſemitæ ſunt. 22. litteræ, & 10. ſephirot, quæ reddunt numerum. 32.

P.M. Qui profundè conſiderauerit quadruplicem rerum ſtatum. Primo vnionis, & ſtabilitæ manſionis: ſecundo proceſsionis: tertio reuerſionis: quarto beatiſicæ reunionis: videbit litteram beth cum prima littera primum, cum media medium, cum vltimis vltima operari.

F.A. Hominis natura eſt in Deum tendere a quo proceſsit: eſt enim iſtæ proceſſus motus circularis ſecundum proculum in tractatu de orationibus & precibus. In hoc

circulo sunt creaturę in triplici statu: primus status est, quatenus creatura est in Deo per ideam, per quam viuimus, mouemur, & sumus, & hoc intendit Ioannes cũ dicit, quod factum est (scilicet ad extra) in ipso (scilicet Deo) vita erat, id est, idea erat in Deo, per quam viuimus. nam illa Idea est radix, sine qua res esse nõ potest ad extra. Vnde Plato in Epimenide, dicit. Cœlum esse omnium bonorum causam: non eoq; ipsum est cæleste animal, a quo terrena hęc omnia, vt quibusdam placuit, generantur. Sed hoc dixit propter ideas, quas ipse Plato voluit inter causarum genera annumerari potissimè. Et quamuis hoc attribui deberet Deo, a quo (vt Iacobus ait) omne datum optimum, & omne donum perfectum emanat: cui adstipulatur Apostolus, dicens. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Adeo quippe esse omnia fatetur Plato, dũ vocant ipsum opificem, genitoremq; vniuersitatis. Sed dum cælo, vel ideis aliquid attribuit, id facit tanquam instrumentis & mediis, per quę summus opifex, rerum seriem obseruans, operatur. Ideo mundus comparatur à Platone exemplari ingenito, quod est idearũ ratio, in verbo scilicet existentium, aut in suprema regione productarum; vt ipsi Platoni placet. Qui quidem

Plato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Plato proculdubio edoctus fuit à Mose, qui ait. Producat terra; scilicet viuentium; animam viuentem in genere suo. De qua productione supra dixerat; quam produxerāt aquę in species suas, aquę videlicet maris magni supramundani; de quibus ipse Plato Mosaicæ doctrinæ; consentiens amplissime loquitur. Secundus status creaturæ, vel hominis est, quatenus emanat à Deo in esse realis existētiæ in propria forma. Et si Deus sit summê vnus & īmortalis, sunt tamen in eo quamplurimę cædes, prout à Poetis fingitur. Sunt enim in eo cædes veræ, quando animæ demittuntur in corpora; Tūc enim animæ deciduntur a Deo, tanquàm à vitę fonte. Vnde animę & intelligentię Angelicę ab antiquis theologis dicuntur intelligētię diuisę & separatę, non a materia (vt aliqui opinantur) sed ab ipsa diuinitate. Decisę vero dicuntur animę, quia constituunt creaturas, non identicè, vt aiunt, cum ipso Deo vnitas, sicut est filius ac Spiritus sanctus. Nec tamen sunt sic diuisę, quin habeāt esse in eo, in quo viuimus, &c. Non læditur tamen Deus ex huiusmodi incisione. Deus enim animantibus dedit, vt, dum generant, ex decisione seminis non patiantur, immo valde oblectentur. Si vero id creaturis inditum est, nonnè multo magis in ipso Deo

omnium agentium perfectiſ.imo id aſſeren
dum eſt: vnde ſicut Doctor extra producendo ac manifeſtando ideas per verba quę profert, non dolet, nec patitur, ſed oblectatur. Pari modo Deus, dum verbo ac iuſſu ſuo explicat ideas illas rerum producendarum, quas in ſe habet, non lęditur, ſed ſummopere gaudet. Et quamuis explicando ponat aliquid ex ſuo fonte infinito, nihil tamen patitur, aut diminuitur; ſed tanquã ſummum bonum delectatur communicando ſeipſum, vt boni proprium eſt. Ideo bene dicit Pythagoras, dum ait. Diuinum genus hominibus ineſt: quia anima, quæ in nos infunditur, eſt quodammodo ſemen Dei in corpus infuſum: vnde generatur homo melior. de quo Apoſtolus ait. Secundus homo de cęlo cęleſtis,. Hinc ipſe Apoſtolus ſimonidis dictum laudauit. Ipſius.n. genus ſumus. Sed cum vltra primam genituram, de qua pythagoras meminit, ſecundo renati ſumus ex aqua, quæ eſt filius Dei, & Spiritu ſancto. Hinc bifariè genus Dei ſumus. Tertius ſtatus eſt, in quo Deus vult, vt ſatagamus reuerti ad ipſum Deum, a quo exorti ſumus. Deus nempe, eſt figura circularis (ſecundum Mercurium & Hermetem) nam ipſe eſt principium & finis omnium. Hinc omnia creata, ad rotundi-
tatem

tatem tendunt. propter hoc homo naturaliter beatitudinem appetit. Dicunt Platonici: facilius, & fælicius ad Deum conſcendimus, quando iter noſtrum, per Mercurium, Venerem, & Solem, ſiue (vt ipſi declarant maxime Plotinus de triplici reditu ad Deum) per arithmeticam, vel Muſicam, Amatoriam, & philoſophiã. Quod explicantes dico, quod, dum homo intelligit rerum conſonantias, vnde reſultat muſica & harmonia, & inde pulchritudo, ſuapte natura, delectatur rebus pulchris. Ex quarum pulchritudine, quæ eſt quædam diuinitatis imago, ſubuehitur ad contemplandam ipſam diuinitatem, quod vt melius efficiat, vtitur ſole, id eſt, lumine, quo abſtrahit pulchritudinem veram ab hac fæculenta, ipſam ſpeculando in ſumma eius ratione, & perfectione: cuius hæc inferior tenet imaginem. Et hoc, eo modo, quo Auguſtinus docet contemplari Deũ per bonũ dicens. Tolle hoc, tolle illud, & conſidera bonũ, ſi potes. Vñ Plato refert qualiter orationẽ fecerit Socrates moriẽs, dicẽs O Pan, cęteraq; numina date, vt ĩtus pulcher fiam, & quę extrinſecus ſunt, intrinſecus ſint amica. Quibus verbis, pulchritudinis ſacramentum, & cõditionẽ innuit. Intus aũt pulcher effici cupiebat, ideſt, habere q̃; tũ diuinitatis

capere poterat. Nec enim alia pulchritudo intrinſecus, ideſt, in anima ſuſcipi poteſt. Nam quanto lympidior quis efficitur per uirtutes, tanto magis, templũ eius pro Deo ſuſcipiendo diſponitur. Cui pulchritudini ſummæ adeo ipſe Socrates afficiebatur, vt omnia, quantumcunq; extrinſeca optaret eſſe, quantum fas erat, illi ſummæ pulchritudini conformia. Et hoc, vt poſſet deuenire ad illud ſummum pulchrum, de quo Plotinus, ait. Efficiatur quis diuinus, pulcher, atque Deiformis: ſi modo diuinam pulchritudinem ſit inſpecturus. Et tantopere Socrates, rebus pulchris oblectabatur, quia pulchrum eſt ſuapte natura diligibile, quia quanto quis eſt pulchrior, tanto diuinior, & ſummo diligibili, quod Deus eſt, omniũ rerum pulcherrimus, immo pulchritudinis fons, eſt propinquus. Et poſſumus effici diuini, etiam in hoc ſeculo. Nam mens, eſt intellectus noſter cum Deo vnitus, adeo vt ſuſcipiat radios ipſius diuini intellectus nos illuſtrantis, amoto omni impedimento. Reducitur igitur anima a diuinitate auulſa in eandem. Et hoc ſecundum Plotinum, vt ſupra citauimus. Per Amatoriam, Muſicam, & philoſophiam. Quod clarius explicans dico, quod duplex muſica nos illuc reducit: altera enim eſt naturalis: conſonantia videlicet

delicet partium omnium, quæ ſunt in nobis ſicut Origenes exponit illud Chriſti. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum. Duo (inquit) ſunt congregati, quando corpus, vel animalis homo ſubmittitur animæ, vel homini ſpirituali, ab eo nihil diſcrepans, ſed perfecta conſonantia ipſi adhęrens: ſicut nerui vel fiſtulæ in inſtrumento benè cordato conueniunt. Tres autem ſunt congregati, quando iſti ambo homines ſunt cum Deo concordes, obſeruantes ad vnguem, quæ præcipit, docet & innuit. Tunc enim adimpletur, quod alibi Chriſtus ait. Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Altera muſica eſt rationalis, quando videlicet intellectus noſter eſt adeo cum omni intelligibili proportionatus, vt omnia intelligere poſsit, ſed potiſsimê Deum, quantum mortalibus fas eſt. Tunc autem excitatur Venus & amor diligens proportionata, & cognita, quantum ea diligenda cognoſcit. Deinde ſuccedit vera philoſophia, ideſt, contemplatio abſoluta & clara rerum diuinarum, quæ eſt vera philoſophia. Nam contemplatio (inquit Vgo) eſt fixio mentis in ſpectacula æterna, cum admiratione ſuſpenſa. Quartus ſtatus eſt, in quo vult Deus vt in ſe permāſionem habeamus,

mus, & quietem, ac pacē in se possideamus. Tūc enim perficitur motus. Vnde Christus ait. Exiui á patre, & veni in mundū: iterum relinquo mundum & vado ad patrem. vnū enim quodq; reuertitur ad locum, vnde exiuit. Vnde docemur, quod anima tendit in Deum, quia ab ipso exiuit. Vnusquisque.n. viuit in Deo, & tanquám in radice omnia sunt vnum, a quo omnia: sicut rami á radice, hauriunt vnde viuant & conseruentur. Vnde Mercurius, ait. Nihil est in hoc mundo expers vitæ: vnde vbique vita, vbique immortalitas. Quod de speciebus intelligendum est, & non de indiuiduis, quæ morti & corruptioni subiecta esse manifestissimè patet. Viuit enim terra alioquin non esset ferax, nec plantas vitales produceret. Viuunt aquæ, viuos pisces producentes. Viuit aer, qui quasi est spiritus mundi. Viuūt lapides, quia crescunt, & transmutantur. Hinc merito lapides viui dicuntur. Et sic omnia viuunt, alia tamen & alia vita. Omniaq; superiora meliori vita gaudent: secundum quam vitam & secundum esse, atque virtutes de multis simul verificantur. Pythagoræ nostri, aliorumq; sapientum symbola, prouerbia, atque parabole. Particulari tamen influxu diuino viuit homo, scilicet, per fruitionem diuinæ essentiæ.

Beantur enim in ſolo Deo animæ: contentæ enim ſunt illę videntes obiectum illud, in quo omnia vident, & in quo continentur omnia, quæ deſiderari poſſunt: ſicut longo ſermone diſſerit Auguſt. Hinc Deus Abrahæ dixit. Ego ero merces tua magna nimis. Auguſtinus tamen ſuper Gene. Ponit triplicem viſionem beatorum. Quarum prima dicitur Veſpertina, id eſt, creaturarum in ſeipſis, matutina, id eſt, creaturarum in verbo, & meridionalis, id eſt, ipſius verbi proprie. Beantur tamen in ſolo Deo illi ciues: in quo ſolo eſt fælicitas: Teſte enim Deo (inquit Ariſto.) non eſt fælicitas in rebus exterioribus. Nam ipſę eſt fœlix, ſine aliqua re exteriori: vt propheta canit. Oblectantur autem beati in creaturis, cum Deo iam vnitis. Sicut oblectantur oculi corporei, non tantum in ſole, quin etiam in radiis ſolaribus. Hinc ſaluator ait per me ſi quis introierit ſaluabitur: & ingredietur, ſcilicet ad diuinitatem: & egredietur, ad creata videlicet: & vtrobique paſcua inueniet: maxime in humanitate Chriſti. Dicit ergo concluſio. (Qui profundè conſiderauerit quadruplicem rerum ſtatum: primo vnionis, & ſtabilitæ manſionis, id eſt, qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quatenus habemus esse ideatum in diuina sapientia firmum, stabile, incorruptibile, & perpetuum (secundum processionis) idest, quatenus a Deo procedimus in esse realis existentiæ, tertio reuersionis, idest, quatenus per viam bonorum operum tendimus in Deum, quarto beatificæ reunionis, scilicet quando beatificabimur, videbit literam beth, littera beth est sigillum filii chocmah. Littera aleph est sigillum patris. Littera he. est sigillum Spiritus sancti. vnde Elchana dicit, quod beth, & baith idem sunt, & significant domum: & ideo est sigillum filii, qui est omnium idearum domus, quę sunt in diuinis: eo quod sit patris sapiētia. & ex hoc concluditur, quod filius sit fundamentum creaturarum omnium, ratione idearū. quare Pau. merito clamat, dicens. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. & alibi. Portans omnia verbo virtutis suę. Dicit igitur conclusio, quod beth filius, quatenus respicit aleph, idest, patrem, cuius est sigillum, producit creaturas in esse: quatenus vero idem beth filius respicit cęteras īferiores numerationes, satagit reducere creaturas ad Deū cheter Elion diuersis mediis, ratione diuersarum dimēsionum. vnde per Geburah reducit per viam martyrii: per Ge

dulah

dulah per viam clementię, & eleemoſynę, ſicut patet de Abraham: per Tipheret per viam virtutum, quę conſiſtunt in medio. Per nezah & hod per viam confeſsionis verę fidei. Per Ieſod per viam perſeuerantiæ fundamentalis: per Malchut per viam bonorum operum. Et hęc eſt ratio, cur cęterę ſephirot non habent litteram, quę ſit ſigillum ipſarum: nam variis modis ꝑ ipſas trahimur, & hoc eſt, quod dicit propheta: in vinculis Adę attraxi te. Adam magnus eſt tipheret: ſui funiculi ſunt numerationes ſeptem inferiores. Sequitur (videbit litterā beth cum prima littera primum) primum eſt noſtrum eſſe ideale in filio, in quo viuimus, &c. Cū media, ſemper ſumendo beth cum media, id eſt, cū he; medium; iſtud eſt eſſe productum in eſſe realis exiſtentię, ſiue phyſicalis, primum dicitur eſſe metaphyſicale; cum vltimis; ſcilicet ſephirot; vltima operari; vltima ſunt extrema, & penultima. ſ. reuerſionis, & beatificę reunionis, quia beth cum. x. ſephirot attrahit creaturas, & beatificat: tunc enim oculi beatorum omnium tam corporis, quam mentis iam in lucis naturam conuerſi, peruii, & lucentes ſolo intuitu intelligentię radios in ſocios imprimunt iactu illo in vtriſque corruſcātes idq; fulgente illa luce ſuprema tam abūde, quā

feliciter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

feliciter in cunctis, vt hic sol in stellis, & multo magis: nam beatorum stellę in illius solis naturam transibunt, dicente saluatore. Fulgebunt Iusti, sicut sol, in conspectu Dei patris eorum. Rident ciues illi, & gaudent luce ipsa, omnia quamuis diuersissima col lustrante. etenim, iam filii lucis effecti, mēte, & corpore in lucem eandem sunt conuersi: idq; manuducente tipheret sole supramun dano cum ceteris sephirot.

P. M Ex præcedenti conclusione potest contemplatiuus homo intellige-re, cur lex Dei a betb littera inci-pit: de qua scribitur, quod est immaculata, quod erat cum eo cuncta componens, quod est cō uertens animas, quod facit dare fructum in tempore suo.

F. A Elchana Hebręorum Doctor & cabalista peritissimus dicit, quod Moses accepta lege ab Angelo suo, qui Mittatron Serapanin di citur interrogauit eum: quare lex a beth inchoaretur? Cui Angelus. Etiam, si ab ali qua ceterarum litterarum principium sumpsisset, eandem quęstionem proponere po tuisses: quasi à responsione, duiare videbatur. Vltimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Vltimo respondit, dicẽs exorditur ab beth: eo quod sit diuinæ sapientiæ sigillum, qui est filius, vt ostentaret, legem esse diuina sapientia factã, seu à verbo, vel filio. vnde Augu. de trinitae. 14. Et. 12. de ciuit. Dei, dicit, quod lex primo erat in verbo, priusquàm Mosi traderetur ad promulgandum: & hæc est ratio, cur Christus dicitur arbor boni, & mali, quia in se continet legem prohibẽtem malum, & inducentem ad bonum. Et Pau. In ipso sunt repositi omnes thesauri sapientiæ, &c. A beth igitur incipit, vt ostendatur venisse à filio. Vnde nota, quod tabernaculum à parte orientali apertum erat, quia figurabat primum & summum tabernaculũ, verbum diuinum videlicet, in quo (vt Ioãnes inquit) quod factum est, præerat, & habebat esse vitale, antequàm in formas particulares explicaretur. Cuius verbi (secundum antiquos Theologos) sigillũ est beth ב, à parte anteriori apertum: vnde magno mysterio denotatur, quod verbum & filius Dei apertus est paterno Orienti, suscipiens ab eo quicquid habet. Sicut ipsemet profitetur, dicens. Omnia dedit mihi pater: & iterum. Omnia, quæ dedisti mihi, ab te sunt. Et iterum. Omnia tradita sunt mihi á patre meo. Quod verbum & filius habet pro sigillo beth ב. vt dixi. Beth בת autem, vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

pluries dixi, domum ſignificat. Vnde denotatur, quod ipſæ ſit præcipua domus, per hoc tabernaculum figurata. Et propter hoc canit pſalmographus. Omnia in ſapientia feciſti. Vnde Targum Ieroſolimitanus, vbi nos habemus. In principio creauit Deus: habetur. Bechocmach בחכמה, id eſt, in ſapiētia creauit Deus cælum & terram (vt ſupra patuit) De quo Elchana pulchre & diffuſé ꝑtractat, declarans, quod principium fabricæ incipit á beth, quod domū ſignificat ſapientiæ. In qua ſapientia, tanquam in domo, ꝑexiſtebant omnia, antequàm per Elohim, vel per Spiritum ſanctū in proprias formas explicarentur. Eſt enim chocmah filius ſeu ſapientia paterna, fundamentum omnium. Iuxta illud Apoſtoli. Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Et alibi. In ipſo ſunt condita vniuerſa in cælo & in terra, viſibilia & inuiſibilia. Et id quia intelligendo, id eſt, in ſapientia Deus omnia fabricauit Sapiētia autem & verbum Dei vnicum eſt, quo intelligit ſeipſum & creaturam. Nec enim poterāt a Deo operante per intellectū produci res, niſi in verbo. Communicatio vero ad extra, quæ amore fit, per Spiritum ſanctū, qui eſt amor, producta eſt. Omnium igitur formarum particularium, vis eſt à Spiritu ſancto, eas explicāte, Eſt igitur verbum, quod caro

factum

factum est, illud, in quo (vt Apostolus ait) condita sunt vniuersa: & in quo omnia præexistebāt veluti in domo (vt dixi) vnde Dauid. Omnia in sapientia fecisti, quā sapiētia, Elchana filium vocat. Et ne tantum per ipsam sunt facta, quinimmo etiā per eandem viuunt, præbens vitam omnibus: et lux prębens formas & particularia lumina rebus. Incepit ergo lex in Beth ב, dicens. Beresit בראשית, quia beth ב significat domū (vt dixi) & indicat sapientiam diuinā siue superiorem: in qua omnia collata erāt prius, quā in formas proprias educerentur: & p ipsam producta sunt omnia, iuxta illud Ioannis, qui dixit omnia præfuisse in verbo, veluti vitam quandam creatricē: & postea omnia, p ipsum verbum facta fuisse. Sequitur littera res, ר, quoniam cum bet ב, importās duo in numero denotet primum productum in diuinis, qui est filius, & secunda persona trinitatis. Res ר, importans duo centenaria: innuit primam rem productā in rebus crassissimis, materiam videlicet, quæ apud pythagoreos denotatur per dualitatem. Tertio loco patitur aleph א, littera quidem diuinitatis, & primi fontis omniū bonorū, innuens quoniā producta materia, interuenit dator formarū, qui (vt Elchana ait) influēs in beth ב & res ר, dat, vt materia formetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

& viuificetur per filium, qui est sapiētia creatrix, & omnium rerum vita: & iuncto aleph א cum beth ב fit ab אב, quod patrem significat, qui pater non potest esse sine filio. Et sic hebraicè ostenditur trinitas. nam de Spiritu sancto, nulla est apud eos ambiguitas. Qui primus dator formarum deducens formam in materiam, quę præerat in filio, tanquam idea, & vita rei producendæ, causat scim ש, quæ littera ternarium centenariorum importat: innuens expressè illis, qui huiusmodi mysteria norunt, quod in materia illa crassa producta sit forma. Et cum nihil stare posit in mundo nisi repleatur diuinitate: iuxta illud propheticum: auferes spiritum eorum, quem scilicet viuificantem dedisti eis, & deficient, ac in puluerem reuertentur: aperiente autem te manū tuam, omnia implebuntur bonitate, siue & magis proprie, vbertate. Ideo quinto loco ponitur iod י, quæ littera diuinitatem significat rebus infusam, & omnia replentem: iuxta illud Ieremiæ. Cœlum & terrā ego impleo. Quæ plenitudo prius fuit in Christo, dicēte Paulo. Quoniam placuit, patri videlicet, omnem plenitudinem habitare facere in eo. Omnibus itaque sic productis, coaceruata est massa generis humani, & separatus electorum cætus dictus populus Israel: ad quē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſolum reparandum venit Meſsias. Et vt etiã hunc complecteretur in primo verbo legis, & hiſtoriæ mundanæ fabricæ, addidit Tau ת, quod congregationem Iſrael ſignificat, ſicut ait Elchana. Quorum omnium ſummarius eſt ſenſus: In ſapientia, quę eſt verbum, & filius ſummis patris, producta eſt prima materia omnium rerum: poſtea à fonte omnium bonorum data eſt forma rebus: & conſequenter omnia ſunt bonitate completa: & tandem propter genus hominũ, propter quos facta ſunt omnia: dedit ei legem, vt per eius obſeruantiam, reduceret illud ad ipſum Deum, quæ cuncta, cum reduci debeant ad illud primum, a quo prodierunt: prima littera ſecundæ dictionis iterum eſt beth ב, ſigillum ſapientiæ, quæ Chriſtus eſt: & eſt principium dictionis Bara ברא, denotando quod Meſsias reducit hominẽ, mediante obſeruatione legis, quæ incipit à Beth ב. Lex & arbor vitæ, atque Meſsias idem ſunt. Et ſi dicatur arbor ſcientię boni & mali: habuit tamen a patre doctrinam. Nã ſicut arbor omnem vim ſuam trahit á ſemine, confota & irrigata terra â ſuperno influxu: ſic Chriſtus virtutem ſeminariam habuit á patre. Ipſe enim pater, memoria fœcunda dictus: ſemen aut germen produxit in arbore illa, quæ irrigata fuit, & continuè

irrigatur ab influxu superiori, patris videlicet, ipsum filium cōtinue producētis. Sicut Doctores sanè exponunt dictum prophetæ. Ego hodie genui te. Nam pater semper generauit & quotidie generat filiū. Quemadmodum sol semper produxit, & continue producit radios suos. Fouetur autē hæc arbor, quæ Christus est, in terra viuentiū, quę est diuina essentia, ei á patre cōicata, vt bene exponunt sapientes illud Christi. Quod dedit mihi pater, maius est omnibus, id est, diuina essentia. Lex enim mirabilia continet testimonia: ideo data est a Deo, cū adeo sit profunda, & immensa, vt sapientiā & splendorem ipsius, atq; artificiū, nullum humanum ingenium excogitare potuerit. Hinc ipsamet perhibet testimoniū, quod sit data a Deo: vt patet bene inspicienti ipsius mirabilia. De quibus mirabilibus propheta canit. Reuela oculos meos, & cōsyderabo mirabilia de lege tua. Et est testimoniū fidele de præmio bene merentibus reddendo, & pena male operantibus infligenda. Hinc videmus multos secundū legem punitos: in testimoniū videlicet, quod tādē vnusquisq; reportabit mercedē in lege promissam. Est nempe lex causa salutis: & si paulus dicat. Lex subintrauit vt abundaret delictū: & paulo superius. Cū lex non esset, peccatum non

im-

imputabatur. Et alibi dicit. Virtus vero peccati lex. Idem tñ Paulus dicit. Lex quidem sancta, & mandatũ sanctũ. Et propheta. Lex dñi immaculata, conuertẽs animas. Lex igitur est velut sol, qui illustrat, lętificat, & vitã præbet: oculos autẽ lippientes offendit: sicuti & vinũ, quod hominis cor lætificat bene dispositi: præbet autem mortem pleureticis, & febricitãtibus. Pari modo Christus, in quo descripta est lex, fuit in ruinam & in resurrectionem multorũ in Israel: vt Simehon prædixerat. Sic & corpus ipsius: vt canit Ecclesia. Mors est malis, vita bonis. Data est igitur lex, in nostrã vtilitatem: vt ordinarentur ossa corporis nostri, & nerui oẽs, quos habemus: & per obseruantiã ipsorum, meremur promissa præmia. Ideo dat fructum, remunerationis in tẽpore suo. Data etiã sunt illa mandata, vt homo haberet, vnde exerceret intellectum & portionẽ illam superiorem: & patefieret sibi via per quã ad diuina conscenderet. Ideo cõuertit animas ad diuina specu'anda Nam homo in Deũ conscendere non põt, sine lumine scripturarũ. Hoc aperte depromit Baruch, dũ ait. Non est qui possit scire viã eius, nec qui excogitet semitas eius: sed qui scit vniuersa nouit eã, & tradidit eã Iahacob puero suo, & Israel dilecto suo, ĩ lege videlicet. Post hæc, vt ipsemet Ba

ruch ſubinfert, in terris viſus eſt, tradens vi delicet lumen euangelicum, quia ſicut ſol non videtur niſi in lumine ab ipſo emanā te: ſic Deus non poteſt deprehendi niſi in lumine diuino. iuxta illud prophetę. In lumine tuo, videbimus lumen. Hęc omnia intelliguntur de Meſsia filio Dei, qui dicitur lex. Lex iſta ſecundum Elchana, quatuor producit effectus, in ſuperiori concluſione notatos: per hoc Moſes in lege primo mūdi fabricam aſsignauit, hominumq; notabilium generationem, ac eorum notabiles, & pręcipuos effectus, vſque ad Abrahamū, qui Dei cultum ampliauit: dehinc Iudęorū captiuitatem, ac eorum liberationē: vltimo ponit legem in monte ſina habitam. Ratio huius fuit, vt oſtenderet nobis, quemadmodum Deo debemus, nec tantum creationis ratione: ſed etiam liberationis, & redemptionis: & ideo, quamuis Dei filius, noſter ſit creator: & conſequenter ei obedire debeamus. Voluit pterea pater ęternus, quod eidem filio debeamus etiam humano iure, nempe redemptionis ratione: volunt enim leges humanę redemptum à ſeruitute, redemptori ad pretii ſolutionem debere: vel ei ſeruire quinquennium; nos vero ſumus a Dei filio a peccati ſeruitute, & Diaboli liberati; nec eius ſanguinis pretio æquiualens:

reddere

reddere possumus:quare quinque annos ei seruire tenemur,idest, quinque ętatibus;iccirco dicit Zacharias. Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus ei, in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus vitę nostrę. vnde soluitur dubitatio illa, cum Christus sit paternæ hæreditatis hęres,quare Luc. dicitur. Oportuit Christum pati; & ita intrare in gloriam suã? Respondetur,quod erat hæres in re hæreditaria, sed iure redemptionis, nisi pro nobis passus fuisset. voluit igitur Christũ pati pro nobis, vt ei teneremur iure redemptionis. Idq; facit Deus; ut ostendat nobis, quàm iustè nobiscum agat, quoniam &, si á nobis velit honorem, & seruitutem, id iustè velit etiam iure humano, quapropter Deus in Exo. dicit. Ego sum dominus Deus tuus, q eduxi te de terra Aegypti; & liberaui te in brachio meo extento, &c. Ideo pręcipio tibi, vt obserues p̃cepta mea, quia scilicet teneris iure humano Qui igitur volebat Deus nos seruos filii sui esse;ideo voluit, quod filius conferret nobis quatuor, mirabiles effectus; per quos ei teneremur. Primus effectus est,quod nos in esse ideali produxit. Secundus effectus, quod nos in esse realis existentiæ posuit, vna cum patre, & Spiritu sancto. Tertius est, quod nos ad Deum reuocauit,

vt

vt ipse dixit. Cum exaltatus fuero a terra; in cælum. s. in ascensione, omnia trahã ad me. Tot martyres ob Christum tormenta sunt passi: de confessoribus idem dicatur, & de Virginibus, &c. Quartus effectus est beatitudinis, sicut ipse testatur, dicens. Ego vitã do illis æternam. Dicit igitur conclusio; cur lex Dei a beth incipit, ad denotãdum, quod beth filius Dei vna cũ patre, & Spiritu sancto dedit legem, quod est ĩmaculata, idest, perfecta: eo quod veniat à fonte sapientiæ filio, quôd erat cuncta componens, id est', beth filius erat cũ patre: concurrens ad mũdi fabricã, iccirco Io. dicit. Omnia p ipsum facta sunt (quod est conuertens animas, id est, per filium conuertimur ad Deum, siue per legem á filio procedentem, sicut ipse testatur. Veni vocare peccatores: & Paulus. Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum suum daret: vt, qui credit in illum, habeat vitam æternã, quod facit dare fructũ in tẽpore suo, idest, beatitudinẽ, vt ipse dicit. Ego veni, vt vitam habeãt, & abũdantius habeãt.

P.M. Per eandem conclusionem sciri potest, quod idem filius, qui est sapientia patris, est, qui omnia vnit in patre: & per quem omnia fa-

cta

cta sunt: & a quo omnia conuertuntur: & in quo demum sabbatizant omnia.

A Multorum sapientum conuentus in eandem sententiam, ostendit illius veritatem. In negotio Idearum, non solum chatolici, aut christiani omnes conueniunt: sed externi sapientes tot, & tanti viri, vt omnis suspitio merito tolli possit, quod nostri magis lege, quam veritate eas affirment. Zeno antiquus philosophus Deum prædicat naturæ principem, & dispositorem, quem logon, id est, verbũ nominat, quod, est intelligẽtia sui ipsius, & rerũ faciendarum, & cõsequẽter Idea. Quod accepisse creditur ex officina Mercurii, qui in Pymandro, ait. Mens Deus vtriusq; sexus, fœcunditate plenissimus, vita, & lux verbo suo mẽtem alterã opificem peperit. Postea clare loqtur, quomodo Dei verbum, idest, excogitatio rerum faciendarum: aut in quo est ipsa excogitatio: fabricauerit hoc mundanum opus, vniendum cum opifice primo. Et sicut ipsum verbum est consubstantiale, & vnitum primo, id est, summo patri, sic omnia, quæ per ipsum facta sunt ad vnionem deducit. Et ab istis, vel a superiori officina prophetis: & sanctis viris referata didicerunt Socrates,

&

& Plato, qui dixerunt ideas seiunctas à materia, in penetralibus Dei existentes: nō inter nubes, aut in concauo lunæ: vt falso calumniantur peripatetici. Sunt igitur Ideæ in summi Architecti mente, vel verbo, tanquam rerum causę. Verum in Opifice vna est idea, & vniuersalis causa, virtute omnia habens, & præhabens: sed multiplicata per respectum ad ideata, quia multorū est: vnde origine vna existit, multæ autem ex determinatis ab ea. Et uocatur á philosophis, intelligentia Dei, causatiua rerum: & hæc nihil aliud est, quam verbum eius, per quod facta sunt omnia. vnde Paulus, cum de verbo incarnato cum Colossensibus dissereret, ex promptuario tertii cæli hæc depromit. Ipse est primogenitus omnis creaturæ, in quo condita sunt vniuersa in cælo, & in terra. Nec quippe condita sunt materiali structura, aut in officina ferraria, vel lignaria: sed per rationes exēplares existentes in verbo, & in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Moses quoque cum mundi fabricam miro artificio describeret, binas semper productiones meminit, quarum alteras in mente, alteras in productione exteriori fuisse innuit. Illæ quidem per verbū, dum ait. Et dixit Deus: Fiat, producat, vel faciamus. hęc autem ex-

terius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

terius explicatæ deſcribũtur. Salomon Dei, & hominum iudicio ſapientiſsimus adiudicatus, cum de ſapientia Dei loqueretur in qua facta ſunt omnia. Ipſam productam p̃mittit ante terram, montes, colles, abyſſos, vel materiam informẽ, aut flumina, maria, & quicquid in eo continetur: & cælorum atque inferiorum fabricæ aſtitiſſe, dum ait. Quando præparabat cælos aderam: quando ſtatuto ſuo, & gyrro vallabat abyſſum, omnia videlicet, formans, & in omnibus imprimens ſuis menſuris, & ordine. Vnde ſequitur, quando æthera firmabat ſurſum: vel cũ deduceret nubes deſuper, & formaret fontes aquarum, & poneret aquis ſtatutum, ne tranſirent fines ſuos: cumq; ordinaret fundamenta terræ, eram apud eum Amon אמון quod magiſter in qualibet arte, aut artifex, & figurans interpretatur. In ſapientia ergo diuina eſt artificium, quo omnia formãtur, & moderãtur. Et illud eſt exemplar, & idea rerum faciendarum. Eſt ergo iſta ſapientia filius patris, qui omnia primo vnit in ſe, demum in patre, quod cõfirmans Paulus ait. Collo. Ipſe eſt caput omnis principatus, & poteſtatis. Et iterum. Cum Eph. Et ipſe dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quę corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Et cum ipſe ſit vnitus

patri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

patri tanquam caput nostrum : ergo & nos tanquam membra eius erimus uniti : ideo omnia iure ad eum conuertuntur, tāquam finis omniū quietans & beatificans. Ipse.n. tanquam caput totius mystici corporis, influit in omnes articulos & artus vitæ nutrimentum, regimen, motū. Quę omnia secūdum spiritualem influxū, proueniunt a capite nostro Christo. In ipso. n. sūt, & ab ipso replentur omnes sensus interioris hominis: cum nec gustare, nec uidere, nec odorare, nec audire posimus, quæ Dei sunt, nisi per uirtutem huius capitis Christi. Dicente Paulo. Gratia Dei sum id quod sum, quæ gratia in nos emanat per Christum. Ad Roma. Hæc cōclusio est eadem cum superiori, variatis tñ terminis, ut clarius elucescat. Primo dicit. Per eandem conclusionē sciri pōt, quod idem filius, qui est sapientia patris, sicut ipse testatur. Omnia quę tradita sunt mihi á patre meo, nota feci uobis. est enim sapientia genita, est, qui omnia unit in patre, ut patet in Iohanne, Rogo pater, ut sicut ego, & tu unum sumus, ita & isti unum sint in te. Et Paulus cum Romanis, & corinthis differit, dicens. Sicut unum corpus est, & multa membra habet: ita & Christus in uno enim spiritu omnes nos in unum corpus baptizauit Et cum Christus sit unitus patri, &

nos

nos ſibi:nos igitur Deo unit, & per quem omnia facta ſunt, tanquam per artẽ patris, ut dicit Auguſtinus. Nam creaturæ habent eſſe per principium ideale, qui eſt filius, & á quo omnia conuertuntur, tanquam.ſ.ad ſuum principium, a quo ſumpſere principium, & in quo demum ſabbatizãt omnia, eſt.n. Chriſtus uia media, & ſcalæ, per quas aſcendimus ad patrem:ut ipſemet in Iohãne, dicit. Ego ſum uia, nemo uenit ad patrẽ, niſi per me. Rurſus: ego ſum oſtium, ꝑ me ſi quis introierit, ſaluabitur. & paſcua inueniet. Et hoc eſt ſabbatizare, id eſt, quieſcere per Chriſtum.

Qui profunde conſiderauerit nouenarium beatitudinum numerum, de quo apud Matthæum in euangelio, videbit illas mirabiliter conuenire nouenario nouem numerationum, quæ ſunt infra primam, qui eſt inacceſſibilis diuinitatis abyſſus.

Quicquid ad nos è cælo deſcendit, a de-
…m ſephirot, fontibus archetypis prouenit,
…,quoniã, idẽ manẽs idẽ, facit ſemp idẽ

ſc-

(secundum Aristotelem) quare Deus, volens diuersas procreare creaturas, induit se multimoda vestimenta, vt supra vidimus. A quibus tam mali, quam boni procedunt effectus: vnde eadem influentia, siue influxus est bonus, & malus, bonus benedispositis: malus male dispositis. Exemplum; de cibo, vni proficuo: alteri nociuo: sic est de influxu sephirot fontium. In huius ostentationem Deus puniuit Aegyptum decẽ plagis: ad denotandum, quod ad illam punitionem omnes decem illę dimensiones concurrere: sic versa vice, conueniunt omnes, ad bonum pręmium: ideo ait Thomas in sequentia corporis Christi. Mors est malis, vita bonis. Et Paulus. Qui manducat, & bibit indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini. In huius consonantiam Mercurius Trismegistus, Ietro cognominatus. Et Mosis socer dicit, quod omnes cælorum influxus vni prosunt, si sit bene dispositus, & alteri obsunt, si male sit dispositus. Idem affirmat Iulius Firmicus in suis prognosticationibus: vbi probat, quod malitia ab indispositione subiecti prouenit, non a cœlis. Ad conclusionem. Matthæus. 5. cap. nouem ponit beatitudines (tam & si octo videantur tantum) & appropriãtur nouem sephirot, dimissa prima sephira, quę est pater, & omnium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

nium inferiorum ſephirot fons in eas influens: eſtq; ſicut ſummus pontifex inter cardinales, qui ab eo dependent, non econtrario: iccirco prima ſephira operatur independenter: ideo ait Chriſtus filius Dei. Omnia tradita ſunt mihi á patre meo. Et alibi. Omnia, quæ habui à patre meo, nota feci vobis. Sicq; pater cheter Eliõ eſt fons vniuerſalis. Prima igitur beatitudo eſt (Beati pauperes ſpiritu, &c.) Manſiones multæ ſunt in domo patris æterni, vt prædicat Ioãnes. Non quod ſint diuerſa, ac diſtincta habitacula pro conditionibus habitantium, vt puta: pro martyribus, ꝓphetis, virginibus, & huiuſmodi: vt quidam ſentiunt: ſed iſta ſeparatio ad quid? magis enim oblectantur ſimul vniti, & congaudentes. Cum in beatis non ſit liuor, iurgium, odium vel perdendi timor, quibus de cauſis ſolent conſtitui mãſiones ſeparatæ. Sunt igitur manſiones multæ: cum multipliciter & variè ſint remunerandi beati: iuxta illud Apoſtoli. Sicut ſtella differt à ſtella in claritate: ſic ſanctus à ſancto in gloria. Sunt etiam varii fontes particulares, a quibus emanant animæ (quamuis vnus ſit fons primarius & præcipuus Deus viuus) ſic ad varia loca redeunt eiuſdem domus & regni beatitudinis. Quodquidem regnum ampliſsimum eſſe non dubitamus.

Quales autem ſint hæ manſiones ille ſolus nouit, qui ipſas diſpoſuit: & ii tantum, quibus ipſe dignatus eſt reuelare. Iuxta illud Eſaiæ. Oculus nõ vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. Quãuis huiuſmodi manſiones deſcriptæ ſint á Chriſto, ſub nomine beatitudinum, quæ ſunt nouẽ. Et quamuis animæ ſint eiuſdem ſpeciei: prę parantur tamen illis variæ manſiones, pro varia animarum conditione. Et quamuis dicat ſapiens. Ab initio ſortitus ſum animã bonã. Et Chriſtus. Vni dedit (inquit) quinque talenta, alii duo, alii vero vnum: vnicuique ſecundum propriam virtutem. Varia ſunt dona gratuita, non naturalia. Vnde virtus aut gradus naturalis, correſpondet gradui gratuito, & è contra. Etſi Peripatetici dicant: ſpecies ſe hãbent ſicut numeri, in quibus uno uariato, ſpecies quoque numerorum variantur. Hoc quippe contingit in numero vocali, vel materiali: non autem in numero naturali vel formali: quibus numeris diſtribuuntur ſpecies. Nam horum numerorum vnitas eſt diuiſibilis: vt patet in muſicis: ſemitonium venantibus. Tũc enim diuidunt vnitatem, qua nouenarius excedit octonarium: vnde reſultat tonus. Qui muſici procedunt per numeros naturales, ſicut phyſici. Manſiones ergo iſtæ, ſeu regnum

cælorum

cælorum promittitur pauperibus ſpiritu. Pauperes multimodi ſunt: alii enim ex ignauia quadam ad inopiam deueniunt. Alii, quia nimis prodigi. Alii ſunt pauperes ſpiritu & debiles, adeo, vt parum vel nihil ſpeculari queant. Alii ſunt diuites rebus, mēte vero pauperes: cum diuitias non habeant tanquam poſſeſſores, ſed tanquam diſpenſatores: nec eis indebitè afficiantur. Iuxta illud pſalmographi. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et his datur regnum cælorum: ſicut & iis, qui ſunt pauperes rebus & mente. Hinc per pulchrè dixit Chriſtus. Beati pauperes ſpiritu. Alioquin nec Abraham, nec Iſahac, nec Dauid, nec multi alii diuites noſtri temporis eleemoſynarii, & paſtores pauperum, regnum Dei poſsidebūt. Nec obſtat dictum ſaluatoris de difficultate ſeu impoſsibilitate, quā habet diues ad intrandum in regnum cęlorum: veluti camellus ad intrandum per foramē acus. Id enim intelligitur de iis, qui nō poſsident diuitias: ſed ab ipſis poſsidentur. Sicut (teſte Seneca) febricitans non poſsidet febres: ſed ab ipſis poſsidetur. Beatitudo ergo confiſtit iſta, in relinquendo temporalium rerum affectū: & illum apponere circa rerum diuinarum ſpeculationem, & amorem erga Deum. Homo ideoq́, quo ſapientior cæteris exiſtit: eo

circa ſapientiam diuinam, & circa vnum.ſ. Deum ſe accingit. vnde Boethius: quid.n. quæritis extra vos bonum fælicitatis, cum intra vos conſiſtat. Et Mercurius Triſmegiſtus, dicit. Donum exterius eſt multiplex. Nempe, quot ſunt ſenſuum obiecta interiorum, & exteriorũ, puta, diuitię fama, etc. Hoc exterius bonum ſequebatur Martha, cui Chriſtus dixit. Turbaris erga plurima; nimirum exteriora bona; Maria autem optimam partem elegit, id eſt, bonum interius, quippe affectum circa diuina: & paruipendendo mundana: atque captiuando intellectum, & oẽs animæ vires circa Deũ, ipſum amando, eiq; adhęrendo. Et hoc eſt, quod Chriſtus ſubdit. Porrô vnum eſt neceſſarium iſtud vnũ eſt exteriora relinquere & vnum omnium centrum eligere Deũ. Beati ergo pauperes ſpiritu, qui ſcilicet vnũ tantum, modo dicto, diligunt. nam, vt is in fortunæ bonis eſt pauper, qui tãtummodo vnum habet denariũ: ita ille eſt ſpiritu pauper, qui vnum tãtum diligit. diues in bonis fortunæ eſt, qui multa poſsidet bona. ita diues ſpiritu eſt, qui permulta vagatur per cõcupiſcentiam, & amorem ſubdit. Quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. nam ait Veritas. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te Deum patrem. Beatitudo namque, cogni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tio: & regnum cælorum sunt idem. Cũ hac beatitudine associatur chocmah, quia adinuicem. Conueniunt: chocmah.n.idem est, quod sapientia diuina, qui est filius. ideo quando quis quærit in vno, idest, in sapientia diuina quiescere: vere est pauper spiritu, nempe rerum exteriorum. Secunda beatitudo: beati misericordes, &c. Misericordibus misericordia promittitur. Quia clemẽtissimus moderator nõ patitur vinci à mortalibus misericordia & pietate. Cũ ipsa Deo quoddam proprium & peculiare sit. Sicut canit Ecclesia. Deus cui est proprium misereri semper & parcere. Etiam stat regula illa immũtabilis, a redemptore promulgata. Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. vnde secundum hanc regulam, docet nos ipse redemptor, ut orãtes dicamus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quæ regula (teste zohar) nunquã deficit: licet aliæ omnes aliquando cessare possint. Hæc conuenit cum Gedulah cui misericordia attribuitur, quæ ad nos etiã peruenit. vnde Elzohar dicit. Apud Deum multæ sunt regulæ, quæ si qñq; suo deficiũt effectu, hæc tamen, nempe Gedulah misericordia nunq̃; deficit, quia semp miseretur: illi.n. propriũ est misereri, & parcere illis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

qui aliorum miserentur, & parcunt. Et subdit Elzohar ad literam. Eadẽ mensura, quã mensi fueritis, remetietur & vobis. Quod idem Christus affirmat. Et in iudicio vniuersali de nullo alio opere à lege præcepto, vel prohibito ita districtè discutietur, sicut de misericordiæ operibus. ideo dicit. Esuriui, &c. Quare, qui proximi miserebitur, misericordiam consequetur. merito igitur dicit. Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Tertia beatitudo: beati, qui lugent, &c. Regnum cælorum lugentibus etiam promittitur, & pænitentibus, sicut & pauperibus spiritu, & patientibus propter iustitiam, quia ex eadẽ radice prodeunt hæc, quæ in verbis diuersa videntur. Pęnitentiam enim agere, est remouere affectum ab omnibus creatis. Quod in rei veritate idem est, quod esse pauperem spiritu, idest, nihil affectare ex iis, quæ immũdo sunt. Huiusmodi vero in Deum collecti, omnia extrinseca paruipendunt, adeo vt nõ solum aduersa mundi ęquanimiter sufferãt: sed oblectentur priuatione commodorum, aut opprefsiõe hominis animalis, quia Deo meliorem hominem retrahit. Hinc verè adhærentes Deo pafsionibus animalis hominis lætantur. Quorum primi ac præcipui fuerunt Apostoli, de quibus Lucas ait. Ibãt

Apo

Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et huiuſmodi ab inferioribus ſeparatis, regnum cælorum aperitur, quod (vt diximus) eſt ſuſcipere Deum in ſe, ſemota omni contrarietate, quæ eſt oblectatio in creaturis. Hæc beatitudo cum Binah ſociatur, qui eſt locus Spiritus ſancti docentis nos miſerias noſtras flere, quando ſcilicet permittimus animalem hominē ſpirituali dominari, quare compungit cor: & diuiſionem inter vtrumque hominē ponit, & ſocietatem ſoluit: & inducit ſpiritum ad reſiſtendū carni. & hoc eſt, quod dicit Chriſtus. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et tanto erga nos Spiritus ſanctus amore afficitur, vt fleat calamitates noſtras, teſte Paulo. Ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus ideſt, docet nos flere, & compungi. Quare dicit Paulus. Sermo Dei eſt efficax, & penetrabilior omni gladio bicipiti, pertingens ad diuiſionem animæ, & ſpiritus. & hac ratione feruoris Spiritus ſancti, in nobis operantis. Et ſeparata horū duorum amicitia, rationalis videlicet, & animalis hominis, q̄ cum triſtitia fit: naturaliter enim ſe diligūt: tunc Spiritus ſanctus partem conſolatur rationalem, & ſpiritualem. Quare dicitur,

consolator optimus ab Ecclesia, patet de iu
sto moriente, quæ mors est animæ, & corpo
ris separatio: & fit cum tristitia, quia (secun
dum Aristotelem) mors est vltimũ terribi-
lium. Tamen post mortem spiritualis conso
latur: propterea quod beatur ideo bene di-
cit: beati qui lugent. Per separationem. s. a
sensualitate, parte animali. Quoniam ipsi
consolabũtur: nempe per aduentũ Spiritus
sancti. Quarta beatitudo. Beati mites, &c.
Mittibus promittitur terra, non terra quam
calcamus, nec terra patribus promissa: præ-
teriit iam figura. Est igitur terra illa supre-
ma, quã Plato tantis laudibus prosequitur:
& quam Dauid vocat terrã viuentium: in
hac. n. terra, plantata est arbor vitæ, arbor
scientiæ boni & mali: & omnes cedri Dei ele
cti, quas ipsemet plantauit. Iuxta illud sum-
mæ veritatis. Omnis plantatio, quam non
plantauerit pater meus cælestis, eradicabi-
tur. Qui locus dicitur terra: non quia grauis
& ad centrum tendens: sed quia ex ea om-
nes arbores & plantæ Dei pullulant. Quam
terram possessuri sunt mites, non hispidi &
duri. Hinc scriptũ est, quod Iahacob lenis
dilectus fuit a Deo. Hesau vero hispidus &
pilosus odio habitus, quandiu videlicet in
sua duritie perseuerauit. Hęc cum Malchut
conuenit, quæ est terra viuentium: ideo
beati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

beati mites, quoniam ipſi hęreditabunt terram, nempe viuentiũ malchut. Quinta beatitudo. Beati mundo corde, &c. Mũdis corde Dei viſio promittitur. Et quamuis dicatur. In Exodo. Non videbit me homo & viuet. Augit tñ, & alii perhibent aliquos in vita mortali vidiſſe Deũ: quibus Ioannes adſtipulatur, dicens. Vidimus gloriã eius, ſcilicet, Chriſti. Nã gloria Chriſti eſt ipſe Deus: vt Paulus innuit. Homo tamen viuens ſenſibus animalibus, Deum nõ videbit: ſed mortuus illa morte pretioſa, de qua Apoſtolus: mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cũ Chriſto. Et hoc idem eſt, quod habere cor mundum cum mundari ab omnibus voluptuoſis & mundanis effectibus ſit mori mũdo & carni. Hinc Apoſtolus ait. Chriſto crucifixus ſum cruci: viuo autem iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Nec.n. Deus, qui fecit nos ſibi templũ, tenuit habitare in nobis, & oſtendere ac præbere ſe nobis: niſi quatenus ipſe ſummé purus videt in nobis aliquam maculam ſummè puritati ipſius repugnantem. Hæc cum Tipheret conuenit, in quo beatificabimur, & per quem pulchri efficiemur, ac mundi: nam Ioannes ait. nihil coinquinatũ intrabit in illud. vnde Plotinus: efficiamur mundi, vt munditiam diuinam veram conſequi poſsimus. Sexta

beati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

beatitudo. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, &c. Sitientibus iustitiam, saturatio promittitur. Prouisor summus, qui omnibus etiam animalibus rationis expertibus, nullis accedentibus meritis præparat escam tempore opportuno: deficiet iis, qui esuriunt iustitiam: multomagis non deficiet his, qui sunt fideles in domo eius. Et saturatio præcipue promittitur his, qui esuriunt iustitiã. vt obseruetur lex ab ipso principe Christo lata, qua dicitur. Quærite primo regnũ Dei: & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis: & illa, quę nuper adducta est. eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Quæ regula (vt dixi) nũquam deficit. vnde si nos zelamus honorem Dei & cultum, qui potissimè in iustitia cõsistit, cogitur ipse Deus, per regulam illam inuariabilem zelare commodum nostrum, saturando nos, non solum corporeis cibis: sed quodcumque honestè desiderare possumus tribuendo. Iuxta illud. Iacta cogitatum tuũ in domino, & ipse te enutriet. Ista cum Gebura conuenit: à qua omne iudicium, & iustitia contra malos. ille influxus in se est bonus: sed male dispositis propter peccata est malus. vnde Gebura influit uindictam zelo honoris Dei: &, si eo quis vtatur in inimicorum uindictam est malus: si uero in Dei ho-

honorem, eſt bonus. Hoc zelo Dei feruebat Helias, qui ob Dei honorem quadringentos falſos prophetas interficere fecit, qui adorabant Baal. vnde ipſe dixit. Zelo zelatus ſum propter dominum. Ioſeph itē hunc ob zelum abſtinuit ſe a fornicatione, vel adulterio Martyres idola contempſerunt: propter quod Helias meruit ab inimicis liberari. Ioſeph Aegypti princeps factus eſt. Martyres præmium ſumpſerunt. Deq; hoc zelo loquebatur Chriſtus, quando dixit: egi veni mittere gladium. Hic in intentione cōſiſtit. Si oculus tuus fuerit ſimplex, ideſt, intentio tua bona, & recta ad honorem Dei: totum corpus lucidum erit, ideſt, opus perfectum erit: nam quicquid faciunt homines intentio iudicat omnes. Septima beatitudo. Beati pacifici, &c. Pacem Chriſtus nobis ſuadet: & ipſam nobis aliis denunciandam proponit. Et hoc quia regnum ipſius eſt regnum ſpiritus & pacis. E conuerſo autem regnum Diaboli, eſt regnum carnis & litigii: ratio eſt, quia bona carnalia & temporalia ea ſunt, vt pluribus cōmunicata diminuantur. Vnde qui ea appetit, ſemper timet: ne: ſi pars ſocii augeatur: ipſius portio diminuatur. Hinc Iacobus dixit. vnde bella & lites in nobis: nonne ex concupiſcentiis veſtris, quę militant in membris veſtris. Spi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ritualia vero bona magis communicata, magis augẽtur. Hinc de ſapiẽtia inquit ſapiẽs. Quam ſine inuidia communico. non enim Doctor ſapientiam, docẽdo, imminuit, immo ipſam adauget. Etiã beatitudo nõ poteſt ſtare cum litigiis: nam beatus (teſte Aug.) eſt ille qui habet, quicquid vult. Litigãs autem non habet, quicquid vult: immo quęrit & appetit, quod nõ habet. Chriſtus etiã quęrit pacẽ á nobis, quia ſicut receſsimus à Deo per diuiſionẽ: ſic in Deum reuerti debemus per vnionem, quæ ſine pace eſſe nõ poteſt. Hinc ipſe dixit. Rogo pater, vt ſicut, &c. Ideo Salomon qui Rex pacificus interpretatur, fuit dictus dilectus dñi. 2. Reg quia natus de Berſabeeh, id eſt, de puteo ſeptem ſuperiorum defluxuum, qui faciunt homines ſuper quos deſcendunt, filios Dei propter hoc, pacifici, filii Dei vocantur. Hæc cõuenit cum Nezach, influxum fauorabilem. Et hęc refrenatio fit per amorem habitum erga Deum, qui enim amat Deum, cætera paruipendit. nam Dei amor foras mittit amorẽ proprium, & fortunæ bonorum. Quare dicetur filius Dei, vt habetur in Iohanne. Dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri, his, qui non ex ſanguinibus, ideſt, qui non ſequuntur amorem carnis, nec proprii honoris. neque ex voluntate carnis, ideſt, qui non

ſequuntur motus ſenſuales. Nec ex voluntate viri, ideſt, qui non ſequuntur concupiſcentiam oculorum ſcilicet auaritiæ, ſicut idem Iohannes ait. Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ. Vnde Iaco. vnde lites inter vos, niſi quia carnales eſtis. Et Paulus ad Gala. Opera carnis ſunt odia, inimicitiæ, &c. Homo vero, iſta relinquens, fit Dei filius. ideo bene dicitur. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Octaua beatitudo: beati, qui perſecutionem patiuntur, &c. Regnum cælorum promittitur patientibus propter iuſtitiam, quia amore Dei pati, eſt potiſsimum fidelitatis & adhærentiæ cum ipſo Deo, ſignum. Hinc notanter dixit Chriſtus: propter iuſtitiam: non autem propter crimen, aut facinora, propter quæ multi ſæpe pati ſolent. Etiam, quia ærumnis & calamitatibus æquanimiter toleratis adeo expurgatur homo: vt mundus mereatur fieri conueniens Dei templum puriſsimum. Tribulationibus quoque animalis homo & caro ſpiritui inimica caſtigatur: & ipſi ſpiritui ſubiicitur, adeo vt in ipſum tempore ſuo immutari poſſit: & totus homo fieri capax regni cælorum & Dei. Etiam, quia bene: hac regula diſtribuuntur: vt potientes tēporalibus,

priuentur æternis : iuxta id, quod Abrahã diuiti illi dixit. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua: & lazarus simili mala: nũc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Hũc Apostolus dixit. Oportet nos per multas tribulationes inrroire in regnum Dei. Hæc cũ Hod conuenit. ista dimensio est hinulus geburah: a geburah nanque venit diuinus iustitiæ influxus. quare, qui operatur zelo iustitiæ, siue Dei amore, tolerat etiã eius amore malos incursus. Et talis dicitur regnum cælorum habere: iccirco ait: beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Talem iustitiam, siue Dei honoris zelum habuit Elias, & martyres, vt supra. Vnde nos dupliciter à Deo punimur. Primo propter peccata nostra sic exigentia, vt de Dauide patet: cui post commissum scelus vriæ, dixit Nathan. Non recedet gladius de domo tua: vt patet in Absalon, qui fratrem Amon occidit. Et hoc est, quod dicit Hieronymus, quod amico Dei cito pęna rependitur, quia tarditatẽ supplicii grauitate compensat, contra. s. inimicos suos; mora enim iudicii, signum est damnationis æternæ. Ille vero, qui patitur sine demerito, propter iustitiam is patitur: iustitia nanque maius exigit præmium, vbi maius meritum intercesserit. Nona beatitudo:

do: beati eritis, cum maledixerint vobis homines, &c. Hic exquirit Christus à nobis iniuriarum remisſionem; vt inde pacem facilius habeamus: & inde á Deo remiſsionem cōsequamur. Hinc ipsemet Christus docuit nos orantes dicere. Dimitte nobis, &c. Et alibi. Dimittite (inquit) ſiquid habetis aduersus aliquem; vt & pater veſter, qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra; & hoc quia vindicta Deo peculiariter competit. iuxta illud. Mea eſt vltio, & ego retribuam. Vnde nullus iure vindictam de male actis ſumere poteſt; niſi Deus, & is, qui vicem Dei ī terris gerit; iudex videlicet. Nec maiorem vindictam de iniuriis ſibi vel aliis illatis quis ſumere poteſt, quam Deo vindictam committere. Iuxta illud Apoſtoli. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitierit, potanda illi. Hoc enim faciens: carbones ignis congeres ſuper caput eius, Sapientes enim non præmuntur malis, anguſtiis, & iniuriis. Vnde Plotinus excludit ſapientem á timore, & dolore, dicens. De nulla enim re timet aut dolet. Hinc Socrates venenum non timuit; nec martyres exhorruere tormēta. Immo in ipſis lætabantur. Iuxta illud Apoſtoli. Rapinā bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Veri enim ſapiētes
collecti

collecti ſunt ad mentis arcem : vbi exiſtētes nihil curant, nec triſtantur (vt aſſerit Boetius) impellectilium iactura. Hinc quoque collecti oderunt corpus: & quæque ad ipſum pertinentia : tanquam impedimenta quædam mentis poſsidendæ; & regni illius, quod verum gaudium ; & vera oblectamēta parit. Hinc lætabantur martyres, veræ ſapientiæ compotes; cum cruciatus corporibus ſuis inferrentur, & iniuriæ. Hæc conuenit cum Ieſod; a qua dimenſione prouenit vita; ab hoc loco peruenit Helias, & Ioſeph, qui perſecutionem paſsi ſunt propter iuſtitiam, iccirco mercede magnam recepere in hoc mundo, & in alio; nam hic princeps Aegypti eſt conſtitutus; ille à fame prę ſeruatus, & martyres cōplures ê carceribus vberati; & tandem hi omnes in cælo ſunt coronati; vnde conuenienter dicitur: merces magna dabitur illis, ideſt, vita æterna, quæ a Ieſod prouenit. Et patet concluſio.

Sicut Ariſtoteles diuiniorem philoſophiam, quam philoſophi antiqui ſub fabulis, apologis velarūt: ipſe ſub philoſophicæ ſpeculationis facie diſsimulauit: & verborū breuitate obſcurauit: ita Rab,

Moſes

Moses Aegyptius in libro, qui a latinis dicitur Dux neutrorum, dum per superficialem verborũ corticem videtur cum philosophis ambulare, per latentes profundi sensus intelligentias, mysteria complectitur cabalæ.

A Omnis scola Hebræorum in tres sectas diuisa est. In philosophos, in cabalistas, & in Talmudicos. Declarantes & exponẽtes scripturam, & legem, quatenus ad hunc mundum sensibilem, & inferiorem: & actiuã vitam attinet, Talmudistæ dicti sunt. Alii mũdanarum rerum curam, iudicialia, & omnimodum vsum, tam reipublicæ, quàm priuatarum rerum Talmudistis relinquentes, cõtemplationiq; vacantes, & vitæ supernæ, omnia quæ scripta sunt ad Archetypum retulerunt: & in illo, aut per numeros, aut per symbolicam rationem, vel per anagogicum sensum omnia interpretati sunt. Alii vero tantummodo cortice litterę cibari satis est. Exponunt tamen bibliam (post sensum literalem) secundum philosophiam. Primus horum fuit Rab. Moses de Aegypto, quo adhuc viuente floruit Auerois cordubensis.

Hic Doctor ergo comparat Mosem de Aegypto Aristoteli. Hic Moses fuit natione Hebræus, & patria Hispanus. Iste nulli sectę credidit: nec Mosi, nec Christo, nec Maumeto. Et licet per superficialem verborum corticem videatur cum philosophis ambulare: & intelligat nihilominus in illis antiquorũ verbis theologorum, idest, cabalistarum secreta detegere: illi tamen doctrinæ: tãquam veræ minime credidit, sicut & Auerroys, qui vir nullius fidei fuit, omnes deridens sectas, dicit: pro ut dicunt locutores trium legum, idest, loquaces. Quasi dixerit, leges nihil firmitatis habere, nisi tantum in verbis: &, quamuis in commen. Primi cæli & mundi, dicat, quod Deo tenemur honorem triplicem impendere, orationis videlicet, sacrificii, & amoris: in hoc tñ sibi ipsi cõtradicit: quia, si Deus hæc inferiora nõ intelligit (vt ipse asserit) qũo eum orare oporteret? &, si necessario agit, vt ipse affirmat, qũo potest sacrificiis flecti? &c. Ecce qũo iste de diuinis loquitur: & contrarium tñ credit. Aristoteles vero qñq; loquitur de diuinis, & illa credidit: fuit.n. nutritus ad pedes diuini Platonis, quod ipse in xi. metaphi. affirmat, dicens: vt tenent patres chaldæi, idest, Hebræi: idq;, quia ꝑmiserat dicta sui magistri Platonis tacito eius nomine, vt vindicaret,

sibi

ſibi eum honorem. re ipſa tamen Ariſto. nihil in diuinis valuit reſpectu Platonis. Eſt enim multorum ſententia doctorum virorum, quod Plato doctrina tantum excedit Ariſtotelicam, quantum diuina quibus ſemper redolet Plato, ſimul cũ pythagora eminent terreſtribus, quibus deprimitur Ariſtotelis qui (vt ait proculus, & Academici, & Peripatetici dogmatis profeſſor) ſimul cum theophraſto, & aliis Peripateticis, vſque ad formas vniuerſorum mouentes, ſuæ ſpeculationis lumen accenderunt. Plato vero ab eo, quod inter entia dignitatem habẽt longe ſemota, & eo quidẽ digniora ſumit exordia: vnde & eius progreſſus ſublimior. Excedit igitur Ariſtoteles Platonem in diuinis. immo oſtendit ſe in huiuſmodi ignarum: dum ideas platonicas negat, quod fecit (vt Franciſcus de Maironis ait) aut tanquam malignus, magiſtri ſui opinioni cõtradicẽs: aut tanquã peſſimus theologus. Quare Græci vocant Platonem diuinum: Ariſtotelem vero Demonẽ, illi .n. ſemper fuit cura de diuinis agere, & ab eis addiſcere, qui à diuinis ſuſceperãt oraculis, id eſt, ab Hebręis: hic autem, propriis viribus inixus, ea tantũ admittere voluit, quæ ſuis ſenſibus, & rationibus probare iudicabat. In naturalibus fuit collector præcedẽtium philoſophorũ: & hoc idẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ipſemet fatetur, vbi de poſterior. anal. agit, docens, quod ſcientia eſt per demonſtrationem: & hæc per quidditates (vt aiunt) & proprias rerum differentias nobis occultas. In theologia fuit ignarus: in logica fuit maiori ex parte, eiuſdem inuentor. Et, ſi XII. metaphi. dicit; Entia nolunt male diſponi, vnus, ergo princeps, hoc habuit ab Homero. Multa igitur theologalia dicit ſub philoſophiæ velamine. Gloriatur tamen & peripateticorum Dux, ſe Alexãdro (Themiſtio referente) ea lege ſua naturalia inſtituta tradidiſſe: vt nemo intelligeret, niſi ipſo qui tradidit interpretante; ergo Ariſto. diſsimulauit ſub philoſophicæ ſpeculationis cabalã, quam philoſophi antiqui ſub fabulis, Apologis velauerunt. Semper enim antiquorum ſtudium fuit ſacramenta Dei, & naturæ inuoluere, & obtegere: & Dei eloquia ſibi credita in corde ſuo abſcundere, ne peccarent. Quam legem obſeruarunt ex Indis Brachmanæ Aethiopes, Perſæ, & Aegyptii. Hinc dicebat horum ſplendor Mercurius. Tractatum tota numinis maieſtate pleniſsimum, irreligioſæ mentis eſt multorum conſciẽtiæ publicare. Hoc Orpheus, & vates omnes antiqui. Pythagoras: Socrates: Plato. Ariſtoſenus, ammonius inuiolabili fide ſeruauere. Hinc Herennius: Plotinus: & Origenes

(vt ſcribit porphirius in de educatione & diſciplina Plotini)iurarunt, ne ammonii dogmata cederent: & quia plotinus violato iure iurando ab ammonio præſtito ſacramenta publicauit: in transgreſsionis pœnam (vt nõnulli aſſerunt) horrendo pediculorum edulio conſumptus eſt. Ieſus redemptor filius Dei diſcipulos docet, ne dent ſanctum canibus: nec margaritas exponunt porcis conculcandas, quæ magiſtri monumenta, vt ſeruarent diſcipuli: aut non ſcripſerunt: aut: quæ ſolum ad miracula, mores componendos, & legis inſtituta pertinent: ab omnibus obſeruanda tradiderunt. Sic fecere Apoſtoli, & Euangeliſtæ omnes: paulo & Iohanne excepto: nam hic tribus euangeliis iam vulgatis, multisq; exarctis annis, ad extirpandã hæreſum Ebionitarum, qui Chriſtum hominem, non Deum eſſe aſſeuerabãt: de ęterna filii Dei generatione: deq; per ipſum hominis vnione cum Deo: mortificato primo animali noſtro aliqua paucis, & obſcurè pronunciauit. Apoca. vero myſteria tot inuoluit ænigmatibus: vt nec Salamon qui ſabæ Reginæ ænigmata ſoluebat, nec quiſpiã alius enodaret: niſi eo ſpiritu perfuſus, quo erat plenus ille, qui ſcripſit. Sed Paulus cũ iam præteriſſe ſenſerit figuram huius mundi: aliquos vel paucos elegit diſcipulos: de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quibus, ait. nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes: dolens ſe non habere bene initiatos quam plurimos: quibus hæc ſacramenta credere poſſet. Secernit igitur apoſtolis profectiores dicipulos, inter quos loquitur ea, quæ ad ſuperiorem ſapientiam pertinet, factus ueri magiſtri diſcipulus: qui nomen Dei patris manifeſtauit eis tantummodo quos ipſe pater dederat: & eos delegit, quibus loquebatur myſterium regni Dei, ab eis, quos in parabolis docebat primũ igitur quanti ſit cabalam.

P. M In textu, audi Iſrael, dominus Deus noſter, dominus vnus, rectius eſt, vt intelligatur ibi collectio ab inferiori ad ſuperius; & a ſuperiori ad inferius, quam ab inferiori ad ſuperius bis.

F. A. Eſt peripateticorum patens controuerſia cum antiquis, Parmenide, de, Meliſſo, & ſequentibus circa rerum unitatem: quæ altercatio potius eſt verbalis, quam realis, ut recte ſimplicicius ſentit, & alii ſapientes: in quam concertationem intrant ei, qui aut non intelligunt, aut intelligere ſimulant ut diſceptandi anſam na iſcantur. quorum litigia facile explcantur

tur, si admittant (ut debent) Deum rerum authorē, sustentaculū & uinculum de quo Plato ad Hermiam erastum, & coriscum lo quens, ait uos, qui tres estis, hanc epistolam legere oportet, uel saltem bini:idque quan to frequentius fieri potest: ut cognoscatis Deum omnium rerum quæ fuerunt, quæ sunt, & quæ futura sunt, principē, & princi pis, opificisq; causæ patrem, & dominum: quomodo philosophando aperte felicis ho minis naturam attingere poterimus; cogno scendo videlicet rerum causam, finem, & su stentaculum: aut continue diffusum in nos Deum: iuxta quod scribit sapiēs quidā astro nomus, nāq; canā tacitæ naturæ mente po- tentē infusumq; Deū cælo terręq; fretoq; sicut per Ieremiā ait; Cælum: & terram ego impleo, ꝙ nisi faciat, uiuificet, & sustentet, cōcta facile in nihilū resoluerētur. Sic itaq; est vnum esse diffusum omnibus in rebus, in quo sunt, & conseruantur: cuius rei ex- emplum probare possumus etiam in in- sensibilibus: nam sol, qui (teste Iamblico) est perspicua diuinę intelligentiæ imago; perspicua statua in hoc templo munda- no (ut docet Dionysius) unicus est in essentia, & luce, multiplex tantum in ra- diis; sicuti primum ipsum esse unicum est in se: & illud Diuinum, æternum &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

immutabile: multiplex tamen in creaturis diffusum, ratione videlicet multitudinis sephirot: fuit enim conueniens in Deo talem præexistere multiplicitatem dimensionum, quia secũdum naturales: idem manens idẽ, semper producit idem: sicut ignis, qui natu ram habet inuariabilem in qualitatibus: semper calefacit, & vrit, ita Deus mundum volens multigenum creare, oportuit se varia vestimenta attributorum induere, nempe, Geburah, Gedulah &c. Suntq; septem mutatoria vestimentorum diuinorum: quibuscum millia millium effectuum producere potest, quod, etsi sunt tãtum septem cogno mina Tetrag. tum quodlibet illorum septẽ cognominum sub se continet mille, & plu ra agnomina, vt ait canti. Et mille tibi Selomo. Sicut sunt. Septem tantum inferiores planetæ, qui adinuicem vniti vario modo inhisce inferioribus tot millia indiuiduorũ distinctorum, ac eorum species producunt: sicut sol cum luna vnum producit effectũ, cum Saturno alium, &c. Similiter de signis zodiaci dicatur, á simili. Deus per vnam sephirah producit vnum effectum, per aliam alium &c. Essentia tamẽ est vna, vt Elzohar dicit. Aduerte, quod, etsi sephirot sunt decem: non discedunt tamen ab vnitate: omnes enim sunt vnus Deus, vti nos dicimus,

pater,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

pater, & filius, & Spiritus sanctus . sunt tres personæ, & tamen sunt vnus Deus : arbor est vna, & habet distinctos, ramusculos, folia, flores, & fructus, & hæc tamen dicuntur una arbor : licet partes sint distinctæ, quia partium distinctio non distinguit totum: ita est vnus homo, & eius membra sunt distincta. Omnia igitur mundi entia sunt unum in Deo ideatum, & radicatum : per quod esse (secundum Aratum) uiuimus mouemur & sumus. &, si Arist. probare conatur entium pluralitatem : magis arguit ad uerba, quam ad sensum. Probat hoc pacto. Mēbrum differt á membro, ergo sunt plura, ergo non vnum. Respondetur, quod sunt plura realiter distincta: sunt unum tamen radicaliter, &c. Sine qua radice esse non possumus, vt cantat Dauid: auferes eum spiritum; idest, esse reale; & deficient. Ad conclusionem igitur dico. Deut. 6. cap. dicitur. Sema Israel, Adonai Adonenu Adonai Echad. Hoc est. Audi Israel, Deus Deus noster Deus, unus est. Super hunc textum, dicit Rab: Symeon ben Iochai in Elzohar. Audi Israel; ait Rabbi Ibba. Hic est ò Israel antiquus יהוה, idest, Deus, qui est principium omnium rerum, antiquus antiquorum, hortus radicum, & omnium rerum perfectio, & dicitur pater; Elchenu אלהנו, idest, Deus

noster,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

noster, profunditas fluminum & fons scien tiarum, quæ procedūt ab illo patre & filius uocatur יהוה, id est, Deus, hic est spiritus sanctus, qui à duobus procedit, unus est ut unum cum alio concludat, & colligit neq; alius ab alio diuidi potest: Et propterea ait. Sema, id est: congrega Israel hunc patrem & filium & Spiritum sanctum, eumq; fac unam essentiam unamque substantiam quicquid est in uno, est in alio totus fuit, & totus est totusq; erit. Hæc ille. dico ergo, quod sicut in prædicamento substantiæ substantia est una: & tamen diuiditur per corpoream, & incorpoream animatam & inanimatam, &c. ita a simili, Deus est unus, tamen plures habet sephirot, siue dimēsiones siue numerationes, siue attributa: quæ omnia sunt unū. Et ista unitas est, siue fiat (col lectio ab inferiori ad superius) id est, exordiendo a malchut ad cheter Elion (& a superiori ad inferius) id est, a cheter Elion ad malchut (quā ab inferiori ad superius bis) scilicet incipiendo á dextra parte inferius sursum ascendēdo: postea iterū à sinistra incipiendo: inferius, & sursum ascendendo.

Rectius est, ut amen Tipheret dicat, & regnum (ut per uiam numeri

meri oſtenditur, quam quod dicat regnum tantum, ut quidam uolunt.

.A. Amen dictio, ſignant uere & uim confirmandi ea quæ præmittuntur, aut ſubſequũtur, habet: hinc eccleſia in omnium orationum fine apponit, amen: acſi diceretur, ſit, aut fiat, quod petitur. ſi uero altius conſcendere uoluerimus, ſecretioresq; theologos conſulere libuerit, idẽ importat, amẽ, quôd coniunctio duorum principiorum, & fontium: á quibus in nos cuncta diffunduntur quorũ unius nomẽ יהוה eſt Iehouah, & Tipheret cognominatur & illud Iehouah profertur per Adonai penultimam breuem: alterũ uero אדני Adonai penultimã longam habet, & cognominatur malchut: quarũ literarum numerus utriuſq; nominis importat unũ, & nonaginta: hoc modo, nominis Iehouah. Iod י leuat decẽ, he quinq; vau ſex he quinq;, quæ ſimul, numerũ 26. reddunt. Item Adonai nominis אדני: aleph א reddit unũ, dalet ד quatuor, nun נ 50. iod י, 10. quę ſimul reddunt 65. & huic numero addito ſuperiori, videlicet, 26. reddunt numerum. 91. eundẽ numerũ præciſe reddit hæc dictio, amen, אמן hoc modo; aleph, א .i.

men

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

mem מ 40, nun נ : 50. qui numeri ſimul uniti reddũt numerum.91. Vnde innuitur, quod ĩ hac dictione includitur uirtus utriuſque nominis ſimul, nempe tipheret, & malchut. amen igitur uult inferre, uniatur Tipheret, cum malchut fœmina, ad producendum hunc, uel illum effectum. Et, ſi, amen, tantum per Adonai malchut exponeretur, uellet tantummodo effectum implorare a fœmina malchut, quod minime conuenit à fœmina quærere prolem ignara uiro; ita nec malchut poteſt nobis bonũ præſtare influxum, niſi eum à maſculo tipheret recipiat, tanquam matrix ſemẽ. Sicut luna non ſplendet ſine luce, à ſole recepta; ita nec luna archetypa malchut ſplendet bono influxu, niſi reſpiciatur ab ſole archetypo tipheret. Hæc duo nomina. ſ. duplex Adonai modo prædicto notatum, ſi quis ſciret coniungere, effectus mirabiles producere ſciret quod ſanctorum, ac perfectiſsimorum eſt, quod fecerunt Abraham, Iſahac, qui foderunt puteum illum malchut, quem uocarũt beerſebah, id eſt, puteum ſeptem, quia in ipſum deducebant influxum, nõ modo Tetrag. tipheret, ſed ceterorum etiam ſex fontium: Ieſod ſcilicet, Nezah, Hod, gedulah, geburah. Idq; præ ceteris fecit ipſe redemptor. Hinc ipſe horum ſacramentorum

non

non ignarus huiusmodi verbum amen, sæpisimê frequentabat.

M Ego animam nostram sic decem sephirot adapto, vt per vnitatem suam sit cum prima, per intellectum cum secunda per rationem cum tertia. Per superiorem concupiscibilem cum quarta per superiorem irascibilem cum quinta per liberum arbitrium cũ sexta. Et per hoc totum vt ad superiorem se conuertitur cum septima, vt ad inferiora cum octaua. Et mixtum cum vtroque potius per indifferentiam, vel alternariam adhæsionem, quam simultaneam continẽtiam, cum nona: & per potentiam, qua inhabitat primum habitaculum, cum decima.

.A. Moses in Genesi describendo hominis formationem, inducit Deum summum opificem, dicentem. Faciamus hominẽ ad imaginem

ginem, & ſimilitudinem noſtram: poſtea concludit, dicens: ad imaginem ſuam fecit illum, tacita ſimilitudine: & ratio huius eſt, quia uult Deus nos tali ſimilitudini cooperari per liberum arbitrium; & hoc non conuenit cæteris animalibus: quæ nec Deo nec naturæ cooperantur: non naturæ: quia non ſeminant, nec ſerunt, ſed ea paſcit Deus: comedunt enim de his, quæ ſponte à terra producuntur, in ueſtitu non nent, neque glomerant, neque texunt: ſed propriis contenti pilis, aliud non quærunt indumentũ. Homo uero non tantum naturę, ſed Deo etiam cooperatur. De natura patet: nam fructus terræ, uſui hominis deputati non ſponte pullulant á terra, ſine hominis cooperatione, ut patet de uino & frumento, quę tot laboribus habentur: ſicut adæ minatus fuerat Deus: in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. patet ruſticorum labor: qui martyrio æquiperatur, de Deo etiam patet; uult enim Deus nos uirtutibus uacare & eius cooperatores eſſe, teſte Paulo, cooperatores ſumus gratiæ eius; idque ut hanc ſimilitudinẽ acquiramus: non additur ergo in Geneſi. Ad ſimilitudinem ſuam fecit illum, vt oſtendatur, quod hæc ſimilitudo non datur ſine nobis cooperantibus: unde Auguſtinus. Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

fecit te sine te, non saluabit te sine te. Quare Deus præcepta dedit: 613. affirmatiua sunt. 248. quot sunt ossa præcipua in corpore nostro. & negatiua, 365. quot sunt nerui in eodem corpote: quæ omnia significant. 613: uires nobis collatas: quibus legem obseruare possumus, & similitudinem istam acquirere; ideo Christus dicit: estote perfecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est: qui solem suum oriri facit super iustos, & iniustos. In lege item præcepit Deus, ut comederent panem azimum id est, sine fermento, hac etiam de causa Deus primum hominem creauit in æquinoctio ueris: in quo frumeutum non habet corruptionẽ & hæc omnia facta sunt, ut & nos doceamur esse sine fermẽto malitiæ, ac nequitiæ (ut docet Paulus) ut & facilius hanc acquiramus similitudinem, itaq; similitudo consistit in actibus secundis, sicut Imago in actibus primis: quia tantum in potentiis est, in intellectu scilicet uoluntate & memoria & hæc omnia a Deo facta sunt dicente Dauide. Ipse fecit nos & non ipsi nos. Actus secundi sunt potentiæ sub actibus propriis, siue operatioribus. Et isti actus sunt in nostra potestate possumus enim amare, & odire: loqui & non loqui unde errauit Scotus, imaginem in actibus

pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

primis ponendo, & simul in secundis, quia ad imaginem habendam cooperari nõ possumus: nam totum Deum præsentat ita, qđ nihil est in Deo, quin eius imago in homine splendeat, quia imago dicit totum: vestigium vero partem: & per partem totum. Maximum miraculum huius mundanæ scænę. Non est sol: cuius lumine omnia clarescunt, & illustrantur. Nec est totum cęlum: vnde omnis influxus in inferiorum beneficium prouenit. Sed est homo (vt Abdala saracenus asserit) in quo non tantum sol, & omnes cæli continentur: sed aer, aqua, terra, & omnia quæ in eis sunt. Iuxta illud sapientis. Fecit Deus hominem de limo terrę: & dedit ei virtutem continendi omnia. cui adstipulatur Mercurius, dicens, quod Homo est quoddam totum omnia continens: Et iterum in Asclepio loquens, ait. Magnũ miraculum (o Asclepi) est homo animal adorandum & honorandum præ cæteris, quæ in hoc mundo sunt. Et hoc quia est rationis capax, beatitudinis particeps, dominus omnium creaturarum. Iuxta illud psal. Omnia subiecisti sub pedibus suis, est naturę interpres. Est (vt dicunt persę) hymenęus mundi: est factus arbitrarius, honorariusq; suiipsius plastes. Habet enim potestatem, in quam maluerit formam, se transformandi,

mandi: in lapidem videlicet, plantam, animal brutum, Diabolũ, Angelum, & ipsum Deum. Iuxta illud Iohannis: dedit ei potestatem (scilicet hominibus) filios Dei fieri. Hinc chaldæi dicunt, cum cetera omnia habeant determinatas formas, solus homo, nullam habet effigiem propriam: sed extraneas & aduentitias quamplurimas. Propterea non ab re propheta dixit. In imaginem pertransit homo. Magis omnibus est adorandus homo, quia Dei imaginem cõtinet. Imago quippe totũ representat: igitur anima totum ordinem sphiristicum archetypũ continet, qui ordo ex denario constat (vt notum est peritis in cabala.) Hinc perbellè Mercurius asserit animas ex denario numero esse generatas. Anima enim cum sit perfecta, & vltimum Dei opus: vltra quod nil aliud creatum fuisse legimus. Hinc Deus ipsam perficere studuit denario, numero videlicet completo, vltra quem alius non datur. Ex illo enim denario numero diuino, emanauit anima. Vnde in productione hominis citati fuerunt illi decem fontes, vel numina: ad quæ (vt zohar inquit) directus fuit ille sermo, quo dictum est. Faciamus hominem, ad imaginem & similitudinem nostrã. Nam ex omnibus illis, conflata est anima, sicut ex omnibus corporis mẽbris emittitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſemen ad formandum corpus.unde ſi ex ali quo membro non emitteretur ſemen, naſceretur homo mēbro illo diminutus, & ideò ſicut filius imaginem patris corpoream portat ſic anima gerit imaginem Dei: quia conflata eſt ex omnibus, quæ in ipſo Deo ſunt. propter hoc (ut dicit Zoroaſter) per tempus breue. exultans ob harmoniam, quam in ſe ſentit, inebriatur. Tempus enim uitæ huius breue eſt curriculum omni uolatu uelocius. In quo quidem curriculum exiſtens homo ſentit harmoniam: non ſolum eam, quam in membris habet, ſed cum Deo, & omni creato ac corporeo: eam autem potiſsime, quam cum Diis, ac Deo deorum habet. Vnde magna uoluptate inebriatur: Deum quodammodo in ſe (ut oraculum proſequitur) trahēs. Dūmodo grauaminibus terrenis præpeditus non ſit. Tunc. .n. quando ſcilicet ab huiusmodi grauaminibus ſolutus eſt, ſentit mentis raptum, aut oſculi mortem (ut Hebræi dicunt) ubi uidet arcana, quæ homini loqui non licet ut Paulus perhibet. Hęc harmonia quā ſentit homo bene cordatus cum Deo, prouenit ex harmonia partium, ſiue potentiarum animæ, cum numerationibus Diuinis. Siue cum homine archetypo, prout dicit hæc concluſio (ego animam noſtram).

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ſic decem Sephirot adapto, ut per unitatem ſuam, &c. ſicut anima eſſentialiter eſt una: ex qua cæteræ potentię emanant, intellectus videlicet, & uoluntas: ita (ſit cum prima) id eſt, cum cheter elion patre: eſſentia namque diuina in ſe eſt vna: de qua perſone diuinæ procedunt, ut dicit filius: omnia mihi dedit pater (per intellectum cum ſecunda) id eſt, cum chocmah, ſapientia diuina filius; cum qua conuenit intellectus noſter filius enim generatur per memoriam fecundam, id eſt, per intellectum eſſentiam habentem pro obiecto (per rationem cum tertia) id eſt, cum binah Spiritu ſancto. nam binach non eſt propriæ ſapientia diuina, illa enim eſt chocmah, nota patri, ut Chriſtus confirmat: quis nouit filium, chocmah, niſi pater, & cui (nempe Spiritui ſancto) uoluerit filius reuelare, quia ipſe a patre, & filio procedit. Eſt igitur binah intelligentia, non ſapientia immo ipſa inferior à ſimili ratio eſt potentia inferior ad intellectũ proprie dictum: eſt.n. rationis diſcurſus, intellectum præſupponens proprie dictum. primo appræhendentem (per ſuperiorem concupiſcibilem cum quarta) ſuperior concupiſcibilis eſt animæ portio quæ neſamach dicitur, prout eſt tota diuinis rebus intenta, de terrenis nil

curatis: & conuenit cum quarta dicta Gedulah, quæ est locus amoris plenus erga Deũ, & proximum. Quo influxu perfruebatur Abraham, dilectionis erga Deum, & proximum plenus. De primo patet in hospitali inter Angelorum: de secundo patet de sacrificiis septem sephirot oblatis, vt sodomorũ indulgentiam obtineret, qui videns in illis se nihil proficere, reuersus est in domum suam gedulah, per superiorem irascibilem cum quinta) ideſt, geburah: talis enim superior irascibilis est zelus honoris Dei: sicut habuit Helias, qui, videns latriam floccipendere, iratus zelo Dei honoris, interficere fecit pseudoprophetas. Talis ira superior dicitur: tali irascibili Christus expulit de tẽplo ementes, & vendentes. Sicut de illo prophetauerat Dauid: zelus domus tuæ comedit me, & conuenit cum geburah, quæ est terror diuinæ vindictæ: cuius fuit plenus Isahac: ideo talis locus attribuitur illi: patet: dum enim Laban insequeretur Iahacob: eo quod furtim ab eo recessisset, inter alia, quę dixit ipsi Labam, dicit: nisi fuisset Pachad patris mei Isaac in te (ideſt, terror, cuius hęres fuit Iahacob) me occidisses. Iste Pachad, vel terror est actiuus: & est in homine, animalium respectu aliorum: patet de Apollonia Tyaneo, qui aliquando ambulans cum

quodam

quodam viro; nomine Vames; qui videns paruulum, elephantem ducere, dixit ipsi Apollonio. vnde est, quod animal tã ferox permittit se a puero ducere. cui Apollonius ratio est, inquit, quia in nobis posuit Deus terrorem actiuum, quo cetera animalia terremus; per liberum arbitrium cum sexta; id est, cum tipheret: nam, vt ipsa dimẽsio est in medio gedulah, & geburah: ita liberum arbitrium est in medio irascibilis, & concu piscibilis: &, sicut qui est in tipheret in sua est potestate influxum recipiendi á gedulah, vel à geburah: ita, qui vtitur libero arbi trio, potestatem habet irascendi ob zelum honoris Dei: & potest ad libitum cælestia concupiscere; per hoc, quod totum, vt ad superiora, se conuertitur, cũ septima; id est, cum nezah, quæ interpretatur, vincenti, vel victoriæ, vel effundenti sanguinem, vel in fine. Illi ergo qui se totaliter propter amorẽ ad Deum conuertuntur, nihil de filiis, nec de se ipsis curantes: neque de fortunæ bonis nisi prout charitas exigit, vt fuerunt marty res, qui vltro se Deo offerebant in holocau stum, nec minas, nec principum verbera ti mentes: tales in nezach esse dicuntur, id est, fruuntur tali influxu; vt ad inferiora cum octaua, idest, cũ hod, quòd idem est, quod decor, &, quãdo quis eis, qui nobiscum de-
 gunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

gunt, proximis auxilium impendimus in ſuis indigentiis, nemini nocendo. his habet hod ideſt, decorē hod eſt influxum ab hod. & ita fuerunt uiri patriarchæ, uiri miſericordiarum, & patres prophetarum, & huiusmodi, et mixtum ex utroque potius per indifferētiam, uel alternariā adhæſionem, quā ſimultaneam cotinētiam, cum nona id eſt, cū Ieſod, hæc dimenſio eſt media interhod, & neſach. Et, ſicut, hic exiſtens poteſt ab utraq; dimēſione influxum precipere indifferēter, ita in anima noſtra uis ineſt quædā; qua Deo, & ſuperis uacare tota mēte poſſumus: uel Inferioribus, ſe in miniſterium: pauperū præbere. hoc eſt dictu, anima noſtra in tali eſt ſtatu, ꝙ poteſt uitę actiuę, uel contēplatiuæ uacare: ſicut legitur de Martha, & Magdalena, & per potentiā qua inhabitat primum habitaculum cum decima, id eſt, cum Malchut: quod dicitur regnum quod in nobis exiſtit; ut teſtatur ueritas dicens Regnum Dei intra uos eſt. Et iſtud nihil aliud eſt, quam quædam potentia: per quam Deus in nobis recipi poteſt; quia, niſi talem poſsideremus diſpoſitionem, Deus in nobis non habitaret.

P. M Per dicta cabaliſtarum, quod cæli ſunt ex igne, & aqua ſimul & ueritarita-

ritatem theologicam de ipsis sephirot nobis manifestat & Philosophicam ueritatem, quod elementa in cælo sunt tantum secundum actiuam uirtutem.

F.A. Docet Plato, utrumq; mundum factum fuisse in proportione. unde in Timæo disserit mũdum fuisse factũ per cubum ternarii, 27. videlicet In quo quidem numero, omnis harmonia & consonantia consistit. Vtrumq; autem mundũ diximus maiorẽ videlicet & minorẽ: quia qua proportione factus est mundus maior, & anima ipsius; ex eadẽ & mundus minor, videlicet homo & anima ipsius constant. Quod necesse fuit: ut uterq; mundus diutius permaneret, & delectabilior esset. Et hoc ipse Plato à Timęo pythagoræo didicit: cui & quis suum inscripsit. Et ipse Timæus, fortassis hausit a sapiẽte, qui ait Omnia disposuisti in numero, pondere & mensura. Similiter & elementa, simul conueniunt in proportione secundum Platonem. In quatuor elementis est etiam, pondus numerus, harmoniacus proportione mirabili conueniens; sicut in numeris quadratis contingit: qui semper conueniunt in medio utrique propor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

tionato. Nam inter quatuor & nouem: quadratos numeros, senarius est medius, a quo sicut ad quatuor est proportio sesqualtera, quia sex includit. quattuor, & dimidium eius, idest, duo. Pari modo a nouem ad sex. Et eadem consonantia est in sequenti quadrato. à nouem videlicet ad sexdecim. Quorum medius est duodenarius: a quo sicut ad nouem, est proportio sesquitertia. Et eadē est harmonia à sexdecim ad duodecim: qa 16. continet. 12. & tertiam partē ipsius. 12. videlicet. 4. Et deniq; ordine procedit omnis subsequens quadratus. Simili modo cōueniunt elementa. Aqua enim est humida & frigida: humidum sibi retinens propriū, in frigido vero cum terra participans. Terra autem frigida atque sicca est: frigidum habens sibi proprium: cum aqua tamen in eo conueniens, in sicco igni coæquatur. Ignis autem, qui cum terra in siccitate conuenit: cum aere tamē caliditate cōsentit. Similēq; proportionem habent in subtilitate, mobilitate, & acutie; vt pythagoræi, & Academici docent. Quos imitatus Boetius canit. Tu numeris elementa ligas: vt frigora flammis: Arida conueniant liquidis: ne purior ignis. Euolet, aut mersas deducant pōdera terras. Magna etiam proportione conueniunt elementa in composito, eo quod inter se conueniant,

ueniant. De hac conuenientia, multi multa ſentiunt. Et tamen eſt conſonantia, à qua ſi aliqua qualitas diſcedens præualeat, aut deficiat, totum corpus diſſonum redditur, & inſurgunt febres, aliæq; multigenæ infirmitates, iuxta humorum, qualitatumq; diſſonantiam. Quæ autem illę ſint præcipue veri medici diſcutiant. Habent etiam elementa pondus & figuram. Proportio ponderis eſt per decuplum; ſicut Ariſto. opinatus eſt de extenſione elementorum, dicens, quod ex pugillo terræ fiunt decem aquæ, & totidem aeris ex pugillo terræ, fiunt decem aquæ; & totidem aeris ex pugillo æquæ; totidemq; ignis ex pugillo aeris; adeo vt terra in aquã conuerſa ſit maior in decuplo; in aerem in centuplo; in ignem vero in millecuplo, Timæus etiam Locrenſis & Plato docent; & Proculus, & Calcidius exponunt; quod eſt proportio ponderis illorum; proportio muſica, vnde reſultat harmonia. Diapaſonica, biſdiapaſonica, terdiapaſonica; diapaſonica & diapentica ſimul. De quibus ſatis dixi in tractatu de numero triplici. Et iſta elemẽta reperiuntur in cælis; alioquin Aſtrologi nõ dicerẽt; eſſe tria ſigna terrea, tria aquea, tria aerea, & tria ignea. Et quamuis elemẽta reperiantur ſubiecta alterationi & corruptioni, non propter hoc corrumpuntur cœli,

quia

quia meliori nota ibi ipſa elementa reperiuntur, quam in generabilibus & corruptibilibus: ſicut perfectiori nota reperiuntur in Angelis: perfectiſsima uero in Deo: qui dicitur uiuentium terra, aqua ſapientiæ, & ignis deuorans. Vnde non ſub iisdem legibus collocata ſunt inferiora cæleſtia & diuina: nec per eaſdē leges quærenda eſt eorum cognitio: ſed per debitā analogiam. ſunt ergo, in omnibus rebus elementa, ut ampliſsimi teſtes ſunt: ſed ea, quę in hoc mundo inferiori habentur, fæculenta & craſſiora ſunt: quæ in cęlo, nitida, & pura quæ ſupra cęlos, uiuentia, & omni ex parte benefica, & ut ab inferioribus incipiamus: Et hæc terra circa centrum, ſtabile firmamentum pedibus, omnium ſeminum matrix fæcundiſsima eſt in elementatis, ut primum de homine ex limo terræ formato. eſt in cælo denſitudo, quæ uideri poteſt potiſsimum in ſole, & luna & ſtellis; quę, ut Plotino placet, radios ſolares repellunt. ſunt etiam tria ſigna taurus videlicet, uirgo, & Capricornus hæc ſunt ſigna fęminea nocturna, terrea frgida, ſicca melancholica, ſapore acria, meridiana eſt in Angelis, ut ſint ſirma Dei ſedilia: & nobis fæcundi dantes, tanquam miniſtri Dei, terrę huic feculentæ fæcunditatem, patet etiam de dęmo-

ne

ne a Christo expulso, dè quo dicitur, quod erat mutus: nam sicut, terra non est Sonora: ita nec angeli terrei uocem emittunt. est in archetypo omnium firma, fæcundissimaque natura de qua dicitur. Aperiatur terra & germinet saluatorem. & alibi Dauid, credo uidere bona Domini in terra uiuentium, quia in Deo viuimus, mouemur & sumus. De aqua, quod est unum ex elementis: de elementatis primum in urina animalium, in aqua herbarum stillata, in ligni sudore. Est in cælis suo affluxu, terram irrigans, & commixtibilis uirtus, sunt insuper tria signa aquea Cancer nimirum, Scorpius, & Pisces: quæ sunt feminea, nocturna, Septentrionalia, aquatica, flegmatica, frigida, humida, sapore salsa: est in angelis, maris undas commouentibus est præterea in angelis docens, & mundans. Est in opifice qua peccatorum ablutionem facit, & regenerat, mundificat, collustrat, & pascit. quarum sic est differentia aquarum. humor hic vitæ calorem obruit: cælestis irrigat: super cælestis intelligit, diuinus mentes purgat, & pascit, De aere est aer hic elementaris, quo respiramus, uidemus, audimus, & odoramus. Est in elementatis. primum in respiratione animalium. Est item

in herbis, tanquam concilians elementa adinuicem, secundum cabalistas. Est in cœiis translucens natura; vltra quam stellas fixas prospicimus. Est in cęlo superiori spatium, vbi resonant suauissimi beatorum concentus; vbi patet visio illa, & corporis principis & reginæ, & militum omnium: Sunt insup aerea signa, nempe, gemini, libra, & Aquarius; suntq; masculina, diurna, sanguinea calida scilicet, humida, aerea, sapore dulcia, & occidentalia. Est in angelis, qui spiritus dicuntur aerei. Est in angelis vitalis flatus, & aura tenuis. Est in opifice summa, & perfectissima vita; & spiritus, quo spirans in omnes, dat omnibus, vt viuant, ac respirent; & quo, tanquam sibilo auræ tenui Heliam, ceterosq; domesticos alloquitur. De igne; elementaris est ignis apud nos calefaciens, coquens, & perficiens. Est in elementatis, vt patet in excussione ignis ex silice; sicq; in animalibus patet in cholera. Est in cælo, sol lucens, & calefaciens inferiora; & mars agitans, & robur dans; sicut luna est terrea, & non aquea, ut quidam putant; etenim aqua non attrahit aquam, sed terra, teste Solomone. Tria sunt insatiabilia; & quartum, quod nũquam dicit, sat est. Et inter ista est terra, quę nunquàm dicit sat est. Et hoc est, quod luna in suo ascendente attrahit aquam: & in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

in ſuo deſcendente decreſcere facit aquas: ergo eſt terrea: Mercurius aqueus: de quo Lucanus dicit. Eſt arbiter vndis: Mars igneus, Saturnus aqueus, cælum ſtellatum terreum (nam, ſicut terra decoratur floribus, ſic illud ſtellis, primum mobile igneũ. Venus aerea, Iupiter aereus. Sunt tria etiam ſigna ignea, videlicet Aries, Leo, Sagittarius. Et ſunt maſculina, ignea, diurna, calida, ſicca, cholerica, ſapore amara. Eſt etiam in Angelis ſeraphicus, & feruidus amor. de quo Dauid, qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos, flammam ignis, Eſt in Archetypo (vt Heraclitus, & alii ſapientes ponunt) ignis idealis, ac ſpirituale lumen Zeno vero dicit in ipſo eſſe artificioſum ignẽ, ad omnia producenda egredientem. Et cleantes dicit, quod ignis ille eſt incorporeus, diuinus, uitalis, ſaluber, qui omnia gignit, conſeruat, ſuſtinet & alit. Confirmant Moſes, & Paulus dicẽtes: Deus ignis eſt, de quo Chriſtus: ego veni mittere ignem in terram, & quid volo, niſi vt ardeat. Et ſicut Deus eſt ignis: eſt etiam lux, in inferno malos crucians. Exemplum ponit Plato de ſole, qui in eſtate lætificat exiſtentes ſupra montes, & cruciat in vallibus exiſtentes propter radiorum reuerberationem. ita á ſimili eadẽ lux, beatifica, & lætificat bonos, & cruciat ma-

los. Ad propositum conclusionis: quæ dicit (quod cæli sunt ex igne, & aqua) assamaim אשמים, dicuntur cæli, es אש signant ignem, quæ dictio includitur in Assamaim, in cælo igitur est ignis. is איש uero signant uirum, & iod י ibi medians in ea dictione, denotat hominem habere diuinitatem, id est, nesamach: cum qua uenari possumus Deum: mulier autem non habet hanc potentiam nesamach. idcirco in nomine mulieris non ponitur iod, sed dicitur issah אשה: & hæc est ratio: quare mulieri inhibetur administrantio sacramentorum. unde Dauid: Ecce quam bonum, &c. sicut unguentum, id est, crisma, videlicet Christus, quod est caput: descendit in barbam, scilicet diuinitas prouenit a capite Christo; in barbam, id est, ad sacerdotes, qui immediate sunt Christo uniti, & tandem prouenit in oram uestimenti istud crisma, id est, in seculares. sine iod igitur nomē uiri diceretur, es אש, quod ignem signat & denotat, quod homo sine bono influxu diuinitatis, est totus igneus in rebus creatis, in luxuriis (& uer tatem theologicam) theologica ueritas est, quod influxus descendunt ab illis cælis Archetypis. & etiam, secundum antiquam theologiam, quod elementa

menta sint in cælis (& philosophicam veritatem) non intelligo, quod sint ibi quo ad esse materiale, sed potentia tantum, quo scilicet ad aliquas proprietates. Dicimus enim quod, sicut hæc aqua materialis abluit à sordibus: ita superior aqua, á superiobus cælis proueniens, abluit à spiritualibus immunditiis: vt ignis, confortat, & cōburit ut lætificat est diuinus ut comburit minime: nam secundum Dionysium, quicquid dicit perfectionem in creaturis, tale quid in Deo reperitur. concludamus igitur cælos compositos ex materia aquea, & ignea: non quidem ex aqua & igne corruptibili & alterabili, uerum melioris notæ: quod confirmat ex etymologia hebraici vocabuli in quo cæli dicunt, assamaim, השמים, ubi tres ultimæ literæ, uidelicet מים maim, aquas sine controuersia signant duæ vero primæ; quę sunt הש, uertendo he ה, in a א aleph dictũ, secundum cabalistarum regulas, sic אש es ignem signant vt supra uidimus. Et coniunctæ simul quinq; illæ litteræ, ignem, & aquam significant à quibus cælorum denominationem, tanquam ex partibus componẽtibus, dicimus & hæc est ratio, quare cęli ab astronomis, nonnulli dicantur ignei, alii aquei, &c.

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

& actiuam tantum habent virtutem, nō passiuam: non enim recipiunt peregrinas impreſsiones, tam materiales, quam archetypi cæli. Qui cæli archetypi ſunt & ipſi ex igne & aqua, hoc eſt habent virtutem igneām midah adin ſeuæ iuſtitiæ, vt ſunt ſephirot in ſiniſtra locati: vt puta Geburah, cum reliquis eiuſdem ordinis. Habent etiam virtutem aqueam midah rachamim diuinæ miſericordiæ & pietatis. Et ſunt qui ad extris degunt in archiuo diuinitatis.

P. M. Qui ſciuerit, quid ſit denarius in arithmetica formali: & cognouerit naturam primi numeri ſphærici, ſciet illud, quod ego adhuc apud aliquem cabaliſtam non legi. Et eſt, quod ſit fundamentum ſecreti magni iobelei in cabala.

F. A. Numerus formalis eſt numerorum proportio in mercatoriis numeris fundata, vt ſupra patuit. Denarius formalis eſt proportio niſa numero denario vocali, vltra quem non eſt proceſſus, niſi per iterationem tantum, vt XI. ſunt decem & vnum. Numeri ſphærici, ideſt, qui in ſe multiplicati reddūt idem, & tres ſunt. ſ. quinarius, ſenarius, & denarius.

denarius. de primo patet: nam quinquies quinque, reddunt. 25. et quinquies uiginti quinque, reddunt numerum. 125. &c. ita sexies sex reddunt 36. ut de quinario simi liter decies decem, reddunt. 100. & decies centum, reddunt 1000. quod est decies. 100. Et multiplicando quinarium per dena rium, reddit 50. & quinquies 50. reddit 250. semper reddit unum iobeleum, id est, 50. in quolibet enim quinquagenario erat iobeleus numerus septenarius, est numerus remissionis unde canit Ecclesia: Deno dierum circulo: quo lege fit remissio, peccatorum remissio non fiebat in 50. anno iobelei: uerum in anno præcedente, scilicet in quadragesimo nono, quod est quadratum septenarii numeri: nam septies septem 40. reddit, & ratio est: quia quamuis a filio fiat peccatorum remissio, ut Christus testatur, cum dicit. Vt autem sciatis quoniã filius habet potestatem dimittendi peccata: ideo ait paralitico. con fide fili remittuntur tibi peccata tua. Tolle grabatulum tuum & ambula. & alibi pluries: tamen hæc remissio in uirtute fit Spiri tus sancti, quare Christus misit Spiritum sanctum in die Pentecostes, in die uidelicet solẽnissimo significans, ꝙ Spiritus sanctus iam Apostolos mũdauerat & Christus ante=


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

quam abſoluendi authoritatem apoſtolis daret, dedit eis Spiritum ſanctum dicens. Accipite Spiritum ſanctum. poſtea ſubdit. Quorum remiſeritis peccata,&c. in ſeptena rio igitur fit remiſsio. quare Deus ſeptimũ diem obſeruandũ inſtituit, vt in tali die peccator quærat à Deo peccatorũ remiſsionem. & ratio remiſsionis huius à Spiritu ſancto binach eſt: nã cuilibet ſephirah correſpondet numerus, & ita cuilibet attribuuntur 7. anni qui ſimul uniti reddũt numerum 49. Binach ſeptimæ ſephirah competenti, excluſiue tamen. & in tali anno, ut dixi, fiebat remiſsio: in anno uero ſequenti. s. ſolemniſſimo non fiebat remiſsio: ſed gaudiũ erat cunctis, & gratiarum actio Deo fiebat de ſuperiori anno In cuius gratitudinem uniuſquiſque donabat ſeruum ſuum libertate, & poſſeſsiones primo domino reddebantur, & ſimilia, & canebant tuba (quę dicitur terua) id eſt, ſono continuo non interciſo, in ſignum gaudii. In anno uero precedenti ſcilicet quadragintanouem remiſsiones cauebant Teruach, id eſt, ſono interciſo ſic .— ..— ..— .. — ..— .. ſacra ſcriptura utitur nunc tuba ænea, nunc cornu: vnde per cornu: intelligitur tuba ænea flexa. et per tubam, inſtrumẽtum illud æneũ,

re-

rectum, De quorũ utroq; canit poeta . non tuba directi, nõ eris cornua flexi. & Teruah תרועה uocabatur iste sonus. Quod uocabulum uenit à Iarah ירע, uel Rahah רעה; quorum utrũq; malum & destructionẽ significat. huiusmodi autem Iobeleus erat destructor peccati, debitorum & inimicę potestatis, omniumque denique malorum. Erat enim ille clangor terribilis & infestus, ac terrificus malis. De quo psalmus in te inimicos nostros ventilabimus cornu. Et Hamos, si clanget tuba uel cornu in ciuitate: & populus non expauescet? eratq; ille sonus iucundus bonis, & influxus illius beneficium consequentibus. sonabatur ergo tũc cornu, vt innueretur quanta esset tunc uirtus & potestas Dei, qui omnia mundi peccata tollebat, omniaq; renouabat. Quæ potestas ab Abachuch cornu dicitur, ubi ait. Et cornua id est, potestas in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius quia videlicet non uidetur, nisi in effectibus. Et ita primum conclusio, quid scilicet quinarius primus numerus sphæricus, multiplicatus per denarium, reddit 50. qui est numerus Iobelei. Alio tamen modo prędictam conclusionem declaro, & doctiori, præponendo talem figuram Platonicam

quæ sit.x figurarum numeraliũ super centrum, quod sit quinque scilicet est .n. mediũ denarii & eius circunferentia particulariter, denariȩ supputationis numeri singuli describantur: transeatq; diameter à minimo ad maximum, hoc est ab uno, ad 9 cuius diuisio duos efficiet semicirculos: a parte siquidem dextera sphæræ post unum, & ante. 9. superius commemorata ponantur. 2.3. 4.5. à parte uero sinistra post unum reponantur 5. 6.7.8. & trahantur lineæ per centrum à 2. ad 81. à 3. ad 71. à 4. ad 61. á 5. ad 5. tamen si maximo cuique tantum subtraxeris, quantum abundat supra quinq;, quod est sphæræ denariȩ centrum; atque idem suo minimo addideris, quod à quinque defecit, semper ex utrisque oppositis numeris quinque & quinque adequata surgent. quare comparatis ad inuicem linearum punctis, quælibet lineæ descriptio numeralis, quinque 5. & quinque 5. obtinet. Quinarius igitur nu



merus

merus in circulo denariæ reuolutionis dicitur ſphæricus: nam, vt patuit, omnes numeri ſphęræ ad quinq; rediguntur. id autē fit per quinq; lineas in ſphera ductus quarum ſingulæ, x. continent. eo itaque ſphærico numero, per decem multiplicato. 50 naſcentur, ſiue portæ intelligentię ſeu anni Iobelei: cuius proportio dupla, id eſt, decem, qui in duplo excedit quinque, quæ eſt aritmetica formalitas (quæ conſiſtit in proportionibus, & non in numeris uocalibus, ut dixi, in ſe multiplicata) 5. per quadratum (milleſimā generationem procreabit) quia decies decem, reddit centum, & decies, 100. reddit mille Quod ſi perpetuo hoc facias, apparebit infinitas, quod eſt regnum omnium ſeculorum, à cabaliſtis enſoph nominatum & eſt deitas in ſe ſine indumento.

.M. Ex fundamento præcedentis concluſionis ſciri pariter poteſt ſecretum quinquaginta portarum intelligentiæ, & milleſimæ generationis, & regni omnium ſæculorum.

F.A. In precedenti cōcluſione uidimus, quomodo denarius per quinarium multiplica-

 tus:

tus: & e ueſtigio, reddunt numerum quin quageſimū. & tunc erat iobeleus, hoc eſt quidam bonus influxus rerum temporalium: ſicut in uere eſt herbarum iobileus, id eſt, herbarum abundantia: erat pręterea iobeleus in ſolemnitatibus, & quibuſdam calendis ultra quinquageſimum annum. De primo dicit Dauid Iubilate Deo Iacob de ſecundo dicitur in Pſal. Buccinate in Neomenia tuba in inſigni die ſolēnitatis ueſtræ. Et inſtrumentum, quo tali tempore canebant, quandoque dicitur cornu, quandoque tuba: cornu dicebatur quatenus rectum erat tuba: prout circularis figuræ erat (ut dixi) & cum iſtis pulſabant teruah, id eſt, ſonum rectum, non interpollatum, ſic ——ad propoſitū igitur: per denarii multiplicationem per quinarium, quinquagenarius numerus graduum intelligentię binah ſurgit: quælibet enim Sephirach ſuos habet gradus intelligentię; binah uero ſunt gradus quinquaginta. gradus autem ſiue ſemitæ Diuinę ſapientia cochmach, ſunt triginta duo. gradus enim dantur ſecundum magis & minus in gradibus ſephirot: Exemplū tenue. Epiſcopus benedicendo confert 40. dies uerę indulgentię. Cardinalis centū, ſummus uero pontifex, benedicendo confert plenariū remiſsionē gradus benedictionis

nis papalis eſt dignior: nam plures cæteris confert gradus: non ita eſt de gradibus Sephirot, ita quod qui plures ſunt, digniores exiſtant: gradus enim binach ſunt. 50. qui ſunt inferiores gradibus chocmach, qui ſunt. 32. patet: nam Moſes 49. gradum binach penetrauit, & quinquageſima porta, uel gradus eſt ei negatus, qui eſt finis graduum intelligentię binach, & principium chocmach: uidit tamen ianuam illam á longe: uerum non eſt ingreſſus in eam: tunc enim ſciuiſſet nouum creare mundum & hanc portam non ingreditur, niſi pater, & ſpiritus ſanctus, teſte Chriſto. Quis nouit filium (chocmah videlicet) & cui, id eſt, ſpiritui ſancto, voluetit reuelare, ut teſtatur ipſe filius, dicens. Ille accipiet de meo, Omnino multi ingreſsi᷑ cāpum ſephirot, uſque ad binach peruenere, ſicut legitur de Moſe: Abrahamus aſcendit ad Gedulach, Iſac ad Geburach Iahacob ad tipheret: ad nezach & hod aſcenderunt prophetæ, & Paulus apoſtolus. Illæ namque duæ Sephirot dicuntur tertium cælum, alibi declarandum. dicuntur præterea duo vbera, quæ prophetas lactarunt: quia nemo prophetare poteſt, niſi ablactetur ab illis. quare de Chriſto ſummo prophatarum ſcribitur. Butyrū & mel comedet. Et Solomon in canticis. Veni

dilecte mi, & dabo tibi ubera mea. nam, nisi Solomon lactasset vbera illa, minime prophetare potuisset. Sicut nec Moses legem connectere sciuisset, nisi ad Binah peruenisset: nam lex illa humanum captum excedit. Dicit igitur conclusio (quinquaginta portarum intelligentiæ, omnia per motum circularem graduentur, admotum corporun cęlestium, perque septenarium numerum ut primum de septē hebdomadę diebus: incipimus enim hebdomadam in die dominico: deinde sequitur dies lunæ: & tandem ad diem dominicam reuertitur. ita fit etiam in horis diei: aliter non redirent idem dies, nisi eadem hora redirent: patuit supra Ita fit circulus in septem sephirot, exordiendo à binah, & descendendo sunt septem, computando nesach, & hod pro una. et in quadratura numeri septenarii, resultat numerus. 49. quia quinquagesimus est finis binach, & principium chocmah. & in perfecta quadratura numeri septenarii fit peccatorum remissio, scilicet in 49. Et in 50. est Iobileus, id est, gratiarum actio de peccatorū remissione in precedenti anno facta, & millesimæ generationis, nnmerus millenarius est cubus denarii. quilibet enim numerus trinam habet dimensionem, longitudinem videlicet, latitudnem, & profunditatem

tem. Denarii igitur longitudo eſt, numerando. 1. 2. 3. 4. &c. uſque ad decem, latitudo eius eſt, multiplicãdo ſeipſum, ut 10. & 10. reddunt. 20. & 10. reddunt. 30. &c. uſque ad 100. profuudum eius eſt multiplicando centum per decem, & reddit. 1000. mille & eſt ultimus numerus ultra quem non proceditur, & dicitur cubus denarii, & iſte millenarius dicitur holam, ſiue ſeculum, ſeu ætas &, quamuis antiqui patres minus mille annis uixerunt: non tamen potuiſſent vltra pro trahere uitam: quia nobis conſtituti ſunt termini, quos præterire non poſſumus ulterius tamẽ citerius. modo non datur nobis talis holam uitæ. & hoc eſt, quod dixit Deus poſt diluuium: non permanebit ſpiritus meus in homine in ęternum, idem, per holam, ſiue per mille annos; nam caro eſt. ſcilicet intenta carni magis quam ſpiritui & ſubdit ſed erunt dies hominis centum, & uiginti, & totidem annos uixit Moſes, Aaron & Maria eorum ſoror. Et, ſi Abraham plus prædictis annis vixit, hoc euenit quia ipſe, fuit renouatus, patet: nam nuntiantibus angelis illis tribus conceptum Sarræ, non credidit illa, aſſerens ſui ſterilitatem: & Abrahæ ſenium: & tamen poſt mortem Sarræ poſt 30. annos accepit cheturam in uxorem: ex qua ſex habuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

buit filios: quod fieri non potuisset, nisi fuisset renouatus. possumus tamen minus. 120. annis uiuere nam in paruo spatio valemus mereri coronam á Deo nobis promissam. & hoc est, quod dicitur. Consumatus in breui, expleuit tempora multa. Aut potest hoc fieri propter peccata, uiri enim iniqui, non dimidiant dies suos, secundũ Psalmum: aut propter crapulam: quæ plures occidit, quam gladius, &c. (regnũ omnium sæculorum, tale regnum, & numerus millenarius ad Deum pertinent: nam sicut numerus millenarius est ultimus numerus: sic Deus est ultimus noster finis de qno Solomon. Et mille tibi Solomo. Et holam significãs millenariũ, æternitatem etiam signant (& sæculum) prout facit ad rem; idem est, quod perduratio mille annorũ. Et tale Dei millenarium dicitur regnum omniũ sæculorũ: cetera nanq; sæcula .i. hominũ ætates mille scilicet annorũ transeunt, sæculũ uerò Dei est æternũ, immobile, ac omnibus aliis sæculis preteritis præsentibus & futuris existens. Est numerus in Deo, & si ipse sit summe unus. est nempe in eo numerus idealis: sicuti in numero intellectu unico per rationes has ideales multa cõtinemus. Est etiam numerus in eo quẽ Proculus uocat numerum rationalem: qui est proportio ratio-

nis

nis & intellectus ad omnia intelligibilia: ſed cum Deus non habeat aliud obiectum intelligibile, quam ſeipſum, in quo omnia intelligit: Igitur hic numerus eſt fœcũditas omnium productionũ, tam ad intra, quam ad extra, dans rebus ut uariæ ſint, ex virtute multigena productiua, quam in ſe habet: Quę virtus multipharia; cum radicata ſit in vnitate illa ſua infinita, ratione infinitatis (vt dicunt Theologi) idem eſt cum ea, & ipſius eſſentiæ, unitate ſemper gaudet. Vnde illa multiplex uirtus, & omnia quæ in Deo ſunt, quamuis uaria: nunquam ab unitate diſcedunt, dum in Deo ſunt in creaturis autem diffuſa multiplicantur. Et hæc diuinitas unita diffunditur uſque ad denarium (vt docent cabaliſtę, cuius denarii cubus eſt millenarius.

F.A. Per modum legendi ſine punctis in lege: & modus ſcribendi res diuinas; & vnialis continentia per indeterminatum ambitum rerum diuinarum nobis oſtenditur.

In

F. A. In patria lingua Hebræa utuntur in quo idiomate data est lex, prædicatum euangelium á Christo: conscripti diuini hymni, & data omnia oracula: dempta tantummodo illa reuelatione: quæ grece Apocalypsis dicitur græco sermone tam exarata quam habita. Tum quia illæ literæ dicũtur scriptæ in sede Dei, quod cælum est: instar cuius figurarum sunt formatæ literę ipsæ, quibus prius vsus fuit Moses in danda lege. Tum, quia hæc fuit prima lingua emanauitque é cælo, & fuit ante confusionem linguarum exorta in Babylone, ita erit ultima, extirpata confusione illa, quæ in punitionem (vt inquit Augustinus) tantæ temeritatis & faustus inflicta est: pæna enim grauissima est hæc linguarũ varietas, ob quam non posit unusquisque uel contubernali, uel commeanti socio suos manifestare concæptus, & necessaria petere: ut melius sit (dicit idem Augustinus) esse cum catulo, vel equo suo, quã cum socio extranei idiomatis: quia intelliget catulus quæ ille non intelliget. perstitit igitur hæc lingua vel in Heber (ut opinatur idem Augustinus) uel in familia aliqua pia quæ elationi Nembrot non consenserat qui turrim in cælum erigere præsumpsit, ut semotus ab aerea alteratione (vt de olimpo monte dicitur) possent

ablato

ablato omni impedimento vacare ſpeculationi, & alios excedere elati ſupra id, quod natura præſtabat. nec aliquando defuit pia familia tantæ temeritati non aſſentiens: ex qua deſcendit Abrahã, qui primo in ſacris literis Hebræus dictus eſt ab Habar עבר, quid eſt tranſire. Sicut igitur hæc fuit prima lingua ſemper perſeuerans inuariata: ſic erit ultima etiam in patria: ſi quis dabitur ſermo uocalis: cuius ſignum eſt, quia intelligentiæ dum hominibus loquuntur ſcientibus ipſam linguam, utuntur ſermone Hebraico. hinc Iamblicus ait. Dii, id eſt, angeli agentes nobiſcum, ſermonem barbarum, id eſt, Hebræum approbauerũt. conuenientiſsimum igitur eſt: ut ſicut quælibet victorioſa ciuitas non ſolum iugum imponit domitis gentibus, ſed multoties & idioma: vt primum de Romanis: qui ſuperatis Hiſpanis ac Gallis: cogebant eos loqui Italice. Sic Imperator illius ciuitatis ſupernę: & aſtantes principes decernent: vt omnes illuc cuncti loquantur lingua & ſermone inde oriundo: & quo ſolebat uti princeps illius regni: dum inter homines verſaretur. Quod forſitam erit priuſquam illo deueniamus: vel ſaltem poſt iudicium futurum per ignem: iuxta id quod propheta Sophonias dicit. Dominus in igne zeli ſui

de-

deuorabitur omne m terram. Et tunc reddam populis meis labium electum vt inuocent nomen domini, & seruiant ei humere uno. ſicut igitur. Hæc lingua Hębraica eſt ſancta & excellens: ita & literæ quibus vtitur, ſunt figuræ, formæ ac virtutes rerum productiue. Literę enim, Hebraicę quæcunquæ vel quotcunque copulantur, mutæ ſunt, & ſine vita, aut prolatione, & veluti corporum mortuorum fruſta. Et hoc quouſq; apponantur puncta quibus quodammodo viuunt. Et ſic uiuunt, proferuntur, uel motum habent: vt Hebræi dicunt. nec adhuc pleno motu uel prolatione gaudent, niſi accentus apponantur: qui ſunt tanquam vires operatiuæ, & motibus, & in fluxibus ſupernis correſpondentes. Vnde ſi quis Hebræum idioma bene pronunciare ſciat ſecundum accentuum rationem, totam cæleſtem & ſupramundanam Harmoniam repreſentat: dum ſacram ſcripturam debita prolatione in proprio idiomate ſcriptam legit. quod nulli alii literarum contextui contingere videmus & hinc ſacrorum eloquiorum, ac Hæbrei idiomatis dignitatem deprælendere poſſumus: quod in literis repreſentat omnes compoſitorum partes, in punctis autem omnes formarum uiuificantium modos,

in accidentibus uero omnes debitas operationes suis principiis cælestibus, & diuinis correspondentes. nam ex his non dicam species tantum, sed indiuidua creaturarum producuntur. tribus igitur characteribus uariis est insignita sacra biblia, literis videlicet, punctis, & accentibus: quæ in homine tria representant, partem scilicet materialem, partem formalem, id est, animam, idq; per puncta: nam sicut literæ hebrææ sine punctis sunt mortuæ, id est, immobiles, hoc est, nullius prolationis: & additis punctis cõtinuo uiuificantur, & mouẽtur, siue proferuntur: ita corpus siue anima est immobile, illa addita corpori], subito fit habile ad motum: unionẽ cum Deo idq; per accentus: nã accentus uniunt sententiæ sententiam: itaq; unit nos Deo. dicit igitur conclusio: quod textus sacre scripturę, ex quo habet præsentare res diuinas ergo pręsentare non possunt nisi proferrantur & proferri: non possunt sine punctis. requiritur[ergo ꝙ textus legis habeat] puncta, sed quoniã glosatores, legẽ tantum exponunt ideo sine pũctis ipsi glosas suas notare possunt; qa ad ipsos nõ pertinet primo presentare diuina. dicit ergo (per modũ legẽdi sine punctis) loquitur de expositoribus & glosis (& modus scribendi res diuinas) scilicet

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

cum punctis & loquitur de textu bibliæ(&
unialis continentia) ſicut enim figulus ex
eadem maſſa poteſtatem habet vnum vas
componere in honorem , alterum in con-
tumeliam: illis tribuendo uarias formas ita,
quod de ſe eſt indetermiãtus ad omnes for
mas, a ſimili, quando diuerſas literas conſo
nantes habemus, pnſſumus eiſdem multige
nas uitas, & formas, id eſt, pũcta (quæ ſunt
uocales Hebræorum) addere. per quas uo-
cales uaria ſignificabunt. ſunt enim lite-
ræ non punctatæ indifferentes adhunc, uel
ad alterum punctum. debent tamen pun
cti conſonantibus addi ita, quod poſſint
præſentare ſuum determinatum ſignifica-
tum. ſunt tamen litteræ conſonantes per
ſe mutæ ſine punctis: ſicut apud nos, con-
ſonantes nihil ſignificant ſine uocalibus,
quia proferri non poſſunt idcirco dicuntur
conſonãtes, quaſi cum uocalibus ſonantes,
hoc eſt ſignificantes . diuerſę præterea ani-
malium ſpecies eadem in ſe habent elemen
ta, ergo ſi differunt, hoc erit ratione diuer-
ſorum ſpirituum : quo uariato ſpiritu, va-
riabitur etiam ſpecies: ita uariatis punctis,
uaria erunt ſignificata. ſicut igitur litteræ,
quæ ſunt partes materiales: ſunt indifferen
tes ad diuerſa ſignificata; ita á ſimili creatu-
ræ, quoad eſſe materiale, indifferentes ſunt
ad

ad diuersos spiritus, & formas: potuit enim Deus corpori huic animam carnis infundere, uel leonis, uel lupi, & illi similiter, &c. & sicut per literas alphabeti formantur plusquã mille millia nominum (vt primum experto in Cabala) per illas etiam litteras cognoscere possumus, quot creaturas creauit Deus: & quot creabit in futurum. sine errore literarum ędificium fieri potest: quod antiqui theologi Siruph uocant. Habetur ab Abraham, quod assumantur primæ reuolutiones cum numero sequenti, & complicantur adinuicẽ: & tot dictiones ex illis literis componuntur. ex duabus enim literis, duæ dictiones, uel domus (ut ipse ait) fabricantur vt ab אב & ba בא. Ex tribus autem tot domus fabricantur, quot numeri resultant ex binario & ternario: sex videlicet, nam bis tria, aut ter duo senarium reddunt. Ex quatuor uerò literis, viginti quatuor domus fabricantur: cum tot numeri ex senario & quaternario complicatis resultẽt ex quinq; vero literis centum uiginti domus ædificantur. Huiusmodi enim numeri ex complicatione vigintiquatuor per quinarium facta resultat: & sic de aliis. Vide theoricam in Sepher Iccirca Abrahę. sicut igitur iste numeri crescunt quasi in infinitum, ita & in diuidua, per ipsa facta & re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

presentata. sicut ergo literæ sunt materiales compositorum partes, ex eis, omnibus modis possibilibus coniunctis, deprehendere possumus numerum rerum creatarum, qui supputari potest, proferri verò nequaquam, nisi ab eo, qui numerat multitudinem stellarum, & capillos capitis, & arenam maris, & pluuię guttas. Ex omnibus enim literarũ combinationibus secundum regulas secretiorũ theologorum infallibiles, absque punctorum aliqua immixtione hic numerus resultat. videlicet hoc modo 112 4002599827719680000. Si verò permixtiones cũ punctis addantur, erit numerus nec expressibilis, nec supputabilis, à nobis; Deo tamen cognitus. Plato conatus est innuere primaria & secundaria rerum genera atq; species ipsarũ unde, se ab in diuiduis tanquam innumerabilibus continẽs. Hinc porphyrius dixit. Descendentibus ad particularia iubet Plato quiscere Cabalistæ verò diuino oraculo edocti in libro de formatione Abrahæ ascripto, innuunt, etiam indiuiduorum multiplicationem inexpressibilem tamen. Et per hos numeros ac per literas. Mundus fabricatus dicitur, non numeris quibus numeramus aut literis: quibus verba formamus, fabricatus est mũdus: sed per significata per ipsos characteres &
nu-

numeros: nulla enim res est expressibilis, nisi sit. Vnde quicunque character exprimens rei expressibili respondet: & quicunque numerus, rei numeratæ respondet, & rebus, quibus res distinguuntur, vt numerentur. sunt etenim in archetypo primarii fontes: vnde secundarii egrediuntur varii, ex quibus rerum multitudo & varietas resultat. Literæ verô (vt dixi) secundarios fontes significant, elementa videlicet sydera & signa: & consequenter primarios: ex quibus hi secundarii prodeunt. Ex quibus primariorum & secundariorum in fluxibus omnia producta sunt, & producuntur vndeq; per ea (quæ omnes suos numeros continent) á secretoribus Theologis denotantur à Platonicis, & pythagoræis per numeros designantur. Ex quorum principiorum permixtione (vt dictũ est) hæc varia producuntur, De punctis vide quæ digessi super arte Cabalizandi.

P.M Per id, quod dicũt Cabalistæ de Aegypto, & attestata est experientia, habemus credere, quod terra Aegypti sit in analogia, & subordinationis proprietatis potentiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

F.A In ſacris codicibus, duæ inueniuntur urbes, quę inuicem magnam uidentur habere contrarietam; Hieruſalem uidelicet, ac Aegyptus: ſupponuntur, enim oppoſitis infl uxibus ratione diuerſarum Sephirot, ſicut enim queque creata alicui planetarum influxui ſupponuntur: ita alicui Sephirot fauori ſubiiciuntur. quare Agyptus ſupponitur Geburah tribunali iuſtitiæ & Hieruſalē Gedulah tribunali pietatis. ideo Chriſtus, volens opus pietatis, & gratiæ in nos redimendo operari, Hieruſalem ciuitatem elegit in qua patiendo, noſtram operaretur ſalutem. Geburah uerô fortitudinem influit: qua ſi in bonum utimur, bonum tribuit influxum: ſi in malum, malum tribuit defluxum, quare, ſi urbs Aegyptus ſit mala, hoc non eſt ratione influxus Geburah; ſed eſt, quoniam ipſi Aegptii inter nationum proceres, ſibi dominum elegerunt Amonminon tenebrarum principē, ſuper aurum influxum habentē. Qui tribus appellatur cognominibus, Mãmona, ſcilicet Alzazel, & Aſmodeus. Et hæc tria ſibi cognomina competunt, ratione trium malorum effectuū: quos habet in ſua poteſtate primo tentat de auaritia: unde à Chriſto uocatur Mammona. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis. Secundo de ſuperbia: &

dicitur

dicitur Aſmodeus Tertio de luxuria; & dicitur Alzazel. Et iſte dæmon dicitur Mundi huius princeps, ut dicit Chriſtus: nunc princeps huius mundi eiicietur foras: & inſuper, quia (vt ait Ioannes) omne quod eſt in mondo, aut eſt concupiſcentia carnis: aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: quæ omnia in poteſtate ſunt huius tri cerberi canis: tentat enim de his tribus: immo iſta triplici tentatione Chriſtũ tentauit. Quoniã igitur Aegyptii iſtum ſibi in dominum conſtituerunt, vt auro abundarent: ideo illis malè ſucceſsit. Et item Romani ut ipſum haberent in auro fauorabilẽ, in eius honorem tẽplum erexerunt in mõte Eſquilio cuius titulus erat, Ioui Ammonio. omnino illis, qui in Aegypto habitãt vt, fortitudinẽ, & robur acquirant & bene illis vtantur, bonum eſt: ſicut fecerunt antiqui patriarchæ: omnes in Aegypto fuerunt, ut hanc fortitudinem acquirerent, primum de Abrahamo, Moſe, & cæteris. idque, vt per corporis robur animo, & ſpiritu robuſtiores fierent: in nobis enim ſunt tria animale ſcilicet naturale, & ſpirituale, bellum eſt inter animale & ſpirituale: naturale verô quãdo eſt vigoroſum, & potẽs adiuuát ualde ſpirituale ideo Paulus ait: Cum infirmor fortior ſum. hic non loquitur de

carnis infirmitate, & corporis, sed animalis: quod tunc dicitur infirmari cũ naturale roboratur: & per consequẽs spirituale: nam mutuo sese adiuuant. In Aegypto est aeris optima temperies, & bonæ aquæ nili: quæ naturali ad fortitudinem conferunt quia Aries, illi dominatur regioni, & fortitudinem influit. Hic arietis influxus ab Aegypto sublatus fuit Ioseph tempore: nam, sicut Aegyptus subiicitur planetæ alicui determinato, & signo Zodaici: ita & Hierusalem (cætera quæque, secundum Ptolomæum, & cæteros astronomos, quæ Virgini subiicitur, & tauro: qui est dux armentorum, sicut leo ferarum, & aquila uolatilium, & homo rationalium. Si igitur est taurus armentorum dux: est ergo fortior ariete. Et, cum Ioseph habuerit tauri influxum (Hierosolimitanus, enim erat futurus) ideo uigorem, & influxum arietis abstulit ab eis: & tributarios sibi constituit: Et in huius signum, constitutus est princeps totius Aegypti. Ad rem, de mammona dico, quod ipse influxum habuit ab hoc ariete archetypo Geburach: est enim aries aquilonaris: à quo pandetur omne malum, id est, Dæmon, secundum prophetam: &, quoniam lex Mosaica est aquilonaris, ideo ab aquilone prouenit omne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ne malum culpæ propter legis transgresſio-
nem , & pœnæ , id eſt , punitionis contra
trangreſſores . Mammona etiam Chriſti
tempore regioni Aegyptiacę dominaba-
tur , aurum , & argentum tribuendo ſi-
ue influendo : ſed Chriſtus illum expu-
lit , dicens , princeps huius Mundi eii-
cietur foras . Et quoniam ei Chriſtus ſem-
per contrariatur , præcepit, vt eius diuitię
contemnerentur, ac deſpicerentur : quam-
obrem Chriſtus paupertatem elegit , ne
in aliquo cum inimico ſuo conueniret at-
que , ad hoc faciendum , alios hortatus
eſt , dicens , niſi quis renuntiauerit om-
nibus , quæ poſsidet, non poteſt meus eſ-
ſe diſcipulus : ſed ad concluſionem (per
id quod dicunt cabaliſtæ de Aegypto)
nempe quod ibi influitur fortitudo ex ae-
ris temperie (& atteſtata eſt experientia)
nam certum eſt de antiquis patribus ;
quòd in Aegyptum deſcenderunt ; vt hanc
acquirerent fortitudinem naturalem , &
conſequenter ſpiritualem , vt contra ani-
malem poſſent præualere . Hocq; , ut con
firmaret pater æternus, uocauit filiū ſuum
Chriſtum in Aegyptum , ſicut prædixerat
propheta. Ex Aegypto uocaui filium meum
non enim ex Aegypto illum euocaſſet
niſi primo illuc adiiſſet : non ut fortitudi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

nem acquireret(cũ eſſet leo fortiſsimus de tribu Iehuda, ſed, ut comprobaret aliorum aduẽtum fuiſſe bonum, & ſalubrem (quod terra Aegypti ſit in Analogia) Analogum eſt, quid de pluribus dicit: ſecundum magis & minus, ſeu perfectius & imperfectius, ut ens, reſpectu Dei, & creaturæ. Ita influxus roboris geburah, licet in alia influat loca, præterquam in aegyptum: magis tamen, & intenſiori modo in Aegyptum influit, quam in cæteras pronincias. &, ſi iuſtetur de Iſahac, qui nunquam fuerit in Aegypto Reſpondetur: quod hoc fuit in cauſa: nam Iſahac fuit dominus dimenſionis huius geburah fortitudinis. &, ſi ipſe adiiſſet Aegyptum: nimia fortitudine perfunctus fuiſſet, ita quod Meſsię ferè æqualis fuiſſet, qui gradus omnibus denegatur: in peccabilis enim fere fuiſſet per gratiam (et, ſubordinationis potentię proprietatis) potentia eſt geburah: quæ robur, & fortitudinem ubique diffundit, magis tamen in Ageyptum. Addamus, quod Deus legem ſcriptam dedit, ut hominis naturale roboraret dedit & euangelium, ut ſpirituale muniret; patet de Iohanne baptiſta, qui uenit bibens & manducans, id eſt, debilis in naturali, & conſequenter in ſpirituali: reſpe-

ctu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

ctu Christi: non tamen aliorum respectu: nam inter natos mulierum non surrexit illo maior.

P.M. Sicut vera Astrologia docet nos legere in libro Dei: ita Cabala docet nos legere in libro legis.

A.F. Liber uitæ, est liber grandis qui ab Esaia iubetur sumi & est in quo omnia ab ęterno scripta & præuisa sunt nedum in esse uitali (vt Iohannes & Paulus docent) sed etiam quo ad omnia dona, quæ hominibus dantur: & omnia opera bona uel mala, iuxta illud. Imperfectum meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnia scribentur. Ibi quoq; descriptæ sunt omnes regulæ quibus cõformiter uiuere debemus vt Augustinus docet. Quem librum etiam Angeli consulunt Ibidemq; sunt regulę, ad quarum metas omnia, nedum creata sunt, sed disponuntur & gubernantur. Et hæc est radix & fundamentum totius prouidentię diuinę: Et ea quę ibidem continentur exarata sunt stylo hominis (secundum Esaiam) sicut & ciuitas illa supramundana mensurata dicitur, mensura hominis. Et hoc quia dispositio fuitpro hospite homine. cui debuit esse conformis & proportionata. pari modo & omnia quę continentur in libro diuinæ prouidentiæ,

ad hominẽ ſpectantia: propter, quē omnia facta ſunt: ſcribi debuerunt ſtylo hominis. nã inquantũ referuntur ad Deũ prouidentem, ſcripta ſunt digito Dei (ut habetur Deute.) & æterna ac immutabilia ſunt ſicut in eo: quod ſcripta ſint ſtylo hominis, ſunt mutabilia eà uerò quæ ibi ſcripta, ſunt an poſsint deleri vel ne. Exclamare poſſumus cũ Paulo ô altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius: tamen colluſtrante diuino lumine per ſcripturam dicemus (vt nuper dictum eſt) quod ſcripta digito Dei non delentur & de illis habetur infallibilis prouidentia diuina: ſed ſcripta ſtylo hominis; quando videlicet opera noſtra non correſpondent vocationi & ſcripturæ diuinæ quæ ſemper ſtat ex parte Dei: qui ſemper vult omnes ſaluos fieri, ut Apoſtolus teſtatur. Et in illo libro poſſumus legere; Sicut Eſaias, ait. Quærite in libro dñi diligenter. Et legite Et iſtæ liber vitæ, eſt arbor vitę, fons vitæ, panis vitæ, & ipſe Deus viuus, principium, omnis vitæ. Et poſitus eſt liber iſte in ſecundo cælo, vt tenent ſecretiores theologi. Et ideo ipſum legit Paulus, cum deuenerit vſque ad tertiũ cælũ vbera videlicet diuina. Tunc ex his, quę ibi legit, illud deprompſit. ſalutate clemen

tem

tem cum cæteris adiutoribus meis: quorum nomina scripta sunt in libro uitæ. legerunt & ipsum prophetæ omnes cum ipsi peruenerint usque ad vbera illa; quæ iam tertium cælum diximus. Ad quæ ubera peruenit homo sibimetipsi mortuus. Iste liber in se cōtinet theoricam septem planetarum Archetyporum, sine cuius cognitione errant in suis prognosticationibus mathematici, quia .s. non attendunt cooperantes causas cū cælo quas ipsorū dux Ptolomeus attendendas docet. Et quia stellarū concursus, & earum virtutes non plenè à nobis cognoscūtur, vt omnibus sapiētibus notū est: hinc etiam de eorū effectibus, iudiciū certū dari nō potest accedēte etiam arbitrii libertate, qua multa respuere, & multa pro voto suscipere possumus. Et quāuis hæc oīa sint in causa. potior tamē causa est, ignorātia istius libri vitę, seu septem planetarū supramundanarū, à quibus tanquam à primis fontibus scaturit omnis cælis ros: per quem rorem cuncta fiunt, id est generantur & corrumpuntur in iis inferiobus. Hac astrologia imbutus fuit super oēs protoplastes: qui hoc lumine uidit Deum ambulantem ad meridiē (clemētiæ videlicet) & creaturarū omniū naturas, vt singulis quibusq; nomē conueniēs imponeret. Hac sc ētia zeth, cœpit inuo

care

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

care nomen domini Tetrag. יהוה adhuc occultum. Enos cœpit futura prædicere; & in ipsum Deum transferri. Noe futuram inundationem prædixit, arcam fabricauit, hominum & iumentorum saluauit semen (sicut narrat Berosius) postea Armenos & Scythas, deinde Italos, naturæ secreta, theologiam, sacrosq; ritus docuit: & cursus astrorum, tam naturalium, quã archetyporum, annosque ad motum solis. & menses pro lunæ cursu distinxit. intelligens tamẽ per hãc astrologiam diuiniorem scilicet, sed super omnes supradictas hæc sapientia Abrahæ mentem perfudit, ut ritus meliores docuerit, signum circũcisionis electæ familiæ dederit. hac sapientia, Deum unicum in trinitate diffusum primus agnouerit de nomine Dei recluso, deq; sacramentis solitariç suç celsitudinis, & quomodo in alios seipsum per uestes sacramentales, aut canales diffundat: ante omnes (ut asserunt secretiores Theologi) scripserit. Alexander & Eupolemon dicunt Abraham sanctitate, & sapientia omnium prestantissimus. Chaldæos primum, deinde phænices, demum Aegyptios sacerdotes Astrologiam & diuina docuit. Sed Iulius Firmicus astronomus ipsum ob mirabilẽ sapientiam, diuinum appellat. Quç omnia *Isahac* quasi hæreditario

iure

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

iure reliquit. Et hic Iahacob , & ipse familiæ suæ, istiusmodi tradidit monita cuius astrologię influxu, ipse Iahacob quæ uentura erant filiis prædixit, ut primum in suis benedictionibus . Qua super omnes perfusus fuit Moses , qui nedum futura, quin etiam pręterita narrauit & sic illam Iohuæ tradidit, & septuaginta duobus sanhedrim siue sapiẽtibus , qui de spiritu eius accceperunt. Et hæc astrologia diuina, dicitur Cabala . Et quotquot prædixerunt tã prophetæ quam patres antiqui : per hanc Astrologiam decem Sephirot. siue cælorum archetyporum prædixerunt. Ad conclusionem . Sicut vera astrologia decet nos, &c. Petrus Eliacus magnus astronomus definit, quod cæli sunt libri Dei: nam, sicut in libris legimus, quę facta, & quę facienda : ita perfectus astronomus per motus astrorum præuidere potest quæ facienda sunt: & de pręteritis; quæ sunt facta, ut primum in pronosticis ab astronomis factis: Et si sequuntur astrorum cursus materialium , & interiorum: Alia est astronomia : quæ cęlos superiores archetypos Sephirot appellatos considerat. Et hanc est Abraham secutus. qui ob talem astrologiam à gentibus est receptus vt Deus (vt dixi supra) Et hæ Sephirot huic planetæ archetypi dicuntur liber vitæ . De quo Dauid.

Et

Et in libro tuo oẽs ſcribentur : vel omnia ſcribũtur. Licet traditio noſtra habeat omnes. Et quamuis omnes ſephirot ſeptem inferiores libri Dei dicantur : tamen Nezach & hod ſunt communiores : quibus ſtuduerunt indifferenter omnes prophetę de quo libro Eſaias Romæ ruinam prædicẽs, dixit. Legitę in libro vitæ, id eſt Sephirot Nezach & hod. Et uidebitis ſic notum eſſe. Et, quis peritus eſt in hoc libro Sephirot (cuius doctrina, Cabala dicitur, ſiue receptio, ſcilicet oretenus, quia ob eius excellentiam, cartæ mortuę non tradebatur, ſed cordibus ſolum os videlicet ad os) ſcit legere in libro legis, nimirum Moſaicę: qui plenus Cabaliſticorum ſecretorum exiſtit. Vide quę ſuper Sarah hora notaui ad plenum.

FINIS.

Series Cartharum.

Omnes ſunt quaterniones præter † qui eſt duernio.

A † B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

RECOGNITO DILIGENTER, CANDI-
diss. lector volumine toto errata, quæ momenti
visa sunt alicuius, annotaui · reliquas vero, si
quos legendo accuratius deprehenderis, tute,
si libuerit emendabis. Primus numerus signifi-
cabit folium a. Primam b. secundam faciem alius
numerus lineam.

1. a. 7. Vsselensem 2. b. 1. sensum 3. a. 1. misna ibi-
dem fa. b. 4. ingressi 4. b. 4. est i. id est, 10. b. 2. fecit
19. b. 4. ædita 20. b. 8. ducunt 21. b. 24. dissidet 29. b.
2. particioni & li. 11. particularis 30. a. 6. vires & f. b. l.
8. dimensionibus 31. a. 10. practica 34. a. 21. cheter
& f. b. li. 23. quod 37. a. 9. Iodeuauhe & li. 18. Tetracg
adde significat & f. b. 23. idem id est 39. 1. 14. vocaba
tur 46. b. 8. Binah 42. a. 26. malo 46. a. 12. totum 48.
24. peccatis 49. a. 9. de vt Iohannes, 51. b. 1. induere
54. a. 3. uacat. & li. 23. binsica 55. b. 8. carnem 57. a.
2. coniunctus & fa. b. 11. mysteria adde literarum
60. a. 1. in Tipheret. & f. a. 22. numeri 61. b. 1. iodhe
uau he 66. a. 13. separatur 67. b. 4. defert 69. a. 1. non
bibam adde de hoc 73. a. 20. qui i. quibus 76. a. 17. as-
stentem, adde, &, & fa. b. 3. luna 77. a. 2. Deum a dde,
nā & li. 24. Deus uacat, 79. b. 17. recipitur 80. b. 2. Se-
phirah 87. b. 16. mors adde appellatur 90. b. 18. parti
cula 94. b. 19. itaque, addæ quæ 106. a. 14. hakipu-
rim i. akipurim & fa. li. 20. Geburach, adde, significat
122. a. li. vltima merchauah & f. b. 19. nabohu 115. a.
23. sex 116. b. 25. lege natura i. legis naturæ 120. a. 1
2. Binach midah & f. b. 18. iah 122 a. 26. Zachariæ
128. b. 24. cum adde, patre 129. b. 111. visum 131. a. 5.
malchut 135. a. 15. quod Christi morte secuti fue-
runt signa vacat hoc totum 136. a. 19. obscuratus
obscuratus 140. a. 13. semah 142. b. 24 in. 143. a. 143.
a. 22. no uacat. 149. b. 20 primum i. patet 150. a. 4. nā
adde mem. 152. b. 8. hoc clare adde, patet & li. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

id est,ac.154.a.5.Iod& uau,adde,sunt,& l.7.signum significat & f b. 11.ens i.esse 155.b.7.denotata 156. 14. binah 61 a.7.secundū & li.19.respondit. respondet 164.b.1.& vacat illo 165.2. 20. vt vacat 168.b.24 puros i.poros 169.1.5.legis.& fa.b.mouentur 173. b. 4. pandetur 176.b.1.lex 177.22.si vacat 179.b.7.roris.& li.22.diuinæ 140.b.22.bellamur 181.a. 15. Tipheret adde qui sunt.& fa.b. 1.hanc. & li. 6.uirum. 192.a.3.Regem & li. 5.creauit coronauit193.b.18. Binah cōcipit Et fa.b.4.quæ fit adde,per. & li. 7.impedire 195.b. 24.fauet 197. a. 10 protoplastum 198.a. 22.generationes, adde usque. & fa. b.li.15.mathan uel Elcazar i. nathat qui & Ahiasar & li.21.melcha Heliacin & li.15.parentem. & li.16.nomen. 1. Helih & li. 21.Iuda 202.a.li.14.impietate 203.a. 10. dimensiones dimensionum 206.b.15.discedit 210.b.19.& est.i.& è & li.ultima istati. distat 212.a.celorum legas.205.a.10.desiderat.206.a. 1.Quæ.qua 210.b. ultima linea quanto magis distat. 211. a.li. ult. uim pro uini.215.a.l.ult.a.vocali.216.a.27.Quam 218.a. 27.eypositionis 229.a. 7 summa.239.a.6.Augit Augustinus.ibidem li.20. tenuit renuit. 240. a.11. Egi Ego.241.b.3. similiter ibidem li.4.hunc hinc.242.a. 18. potanda potunda.ibidem b.3.supellectilium li. 18.uberati liberata 243.b 20.oportet.245.a.3.ederēt ubi cederent ibidem 17.exactis 18.hæresim ibidem. b.faciæ.ibid.20.de & 251. b. 11.curriculo. 252. b.5. hospitalitate anget.263.b.26. nostro intellecto.

Hæc autem Impressa sunt, habita prius facultate, & auctoritate Reuerendi Domini.D.Leonis Leonori Canonici, & Generalis Vicarii Bonon. Die Februario. 1564.

Ac Insuper R.Patris Inquisitoris &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A

Can: 398 1o 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1157/A